bis. sed sufficientia nr̄a ex deo est. eo q̄ non
habet aliq̄d hō qō nō accepit a deo. i. Co
rinth. iiij. De⁹ enī ipe opat⁹ in nobis velle ⁊
pficere. Ad Philip. ij. Hinc dicit Aug⁹. li.
primo de correctiōe ⁊ gra. q̄ nullū bonū fa
cūt hoīes sive cogitādo sive volendo sine
agēdo sine gr̄a q̄ oīm est cā primaria ⁊ suf
ficiens. eo q̄ ipa sola opat⁹ in oīi agente. ⁊
ꝑ cōsequēs ois boni cā. inq̄t beat⁹ Tho
mas li. ij. cōtra gētiles ca. viij. Ut igit gra
tiā opportunaz huic opi nr̄o inueniam⁹. ad
illā gl'iosissimā in celis reginā angl'oz. ⁊ gra
tiosissimā in terris matrē orphanor. imo
oīm pctōrū tutricē ⁊ prectricē singl'orū ad
eā clamantium deuotis ⁊ pijs mentibus.
ac affectuosis suspirijs ⁊ vocibus recurra
mus. Dec enī est illa q̄ sola inuenit gratiā
apud dñm. Luc. i. Dec est q̄ genuit illuz ꝑ
quē gr̄a ⁊ veritas facta ē dñm iesuz xp̄m.
Joh. i. Dec ē ꝓfect⁹ sufficientis gr̄e. nō solū
sibi sed habūdātissime ⁊ copiosissime ple
nitudinē mūdo attulit vniuersō. Fm aug⁹.
in sermone q̄dā de ei⁹ natiuitate. Ad illā g̃
ꝯclamem⁹. vt de plēitudīe ei⁹ aliquā stillā
effūdat nob inq̄t Januēsis i suo katho. de
ipsi⁹ marie cōmendatiōe. Nō vt assequa
mur salutem⁹ eā oēs corde pio. mēte sere
nā. voceq̄ amena. dicētes ei illud qō ei an
gelus de celestib⁹ sedib⁹ attulit Aue ma
ria ⁊c. In isto euāgelio tria tanguntr. Fm q̄
de tribo fit mētio pncipalis. Est enī h̄ men
tio de xp̄o dei filio. de ap'lis ei⁹. ⁊ de turbis
iudaicis. In xp̄o notat⁹ maxima pietat⁹ mi
seratio In h̄ q̄ dignatus est appropinq̄re
huic mūdo. In discipulis xp̄i notat⁹ mira
obediētie deuotio. in hoc q̄ mādata ei⁹ q̄
ꝑcepit statim fecerūt. In turbis notat⁹ re
uerentie ⁊ honoris debita exhibitio. in eo
q̄ xp̄o veniēti occurrerūt. vestimenta stra
uerūt. voces extulerūt. Primū tangi t ibi.
Cū appropinquasset dñs hierosolymis.
Secm autē ibi. Cutes aūt discipuli fece

rũt sicut p̃ceperat eis ihesus. Tertiũ aũt ibi plurima aũt turba. Et isto mõ obmissis subtilitatibꝫ curiositatibꝫ diuisiõis scolastice ꝛ magistralis. in oĩbꝫ sequẽtibꝫ sermonibꝫ p̃cedã. vulgariꝫ simplici ãntoqꝫ facilioꝛi diuisiõe ꝓcent. p̃sertim cũ hos sermones. auctoꝛe deo. nõ nisi vulgo ꝛ simplici pplo in eccl̃ia recitãdos. nõ in scolis legẽdos ꝓpono intentiõe scribere ꝓponã. Et iõ indulgeant doctoꝛes si eoꝝ desideriꝭ sufficere simul nõ valeã. Facit enĩ ꝟ ruditas opis hui⁹. q̃ lac dare in potuꝫ paruulis in x̃po nõ escã puectis intẽdit. Vñ si similã subtilioris diuisionis ꝛ accuratioꝛis stili apperãt. alioꝝ q̃bus scolas docere cure ẽ. opa subtilioꝛa reꝛant. in quoꝝ cõpatiõe nostrũ hunc grossioꝛẽ furfurẽ. vulgaribꝫ vtiqꝫ vtcũqꝫ vtilem relinquãt. Videamus igiꝛ auspice deo de ꝓma particula euãgelij. in qua fit mẽtio de x̃po filio dei. in q̃ furit maxima pietatis miseratio. in ꝟ videlicet q̃ dignat⁹ est ꝓpinq̃re huic mundo. de q̃ dicit euãgelĩũ in ꝓncipio. Cũ appropinquasset ihesus hierl̃umis. Istud euãgelĩũ bis legiꝛ in ãno. semel vt ꝟ sub mystico sensu. Nõ enĩ hodie eccl̃ia recolit aduẽtũ x̃pi in hierl̃m corporalẽ. quo visitare dignat⁹ est ciuitatẽ ꝛ locũ illũ in quo passur⁹ erat. ꝓ nobis. sed port⁹ recolit aduẽtũ ei⁹ quo visitare dignatus ẽ hũc totũ mundũ ꝓ viscera miseꝛie sue. in q̃bꝫ visitauit nos oriens ex alto. vt ꝺr Luc̃. i. Oꝛtiqꝫ factũ fuit ꝓ eius incarnationẽ. ꝓ quã assumpta carne hũana visibilis fact⁹ nob apparuit Baruth. iij. Post hec̃ terris visus ẽ ꝛ cũ hoĩbꝫ conuersatus est. Alio tpe recolit istud euãgelĩũ eccl̃ia in dñica ramispalmaꝝ. sub sensu p̃prie lr̃ali. recitãdo hist̃oriã sue p̃sentialis visitatõis ad locũ ꝛ ciuitatẽ in quibꝫ passurus erat opando salutẽ in medio terre. Et iõ q̃libꝫ discret⁹ p̃dicatoꝛ istud euãgelĩũ debet exponere fm ꝓfoꝛmitatẽ repsentatiõis sc̃ẽ mr̃is eccl̃ie. q̃ nũc ꝓ illo nũc ꝓ isto sensu ꝟba sc̃ĩ euãgelij accõmodat. put videt deuotiõi fideliũ ꝓueniẽtius expedire. qõ heu paucoꝝ p̃dicatoꝝ moris ẽ plures enĩ indifferẽter istud euãgelĩũ exponũt ad lr̃am. qõ tñ non ꝓgruit tpi. ac ꝓ hoc cũ eccl̃ia nõ cõcoꝛdat ſz discoꝛdat Dicit ḡ. Cũ appropinq̃sset ihesus hierl̃umis. ¶ Saluatoꝛ nr̃ veniẽs in mũdũ triaꝺ nob fecit p̃cipua signa amoris miseratõis ꝛ pietat⁹. Primo enĩ nr̃e mortalitati cõdescendit. vñ dicit cũ appropinq̃sset. Secõ nũcios salut⁹ nostre ꝓuidit. q̃ misit duos discipl̃os. Tertio p̃cepta ꝛ monita salubria dedit. ibi. Ite i castellũ. Quãrũ ad primũ x̃ps veniẽs in hũc mũdũ primuꝫ signũ sui amoris ꝛ bñficiũ singl̃aris pietat⁹ nob ostendit. in ꝟ q̃ dignatus ẽ nr̃e mortalitati ꝺescẽdere. Et pcõ enĩ ꝓmoꝝ parentũ elõgatus fuit hõ a deo. ꝛ de⁹ ab homine. Juxta illud Isa. lix. Pcã nr̃a diuiserũt inter nos ꝛ deũ nostꝝ. Et in ps̃. Lõge a pcõribꝫ salus. Et hãc elongationẽ significat ille filius pdig⁹. q̃ recepta portione substãe paterne recessit in regionẽ longinquã. ꝛ viuẽs luxurioseꝝ ꝺissipauit eã vt ꝺr Luce. xv. Vñ q̃diu erat in eo statu non poterat appropinq̃re deo. venit ḡ filius dei et appropinquauit nob ꝓ susceptionẽ nr̃e mortalitat⁹. vt nos possemus appropinq̃re ꝺo ꝓ grãm adoptõis. Vñ in ps̃. Prope est timẽtibꝫ eũ salutare ipius. vt inhabitet gl̃ia eius in tra nr̃a. Gl̃a dei est filius dei. Vñ ꝺr Heb. i. Qui cũ sit splẽdoꝛ gl̃ie et⁹. Que q̃dẽ gl̃ia tũc appropinq̃uit terre. cũ filius dei carnẽ nr̃am suscepit. in q̃ redẽptõe facta hũanũ genus ad gl̃am ꝺuxit. vñ Luꝛ. Appropinquãs alligauit vulnera eius. Est ḡ vita pñs status mr̃ie gr̃e. in q̃ ꝓpe ẽ dñs oĩbꝫ inuocãtibꝫ eũ in v̄itate. Iõ ysaias ꝓsulit vnicuiqꝫ dicẽs. Querite dñm dũ inueniri p̃t. inuocate eũ dũ ꝓpe ẽ. Isa. lv. Et ꝟ est qõ nũc apl̃s p̃nũciãdo clamat dicẽs. Nũc enĩ ꝓpioꝛ ẽ nr̃a salus q̃ cũ credidim⁹. Ro. xiij. Circa istã appropinq̃tõnẽ nr̃i salutoris aduertẽdũ q̃ꝫ dñs spũaliꝛ appropinq̃re dignat. Dicit ei ꝟ q̃ appropinquit tribꝫ locis. s. hierl̃umis. bethphage. ꝛ monti oliueti. Et designãt ista tria loca tres stat⁹ hoĩm q̃ merent⁹ dei aduẽtũ ad se. ¶ Primi sũt pacifici. q̃ significanꝛ ꝓ hierl̃m. q̃ interp̃tatur visio pacis. Vñ in ps̃. ꝺr. In pace factus ẽ locus eius. Et Math. v. Beati pacifici. qm̃ filij dei vocabunꝛ. Quo cõtra seminãtes discoꝛdias filij diaboli vocanꝛ. vt dicit Grego. in pastorali. Juxta illud Prouer. vi. Oõ apostata vir inutilis. Et sequit. In oi tpe iurgia semiat. Nõverbũ tractãs Grego. in pastoꝛa. ca. xlvi. ait. Qui iurgia seminãt cuius sint seqces agnoscãt. Et sequit. Nisi ꝑus moꝛe superbientis angeli a conspectu conditoris mentis

auersione caderēt foras postmoduz vsq; ad seminãda iurgia nō venirēt. Hec hre. Quisq; ḡ deuz ad se venire cupit p grām. necesse est vt pacē añ oīa in se habeat. z hoc triplicē. s. cū deo. cū primo. z cū semetipo. In signū huius xps post resurrectōez ter legit pacez discipul' attulisse Joh. xxi. Cū deo tūc pax habeb'. cū eius p̄cepta ꝙuank'. Isa. xlviij. Utinam attendisses ad mãdata mea. facta fuisset velut flumē pax tua. Cū primo pax habeb'. cū eius bonū vt p̄riuz diligit'. z malū eius vt p̄riū vitat'. Juxta illud Matth. xxij. Diliges primū tuū sicut teipm. Exponit Ambro. id ē. ad qō teipm Unō Tho. iiij. 02. Nō tibi fieri vis. alteri fac. Et saluator Matth. vij. ait. Quecūq; volueritis vt faciāt vob hoīes. eadē facite illis. Sed certe multi sūt potius discordiam q̄s pacē primoz diligētes. q̄s apl's vocat carnales. i. Lor. iij. dicēs. Si int' vos est zelus z contētio. nōne adhuc carnales estis. Et Jaco. iij. 02. Si p̄tentiōes sūt inter vos. nolite gl'iari z mēdaces esse aduersus veritatē. Nō est ista sapia desursū. sed terrena. aīalis z diabolica. q̄ aūt desursū est sapiētia. primū quidez pudica est. deinde pacifica. Ecce quomō discordes vocat vnus apl's carnales. alter vero aniales et terrenos. imo qō peius est diabolicos. Et merito. qz vt dicit Aug. in li. de lite z p̄cordia. Lōtentio nō fit nisi p terrenis z carnalib; Tertio cū seipo hō pacē hz cū caro obedit spiritui. z spūs deo. Unde. i. Pe. ij. Abstinete vos a carnalib; desideriis q̄ militant aduersus aīam. Et ad Gal. Caro p̄cupiscit aduersus spm̃. Certe magnum periculū vbi caro rebellat spiritui. Hile ē enī ac si vxor viro rebeller. qō cū fit. tūc est ordo puersus in hoīe. sicut dicit Seneca Tūc enī pender domus capite deorsuz cū mulier viro ī domo impat. sic cū sensualitas rōni reluctat'. Scōs status hoīm qui merenk deī in se aduētū p grām. est hoīm habūdantiū in ꝙutib; qō designat locus bethphage Erat ei bethphage locus seu villa parula sacerdotū sub monte oliueti sita. in qua pecora ip̄is oblata ꝙuabank' z nutriebantur. z expleto officio vicis suemanebāt. vt dicit Remigi⁹. et mgr̃ in vita xp̄i. Uñ bethphage interp̄tat' dom⁹ buce sine maxillarū. ꝙm Piero. Bedā z Remigiū. Quia maxilla erat p̄ria pars sacerdotū in lege. q̄rū erat officiū verbū dei p̄dicare z legē ꝓponere. Per bethphage ḡ mystice significank' illi qui hñt habūdantiā et saturitatē bonoz celestiū in aīa. ad quos dñs libēter aduenit. Uñ zacheus quia dives in ꝙutib; erat. meruit xp̄m suscipere hospitio. Luc. xix. Sic martha qz habūdans erat in opib; pietat'. xp̄m meruit habere hospitē. Luce. x. Tertius stat⁹ hoīm q̄ merenk hodie suscipe xp̄m in se p grām. est status hoīm opib; miscōie insistentiuz. q̄ designank' p montez oliueti. Hons significat altitudinē ꝓtēplatiōis erga deū p opera iusticie. iuxta illud ps̄. Justicia tua sicut montes dei. Oliua significat pinguedinē cōpassiōis z miseratiōis erga p̄rimū. de q̄ oleo ꝛ Matth. vi. Unge caput tuuz oleo. Nō exponit ibidez Criso. Unge caput. i. xp̄m oleo misc̄oie. s. paupes reficiendo. Uñ Eccs. ix. cōsulit Salomon. Oleū de capite tuo nō deficiet. O salubre oleuz cū quo tñi v̄gines p̄rudentes ad nuptias spōsi admittūtur. Matth. xxv. Quisq; ḡ ad se vult hre dñi aduētū. studeat his tribus ꝙutib; insistere p̄cipuis. vt sit pacificus p quietē ad dñm. primuz. z seipm. per tranquillitatē. habundās ꝙutib; p cōuersatiōis honestatez. et cōpatiēs primoz defectib; p miseratiōis pietatē. Tūc enī erit ille cui merito appropinq̄bit dñs. p grē infusionē. Seqūtur lra. ¶ Tunc misit duos discipulos suos dicēs eis. Jte in castellum qō cōtra vos est. z statim inuenietis asinā alligatā z pullū cū ea. Soluite z adducite mihi. Dic scō oñdit signuz scōm p̄cipue benignitatis nr̄i saluatoris. ex eo videlicz q̄ nob nuncios salut' nostre p̄uidit. vñ dic Tūc misit duos discipl'os. Isti duo discipuli exp̄imūt in se typū seu figurā oīm p̄dicatorū. Est aūt sciēdū q̄ ꝙm Glosam et Criso. hi duo fuerūt philippus z petr⁹. q̄z p̄mus samariā q̄si asinā. Scōs corneliuz q̄si asine pullū adduxit ad fidē xp̄i. Petr⁹ interp̄tat' agnoscēs. Philippus vo os lampadis. p qō significat' ꝙm mgr̃m in de vita xp̄i parte p̄ma ca. xxvi. q̄ ad p̄dicandū tales debēt mitti. q̄ hñt agnitionē veritatis seu sciam ad intelligendū. z splendorē honestatis seu grām ad docendū. ¶ Et possunt h̄ elici plures cōditiōes p̄dicatori necessarie. Prima est vt sit intelligēs interius diuinas scripturas. qō notat' p petrū

Hcdo vt sit honeste ꝙuersatōis exteriꝰ. quod notat ꝑ philippū. Tertio vt sit disciplinatus in oib⁹. qđ notat ꝑ hoc qđ dicit discipulos. i. disciplinatos ꝓpter edificationē exempli. vt dicit mg̃r in de vita christi. vñ Thimotheo dr. Exēplū esto fidelium. Quarto vt sit firmat⁹ in ꝝbo. vñ dicitur duos. Tūc aūt est firmat⁹ pdicator in ꝝbo cū vita ꝙcordat doctrine in ipo. Vñ canit eccl'ia. Dū vox vitā remordet. dulcis est symphonia. Vnde Augu. li. de doctrina xp̃iana vocat illos fures ꝝbox dei q̃ boni volūt videri. loquēdo q̃ dei sunt. cuz mali sint. faciēdo q̃ sua sunt. In h̄ etiā xp̃s innuit fm Hiero. duplicē hūilitatē pdicatoribꝫ esse necessariā. scz cordis t corpis. t geminā caritatē. scz dei t primi. siue ꝓpter theoricā t practicā. scz sciam t opa. vt dicit Beda in Omel'. Et Criso. addit. Ideo duos misit. qz ꝑ duo generalia mādata dñe genus hoim a pcō absoluit. q̃lia sunt. Diliges dñz deū tuū ex toto corde tuo. t ꝓximū tuū sicut teipm. Remigius etiā dicit q̃ duos misit ꝓpter duos ordines pdicatox missox iudeis t gentilib⁹. siue ꝓpter duo testamenta. siue ꝓpter lr̃am t spiritū. q̃ debēt pdicatores pl'o annūciare. Attēdāt h̄ moderni pdicatores. q̃ hmōi ꝙditionib⁹ carētes. t in se adhuc tā scia q̃s moꝛib⁹ deficientes. audacter currūt ad kathedras. ignari scripturaꝝ. nō intelligētes q̃d loquunt aut de q̃b⁹ affirmāt. Quos beat⁹ Bern su per Canti. fmone. xviij. oñdit sil'es canalibus q̃ simul accipiūt t effundūt. h̄ est q̃ nō expectāres vt doceantur. statiz vt se putāt temerarie doctos t intelligētes. pdicare currūt. vñ dicit ibi Bern. Tante caritatis inārt sunt ꝑ q̃s nobis fluēta celestia manāt vt ante effundere q̃s infundi velint. loq̃ q̃s audire parationes. t prompti docere qđ nō didicerūt. t alijs pesse gestientes q̃ seipos regere nescīūr. Nec ille. Sūt t alij q̃ t si diuinas scripturas intelligūt. ipi tñ ꝑ repro bā vitā. ꝓpriā pdicationē suā ꝙfundūt. q̃b⁹ pl's tacite in eccl'ia audiēs fmones sepius rñdet. Cur g̃ que dicis. ipe nō facis Delicatus certe mg̃r est q̃ pleno ventre de ieiunijs dispurat. accusare auaricia t latro pt. t raro sacerdotis xp̃i os cū mēte ꝙcordat. inārt Hiero. in epl'a ad Nepociā nū. Est etiam hic notādū q̃ ante oīa pdicatori necessaria. est missio ꝑ superiorē. Vñ h̄ dr. Misit duos. Nullus enī apl'oꝝ pdicare ausus ē donec eis diceretur. Ecce ego mitto vos. Matth. x. Mar. iij. Lu. vi. t xij. t Joh. xx. t Mar. vlti. Vñ Heb. v. dicit paulus. Nemo assumat sibi honorē. sed q̃ vocat⁹ a deo tanq̃ aaron. Sic enī fecit xp̃s. sic apl'i. sic oēs eox successores. De xp̃o nāq̃ dr q̃ ipo baptizato t trāsfigurato audita est vox paterna de celo intonās. Hic est filius me⁹ dilectus in q̃ mihi bene cōplacui. ipm audite Ecce missio. Quā missionē xp̃s affirmans ꝑ ꝓphetā Isaiā. q̃dā vice sūpto libro ysaie legit apte dicens id qđ de eo scriptū erat. Spūs dñi super me. eo q̃ vnxerit me. ad euāgelizādū pauꝑib⁹ misit me. sicut habetur Lu. iiij. Sic iohes baptista ne putaretur ꝓpria temeritate ad pdicandū se ingessisse. auctoritatez diuine missiōis allegādo dixit. Ego vox clamātis in deserto. sicut dixit ysaias ꝓpha. id est. de me ꝓphetauit ita. Sic fecerūt discipli. Nā licet paulus in celo auctoritatē pdicandi accepat. eo q̃ didicit euāgeliū xp̃i nō ab hoie. sed ꝑ reuelationē xp̃i. vt dicit ad Gal'. tñ xp̃e nō ꝓpius pdicare cepit donec ascēdēs hierosolymā ad petrū ꝙtulisset cū eo euāgeliū. ne forte frustra curreret aut cucurrisset. vt dr ad Gal'. Sup q̃ dicit Hiero. ad augustinū in epl'a q̃ paulus nō audebat pdicare euāgelium nisi fuisset petri auctoritate roboratū. Hic dñs ait. Rogate dñm messis vt mittat operarios in messez suā. Lu. x. Ecce dicit Rogate. qđ est dicere. rogate licentiā a platis. nō ꝓpria temeritate vos ingeratis. Et hoc ꝙtra hussitas dicētes indifferent oib⁹ ꝝbis libet sine licētia platox esse pdicādū. Nec q̃ tur lr̃a. Ite in castellū quod cōtra vos est. Hic saluator iniūgit discipulis mandata salubria dicens. Ite. ꝑ quod arguit accidiosos t tepidos. negligentes t pigros. q̃ q̃si stantes tota die ociosi vt dicitur Matth. xx. nihil boni annunciāt christi populo. q̃ bus dicitur hic. Ite inquit in orbem predicate euāgelium. Quā multꝫ hoc ꝝbū rationabiliꝫ posset dici in claustris tacētib⁹. ad pdicandū pl'o dei aptis. t tñ tacentib⁹. Qui licet vite contēplatiue insistāt vt sibi ipis pficiāt. tñ interdū vtili⁹ facerēt si ꝓximoꝝ saluti intenderēt. t ꝝbo pdicationis pariter t exēplo in pl'o christiano ꝓficerēt exemplo moysi. qui nūc ascendit in montē cū deo locuturus. nūc descendit de monte

plm instructurus. vt dicitur Exod. xx. z exemplo xpi. qui nūc ascendit in montem orare solus. nūc descēdit de mōte turbas refectur⁹. curatur⁹ z doctur⁹. vt Math. v. Vñ Ber. tractās illud cantic. i. Meliora sunt vbera tua vino. Omelia. ix. dicit. Noli nimis insistere oculis pterēplatōis. quia meliora sunt vbera pdicatiōis. Hec tñ per hoc dico simplicit vitā actiuā esse meliorē pterēplatiua. sed ℔ dico ḡntū p cōparationē ad vtilitatē alior. qz actiua vtilior ē ptimo rū necessitati licet pterēplatiua q̄ ad se sit melior. sm Greg. sup Ezech. li. i. omel'. iij. et li. ij. omelia. ij. Sequit. Ite in castellū qđ cōtra vos est. Hic ponit forma mādati q̄ iubentur ire quid facere z quō facere. et hec est pfecta forma mandati. Primo ḡ determinatur eis loc⁹ ad quē debēt ire. qz in castellū. quid facere. qz soluere illā asinā. tertio quō facere. qz allegare necessitatez. ibi. Si quis vob aliquid dixerit. dicite. quia dñs his opus habet. De primo quo debēt ire. qz in castellū. Castellū dicebat hierlm tm mgrm in de vita xpi. siue pter situ siue pter fortitudinē. qz triplici muro z propugnaculis z fortaliciis ad modū cāstri clausa erat. vel vocauit eū sic despective. Jā ei nomē ciuitatis amiserat. qz ex libertate tē porali in seruitutē gētiū redacta et rōanis subiecta erat. Ite z. de libertate spirituali redacta erat. in seruitutē vicior. z de freqntia pl'or. in paucitatē inhabitator. z ideo dicit diminutiue castellū. Ite. non vocauit hierlm ciuitatē sed castellū. qz ibi non erat ciuiū vnitas sed multiplex discordia inter eos. et qz munita erat armis malicie pter veritatē. id est. pter xpm. Ite ḡ in castellū qđ cōtra vos est. siue p situ. siue p cōtradictionē futurā. Et statim scz añ portā in introitu ciuitatis. inuenietis asinam et pullū eius. sup quē nullus sedit. in biuio. i. loco publico alligatos z ad misteria pauperū deputatos. Nos ąppe erat ī illis regionib⁹ vt in singulis ciuitatib⁹ vl' opidis asinus vel aliud anīal ad sedendū aptū p pauperib⁹ hr̄etur pparatū. pter eos q̄ p pzia iumēta nō habebāt. Et si cui op⁹ erat itinere vnius diei eo vteret. z ei ptūc cibū ministraret. z tandē ad locū cōmunē reponeret. cui hitatores vb cōiter ō victualib⁹ puidebāt. Soluite et adducite mihi. Ecce forma quid faciēdi. Soluite z cū hoc adducite. Et tandē adiūgit quō. qz allegādo necessitatē dicite. Si q̄s vobis aliq̄d dixerit. pter dicēdo ne soluatis. qz dñs oīm scz generaliter. nō dñs istius aut illius terre. sed dñs celi z terre. rex regū z dñs dominantiū Apoc. xix. Dicat autē hic Triso. q̄ ⁊tus xpi pparauit cor dñi. i. custodis illorū anialiū. vt mor ad verbuz eor daret eis q̄uis ignoris asinā z pullū. Et hec ad litterā. q̄ntū videt exigere spūalis sensus necessitas. vt clarior fiat mystica intelligētia. ¶ Mystice itaq̄ castellū istud significat mūdū. discipuli significāt pdicatores. Mūdus vero est cōtra pdicatores. qz mūdus amat diuitias. honores z delicias. ecōtra pdicatores pdicāt paupertatez. abiectionē z asperitatē. Asina pl's iudaic⁹ pter stulticiā. Pullus est pl's gentiū. propter lasciuiā z peccādi ⁊suetudinē. Dicit ḡ discipulis. ite ad pdicatores z pdicatiōis officiū. ad sacramētorū mysteriū. in castellū. id est. mundum. q̄ multiplicit impugnat deū. scz erroribus incredulis z paganis fictionib⁹ in hypocritis z falsis xpianis. voluptatib⁹ ī impudicis z delicatis. vanitatib⁹ z pompis in supbis. cupiditatib⁹ in auaris z ambitiosis. Vñ Johes dicit. Tot⁹ mūdus in maligno posit⁹ est. i. in malo igne. Et vere in malo. quia q̄cq̄d est in mundo. aut est ⁊cupiscētia carnis. aut cōcupiscentia oculor. aut supbia vite. Qui q̄dē mundus est ⁊tra pdicatores. dissimili cōuersatione. tumide mētis obstinatiōe. pudibunda ozus obiurgatione. Et statī inuenietis asinā. Patet hic q̄ nō est excusatio pdicatoris dicētis q̄ nō habeat cui pdicet. qz ōr hic. statim inuenietz. q̄si sine magna solicitudine q̄rendi inuenietis asinā alligatā et pullū cū ea. Judea ē asina. pullus lasciu⁹ z indomitus gētilis pl's. nullo iugo legis ⁊suetus. Judea enī sm deuz et in spūalib⁹ mater ē gentiū. quia de syon exiuit lex. Et Joh. iij. Salus ex iudeis est. ¶ Et ponit̄ ℔ tres pditiones miserie pctor. q̄ debēt nos mouere ad q̄renduz. Prima ē bestialis silitudo. qz de boue iumēto est factū. Et iō dicit asinā z pullū eius. Secda miseria est spūalis ligatio. qz de libero fact⁹ est captiuus. Et ideo dicit alligataz. Ligatio ista ē p malā ⁊suetudinē. de qua dicit Augu. in li. cōfessio. Ligatus eram nō ferro. sed mea ferrea volūtate. Est autē sciendum q̄

duplici funiculo ligat hō peccator in aīa. scz argenteo z aureo. Argēteus funiculus est cupiditas argēti. de quo dicit apl's ad Thimo. Qui volūt diuites fieri. incidunt in tēptationes z in laqueū diaboli. Aure⁹ funiculus est carnal' delectatio. qz dulciter sonās sed irremediabilit' puniens. qz momentaneū est qđ delectat. eternū autez q̄d cruciat inat Greg. De his funib⁹ dr in ps. Funes pcātr circūplexi sunt me. q̄ ad primū. Et itez. Et funes extēderūt in laquz. q̄ ad scām. vtrobiq pluraliter dicit funes. qz ēplurima sūt vincula in h mūdo. Vincula sunt desideria viuēdi. oblectamenta voluptatū. Vinculū nostrū. auaricia. vinculū nostrū ꝓcupiscētia. inat Ambro. sup beati imaculati. Hi sunt funes samsonis. qb⁹ fuit alligat⁹ p dalidā. Judicū. xvi. Ez qđ cōsulit ꝓpheta dicēs. Dirūpam⁹ inquit vincula coz. z pūciam⁹ a nob iugū ipoz. vbi dicit Jnno. Vinculū est cupiditat'. et iugū timoris. Vinculū est amor male accendens. q̄ trahimur ad illicita. Jugū est timor male humiliās. q̄ premimur z retrahimur ne faciam⁹ vtilia. Dirūpam⁹ g̃ vincula z pūciam⁹ iugū Jsa. lij. Vicr'm ꝓsurge de sub iugo timoris. solue vincula colli tui. Et Jsa. lviij. Dissolue colligatiōes inīatis. solue fasciculos deꝑmētes. Et nota q̄ qđaz soluūt vincula. qđā rūpūt. qđaz pscindūt. Soluūt q̄ pcām fitent. Rūpunt q̄ ad artiora se trāsferūt. vt claustrales. vt dicit Hiero. ad paulinū. Prescindūt q̄ ad artissima se ꝓferunt. vt heremite. vt maria egyptiaca. paulus z anthoni⁹ z alij sancti. Tertia miseria q̄ cogit nos ad q̄rendū est vniuersalis multitudo. Vñ dr. statim inuenietis qz stultorū infinit' est numerus. vbiq enī occurrūt pcātres. Dicit hic aut Crist. q̄ boies dei filiū nō cognoscētes assimilant' asinis. Est enī asin⁹ aial īmūdū. rude. stultū z infirmū. Hic fuerunt boies ante xpi aduētū alligati prava ꝓsuetudie peccati. qđ vinculū est fortissimū. qz vetustate nō corrūpit vt alia. sz fortificat. Peccator enī cū in pfundū malor venerit cōtemnet Prouer. xviij. Soluite g̃ monitis vris ab erroribus z peccat' enodādo z extrahendo z solutos oñendo. z adducite mihi. in fide z moribus informādo. vt soluti a vinculis me seq̄ntur imitādo. Et si q̄s vobis aliq̄d dixerit. ꝓtradicēdo. dicite. quia dñs his opus hz. nō ꝓpter suā sz ꝓpter nostrā vtilitatē. Vult enī oīs hoies saluos fieri Thimo. i. z. i. ad Thes. iij. Hec est voluntas dei sanctificatio vra. Et ꝓfectim dimittet eos Mar. xi. dicit. dimittet illū. q̄si diceret fm Beda z Hugo. dimittet eos. s. hoies. post eoz cōuersionē in libertate ꝓprij arbitrij. Hā q̄ vocati sum⁹ dei ē. q̄ aūt digni vocatiōe viuim⁹. nostr pariter z dei est. Hec ille. ✠ Moraliter aūt castellū dño z suis apl'is ac sue gr̃e muneribus cōtrariuz. pōt dici coz hoīs pcātris. rationib⁹ z excusatiōib⁹. q̄si muris z ꝓpugnaculis cōtra dñm munitū. z p turrim elatiōis z per murū obdurationis z p serā pnacie firmatū. Asina aūt in eo ligata est aīa vinculat' peccatoz ꝓpedita. Pullus lasciu⁹ est affectus lubricus z malus. Duo discipl'i sūt timor z amor ordinat⁹. q̄ asinā z pullū soluūt dū a peccatis absoluūt. z dñm desup strat' vestib⁹. i. ornatis ꝓprijs virtutib⁹ z donis sedere faciunt. Dicit h Crist. q̄ antecz peccem⁹. libez habem⁹ arbitriū an peccare velimus. q̄ si semel peccauerim⁹. iā oīno nra ꝓtute cuadere nō possum⁹. sz sicut nauis fracto gubernaculo illuc ducat. vbi eā tēpestas impulerit. sic hō p pcām diuine gr̃e auxilio ꝓdito nō q̄d vult agit. sed qđ vult diabolus Et hoc vocat hic alligatura anie. Et subdit Crist. Ergo q̄dē nra volūtate z negligētie alligamur. sed p dei gratiaz z misericordiaz absoluimur. Et ideo Bern. dicit hāc esse magnā misericordiaz dei p quaz hō excutit iugū peccati a cervice sua. qđ oīno hūane ꝓprijs virtuti est impossibile. Hoc aūt totū factū est vt adimpleret qđ dictū est p ꝓphaz dicētē. Dicite filie syon. Ecce rex tuus venit tibi māsuet'. sedēs sup asinā z pullū filiū subiugalis. Hic ponit approbatio ꝓsumatōis in adimpletiōe ꝓphetice auctoritatis. Jsta aūt auctoritas q̄ntū ad ꝓncipiū. sz dicite filie syon. ponit Jsa. lxij. vltimuz vero qđ sequit. ponit Zach. ix. ca. In Jsa. ponitur Ecce saluator tu⁹ venit. Sed in Zach. ponit. Ecce rex tu⁹ venit tibi iustus et saluator. z ipe paup. z ascēdens sup asinā et sup pullū asine. z disperdet q̄drigas effraim. z equū ō hirl'm z dissipabit arc⁹ belli. z loq̄t pacē gētib⁹. z prās ei⁹ a mari vsq; ad mare. z a flumib⁹ vsq; ad fines terre. Hoc q̄ factū sit vt dñs iesus xp̃s in itinere numerou⁹ generis vteret. in euāgelio p̃dicti ꝓphe-

tū est. vt dicit Aug⁹. li. xviij. de ciuitate dei ca. xxxv. Unde dicit. Hoc autē factum est vt adimpleretur. s. cōsecutiue nō causati/ue. fm Hozrā. Dicite filie syon. id est. ciui/tati hierusalē sitē sub mōte syon. Ecce rex tuus venit tibi māsuetus. Ecce. demōstra tiuū est ostendētis. i. videte. non carnali a/spectu. sed spirituali intellectu virtutē ei⁹ aspicite. nō naturā corporalē in qua deci/piendi estis. sed ad opera p̄ que saluandi estis. Ita exponit Beda. Ecce rex tuus ve nit tibi. Hoc ideo ꝓpheta dixit diu ante cō stitutus. ac si eū p̄sentialiter videret. quez spirituali aspectu videbat. q⁹ ille ārequ na/sceretur iā erat. Et ideo dicit venit. Et ad dit tibi. s. si intellexeris venit tibi. i. ad tuā vtilitatē. si nō intellexeris venit contra te. Mansuet⁹ nō rigidus aut seuer⁹ Math. xi. Discite a me. q⁹ mitis sum et hūilis cor/de. q. d. nō venit in fastu regio. ꝓpter qō eēt odiosus. sed venit in māsuetudine. ꝓpter qō esset diligēdus. sedens sup asinā et pul/lū filiū subiugalis. i. asine sub iugo et one/re posite et domite. Asina enī grece latine subiugalis dr. in quoz vtroq; sedit christ⁹ ꝓpter mysteriū ad significādū q⁹ ipe debu/it subiūcere in vnā fidē. iudeos et gentiles. Et tangūtur hic q̄tuoz ꝓpter que mūd⁹ et p̄cipue iudei christū merito suscipe debue rūt. scz ꝓpter dignitatē. q⁹ rex. Secdo ꝓpter ꝓpietatē. q⁹ tuus. Tertio ꝓpter vtilitatez. q⁹ venit tibi. Quarto ꝓpter māsuetudinē. q⁹ mansuetus. Et potest addi q̄ntū. ꝓpter hūilitatē. sedens sup asinā. Nō sicut diabo lus. q̄ est rex sup oēs filios superbie. q̄ nō sup asina. sed sup equo ruffo eidē zacharie apparuit. Zach. i. Vidi in nocte et ecce ap/paruit sup equo ruffo. Et Apocal. ij. dicit de ipō q⁹ q̄ sedebat sup equo ruffo. datū est ei sumere pacē. id est. p̄missuz est ei tollere pacē et facere guerrā. vt nō esset pax i terra Isa. lxvij. Nō est pax impijs Ecōtra de fa milia xp̄i dicit. Pax multa diligētib⁹ legez tuā. Venit autē xp̄s ad multas vtilitates. de q̄b⁹ in sequētib⁹ patebit. Mystice hic datur p̄ceptū p̄dicatoribus vt annūciēt mi/litanti ecclie q̄ est filia illi⁹ ecclie triūphan tis in celo. Ecce rex tuus venit tibi. id est. ad tuā vtilitatē. nō ad suā. Nā de oīb⁹ ope rib⁹ eccl'ie deus nō vult nisi gloriā. iuxta il lud. Soli deo honoz et gl'ia. Et iterz. Om nia in laudē dei facite. Nobis aūt reliquit vtilitatez. iuxta illud. Facite vob amicos de māmona iniq̄tatis. vobis dicit nō mi/bi. Lu. xvi. Moraliter aūt p̄dicatores et curati hūt h̄ p̄ceptū vt diligant alias sub ditoz annūciādo illis veritatē opportunaz et necessariā ad salutē. Un eis dr. Dicite. q. d. Nolite tacere. nolite negligere. vñ Isa. lviij. dr. Clama. ne cesses. et annūcia popu/lo meo scelera eoz. et domui iacob peccata eoz. Et ob h̄ dicit Grego. in pasto. ca. xlij. Dicit incauta locutio in errorē ptrahit. ita indiscretū silentiū eos q̄ erudiri pote/rant in errore derelinq̄t. Un dr in canone q⁹ error cui non resistit approbabatur. dist. lxxxiij. Error.

Dixi secū do q⁹ in euāgelio p̄ senti fit mentio de discipul' xp̄i. in q̄b⁹ fuit mira obediētie deuotio et promptitudo. eo q⁹ oīa vt eis in/iuncta sunt statim fecerūt. vñ sequit. Eun tes aūt discipli fecerūt sicut p̄cepat eis ie/sus. In quo fm Hugonē de scto victore, datur p̄fecta forma obediētie. q̄ est nō solū facere qō p̄cipit. sed etiā sicut p̄cipit. Unō Lu. xiij. Factū est dñe vt imp̄asti. Et ad/duxerūt asinā et pullū et imposuerūt super eū vestimēta sua. et eū desup sedere fecerūt Ista vestimēta fm Basiliū signāt institu/ta ap'lica et exēpla atq; doctrinaz ipoz. q̄b⁹ cozda hoīm instruxerūt. vt deū habitato/rē habere possent. q̄b⁹ receptis a iudeis et gentib⁹ sedit in eis xp̄s. q⁹ nisi aīa bis in/structa et informata fuerit et ornata. deum sessorē h̄re nō poterit. Et Herō. sup Cantica fmone. xxviij. dicit. q⁹ vestimēta ista si/gnificāt doctrinā et mozes ap'loz. sine q̄b⁹ nia nuda est. et p̄ sequēs dñs ei insidere nō potest. Et iō eccl'ia curat p̄parare et pre/ornare se in vestitu deaurato ꝓtutū. Dec Herō. Asina aūt dñs sup vtrūq; aīal sedit. primo sup asinā. deinde sup pullu. tertio iterū sup asinā. significat q⁹ xp̄s p̄mo vēit ad iudeos. vt dr Math. xv. Nō sū missus nisi ad oues q̄ perierāt dom⁹ israel. Dein/de a iudeis fides eius trāsiuit ad gentes. iuxta illud. Vobis oportuit p̄mū p̄dicari regnū dei. sed quia repulistis illud et indi/gnos vos fecistis. ecce cōuertimur ad gen tes. Deinde in fine mūdi iterū de gentib⁹ p̄cedet ad iudeos. q⁹ post̄q; plenitudo gē/tū introierit scz in fidē. tūc reliquie israel salue fient. Rom. xi. Moraliter per asinaz

intelligit nra caro pigra. stolida ⁊ lasciua. ab anteriori debilis ad spūalia. a posteriori fortis ad tpalia. p pullū carnalis affect⁹ ⁊ vanū desideriū nostr. q rūc ligantur cuz voluptatū illecebris irretiunt. Hz ea soluere ⁊ subūcere debemus p ornatū ⁊rutū. ⁊ p mortificationē carnis. ⁊p ptritionē spiritus ptribulati. Unde Glosa sup illud ps. ⁊cij. parata est sedes tua de⁹. dicit. Humilis esto ⁊ quietus vt in te habitet de⁹. Hoc significat asina aīal quietum ⁊ humile. sicut equus significat superbū. de q dicit. Fallax equus ad salutē ps. xxxij. dicit ibi Glosa. q equus est supba opinio illoz q in viribz suis credūt saluari. Judith. ix. Nō in viribus equoz. i. superboz voluntas tua. neq; superbi ab initio placuerūt tibi. sed humiliū ⁊ mansueroz tibi semp placuit oratio. Talem ergo asinā xps ecꝛauit. qz talem mentem eundo in hierlm celestē regit ⁊ gubernat. ⁊ post hanc vitā in celestē patriā introducit ꝑm Remigiū.

F

Dixi tertio q in verbis pmissis fit mētio de tribus. in qbz fuit reuerētie ⁊ honoris debita et hūilis exhibitio. vñ sequit. Plurima autē turba strauerūt vestimenta sua. Ista turba tria fecit obsequia xpo valde honorabilia. Primo ipm antecedēdo ⁊ sequendo. Secdo viā pparādo. Tertio vocabz laudando. Unde dicit. Turbe aūt que precedebant. ⁊ significāt scōs patres veteris testamēti q pcesserūt in figura xpm. i. Loz. x. Omnia in figura ptingebāt illis. Turbe que sequunt significāt pres noui testamēti q christū sequunt p viā pceptoz ⁊ cōsiliorū. inter qs est talis differētia. qz sicut pcedentes aliquē nō vident eū. sed sequētes bene vidēt. ita sancti pres licet in xpm crediderūt. tñ eum psentialiter nō viderunt. Unī Job. Dies mei velociores cursore fugierūt. ⁊ nō viderūt bonū. Dicit Grego. i. xpm in q sunt omnia bona. Sap. vij. Venerunt mihi oia bona. Qui aūt dr de abraam. vidit ⁊ gauisus est. Joh. viij. intelligendū est vidit in spū ꝓpherico. nō in pntia corporali. Apli aūt q xpm seqbāt. viderūt xpm. ex quo ⁊ beatificantur a xpo Lu. x. Beati oculi q vident q vos videtis. Dico vobis qz multi reges ⁊ pphete voluerūt hec videre q vos videtis ⁊ nō viderunt. Secdo honorauit ista turba xpm viaz pparando vestibz suis ⁊ ramis. Uestes turbarū significāt mādata legis iudaice. Frondes foliorū tenent speciē pietatis. ⁊ trūcq; iā sub pedibz ponit xpianoz. qz ista oia xpiani pculcant q fuerūt cerimonialia iudeoz ⁊ solis vestimentis. apl'oz instituz ⁊ doctrinis ornantur. Beda tñ dicit q turbe q sternebāt vestimēta in via. significāt credētes ex iudeis q gloriā quaz habebāt ex lege videntes xpm deiecerūt in terrā. semetipos hūiliantes. Qui aūt ponebāt frondes. significāt illos q ante faciē gētilis ppli exēpla qsi ramos virētes ponebāt. vt sine offendiculo ambularēt p viā vite isti⁹ donec intrarēt i sanctuariū dñi. Tertio honorauit ista turba xpm. laudādo eū vocabz. ⁊ significat predicatores noui ⁊ veteris testamēti. q omis vna voce clamabāt. Osanna. i. saluifica filio dauid ablatiue. i. p filiū dauid. i. p xpm. Uel datiue. filio dauid. i. xpo osanna. vbi ꝓfitentur hūanitatē. Osanna fm Huguicio. hebreū est ⁊ in alteri⁹ lingue interpratione in toto trāsire non pōt. Osi enī salua vel saluifica interpratr. Anna interiectio ē depcātis. Et inde deberet dici osianna integre. sed corrupte dicit osanna. elisa voca li sz i. qō hebraice salua vel saluifica obsecro interpratr. subaudiēdo totū mūdū. Et fm B osanna est ꝓbū. ⁊ habet in se vim isti⁹ ꝓbi obsecro ex vi interiectionis. in q intelligitur ꝓbū obsecratiōis. Quidā autez dicunt q hebraicā linguā nouerūt. magis nos affectū obsecrātis significare. ⁊ ita erit interiectio. qz nec grecus nec latinus B interpretari p aliquā vocē potuit. Sicut nec illud. q dixerit fratri suo racha. q est interiectio indignātis. Uel sicut interiectio dolētis est heu. ita apud illos obsecrātis anna. ⁊ valet apud nos tñ sicut vtinā. qō est aduerbiū optandi fm mgrm de vita xpi. Et quia hec interiectio anna nō habeꝫ in latino eloqo. posuit p ea Hiero osanna. i. obsecro. Unī in ps. vbi. lxx. interptes posuerūt. O dñe saluū me fac. in hebreo scriptū est anna adonay osianna. qō Hiero. trāstulit obsecro dñe. salua obsecro. Idē nāq; significat o dñe p interiectionē obsecrātis qō obsecro dñe p ipm ꝓbum obsecratōis. Est ergo osanna qsi osianna. i. salua obsecro dñe. ⁊ est vna dictio ⁊ significat q aduentus christi salus sit mūdi. Unde subiungūt. Benedict⁹ q venit. i. gloriosus sit.

Vel fm Aug̃. a peccato singulariter immunis & imunes faciēs. q̃ venit p carnis assūptionē. i. incarnat⁹ ē i noīe dñi. i. in noīe patris miss⁹. ita dō pr̃e missus ad explendū volūtatē eius & glorificandū eū. Deinde iterū ꝑba repetentes cōuertūtur ad ip̃m. dicētes. osanna in excelsis. i. salua obsecro. Bis dicūt osanna. quia christ⁹ est saluator fm vtrāq; substātiā. scz diuinā effectiue. & humanaz meritorie. Et ad sciendum de q̃ salute intelligāt. determinātꝝ vbi se velint saluari. scz in excelsis. i. in celestibus. nō in infimis & terrenis. salua in excelsis q̃ prius saluabis ab inferis. Ecce duplex salus. vna in liberatiōe pene. alia i collatione glorie. vbi manifeste ostēdit q̃ aduēt⁹ christi nō tm̃ hominū. sed tot⁹ mūdi salus est. in excelsis. id est in celis & i terris. & terrena iungēs celestibus. vt oīe genu sibi flectatur celestiū terrestriuz & infernoz̃. ¶ Istum triplicē honorē debēt christiani hodie facere xp̃o spiritualit̃. Primo nāq; debēt p̃cedere xp̃m p cōfessionez. iuxta illud. Preoccupem⁹ faciē eius in cōfessione. Scdo seq̃ p mādatoz̃ impletionē vt dicat quisq; Vestigia illius secutus est pes meus. Hic xp̃s hortatur quēlibz. dicēs. Tollat crucē suā & sequat̃ me. Tertio debēt p̃parare viā christo p vestimēto/rū in via piectionez. Via est p̃sēs vita. in q̃ vestimēta sternim⁹ q̃n proximis exēpla virtutum ostēdimus. aut p martyrū. aut p cōtinētie. ꝓpositū. aut p ieiuniū. aut p exercitium. Vel vestimēta in via ad aduētū christi sternere & deponere. est antiquā ꝓuersationē peccati deponere. Ramos cedere de oliua est opa miscōie facere. Oliua enī misericordiā significat. Ramos palmaz cedere est de tēptatiōib⁹ triūphare & victoriam reportare. Palma enī victoriaz significat. Et significant̃ hic tres status xp̃o obseqn̄tes in eccl̃ia. prelati cedūt frondes. ꝓferentes exempla virētia sctōrum patrū ad exemplum fidelū. Seculares vestimēta. p̃iciunt. quia temporalia in xp̃i obsequiuz expendūt. Religiosi sunt vt asina & pullus. q̃ dñm in se portāt. in cordib⁹ suis p gratiaz habitare faciētes. ¶ Tertio debēt fideles laudare christū cū turbis. p q̃s significantur oēs ꝓtemplatiui q̃ oratioīi et diuīe laudi magis sunt intenti. Hic mouentur tria dubia. Primū est q̃re filius dei voluit incarnari. Ad q̃d respōdeo fm Berñ. sup Cant̃. sermone. xx. q̃ hoc fecit vt carnalū hominū q̃ nisi carnaliter amare non poterāt. cunctas primo ad sue carnis salutarē amoz̃ affectiōes retraberet. & deinde gradatim ad amoz̃em p̃duceret spiritualem. Hec ille. Scōm dubiū est quare christus nō est incarnat⁹. ante q̃z eo tempe q̃ factus est. Respōdeo fm Tho. super. iij. sn̄iarum dist. i. Et libro. iiij. compēdij. ca. vij. q̃ hoc decuit. primo ex eo vt homo defectū suum agnosceret q̃ erat duplex. scz in cognitiōe & in virtute. defectus i cognitiōe innotuit homini tempore legis nature. quo multi nō obstante lumine naturali in pessimos errores ydolatrie sūt prolapsi. Sed defectus i virtute innotuit homi tempore legis scripte. quia tūc nullus erudit⁹ p legez potuit iuguz peccati a se excludere. Ideo decuit. vt post ista duo tempora q̃si p̃parata veniret christus i mūdum & non ante. Tertium dubiū Quare ita pauper venire voluit in mūduz. Respōdeo q̃ h̃ fecit ideo vt homini nouā viam salutis ostenderet. Adam enī amiserat honorez. diuitias et delicias. Que tria voluit recuperare per alia tria scz honorem p superbiam. diuitias p auariciam. delicias p luxuriaz. Quia ergo adam p illa tria recuperare nō potuit amissam dignitatez. venit filius dei & attulit alia tria. scz paupratem cōtra mūdi diuitias. vt celestes acquireret. Secundo attulit humilitatem contra diabolum. p quaz eius superbiam destrueret. Tertio attulit asperitatem cōtra carnem. vt eā destrueret voluptatem. Unde quia totus mundus istis tribus vicijs erat infectus. necessario christus debuit venire cum tribus remedijs supradictis. Quare benedict⁹ sit quia ita venit in nomine domini. Cui⁹ benedictionis nos participes faciat idē ipse benedictus et glorioſus in ſecula ſeculorum Amen.

¶ Sermo secundus dominice prime in aduentu.

Ecce rex tuus venit tibi māsuetus. Matth. xxi. Si ꝓsiderem⁹ fratres carissimi buane dignitatis excellentiā. & donoz̃ ac beneficioz̃ affluentiā. q̃b⁹ eā diuīe libe-

ra'litatis erundãs ꝓfluuiũ miſericor diter viſitauit. abſq; dubio ſufficienter moueri poterit. imo z debebit volũtas oĩs mortaliũ vt in laudẽ z gloriã tanti largitoris aſſurgat z deuotiſſime ꝓrũpat. Sicut nãq; magn⁹ ille Aug. li. xi. de ciuitate dei. ca. xxi. z xxiij. dicit. Tota mũdi hui⁹ ingens creaturaꝝ varietas. ſolã dei bonitatẽ habuit cauſaz. eo q; vt dicit Joh. Damaſce. li. ij. ca. ij. Bonos z ſupbon⁹ deus nõ ꝓtentus ſuiipſi⁹ ꝓtẽplatione. ſuphabũdãtia pietatis z bonitatis etiã. puidit vt creaturꝫ benefaceret. atq; ideo vt creature bonitatez diuinitatis ſue participarẽt. eas ex nõ ente ad eſſe. pduxit z cõdidit vniuerſa. z cuncta. put cuiuſq; natura capax erat. beatitudinis participẽ effici voluit. vt dicit Plato i thimeo. Quãuis aũt ſic magna ſic decora ſic multiplicia creauit in celo z in tra in mari z in oĩbꝫ abiſſis. oĩa tñ nõ ꝓpter ſe. ſed ꝓpter hoiez creare voluit q; ſub celo ſũt vt ait Iſido. de ſummo bono li. i. ca. xi. Et Hugo. li. iij. de archa myſtica. ca. iij. in pncipio. Nec ſolũ ea q; ſub celo. ſed etiã q; ſupcelũ ſunt vt angelos cũ eoꝝ manſionibus beatis ꝓpter hoiem creauit z pdidit. eo q; oĩes adminiſtratorij ſunt ſpũs. ꝓpter eos qui hereditatẽ capiũt ſalutis. vt dicit ad Heb. ij. Merito ḡ ab hoĩe fuit laudãdus quẽ tantis mirificauit bñficijs. Primo q; dẽ dando ſibi eſſe qõ vtiq; ſine magna dei bonitate nõ fuit. vt dicit Aug. in li. iij. meditationũ. ca. v. Scõo dando ſibi oĩm creaturarũ dominiuz. vt ꝓſit piſcib⁹ maris et volatilib⁹ celi. Hẽñ. i. Tertio ꝓparãdo ſibi eterne beatitudinis ꝓmiuz. Ad hẽ enĩ fecit rationalẽ creaturã de⁹ vt eã ſũme beatitudinis faceret participẽ. vt dicit Aug. in li. de ſuba dilectõis. Et aũt iſta oĩa illeſa hõ ꝓſeruaret z finẽ debitũ p creaturas. ipm vidilicet creatorẽ. ꝓſequeret. poſitus ẽ in paradiſo voluptatis. vbi ſm Bernñ. ſup Canti. ſmone. xxxi. nihil indigẽtie ſenſit. odoriferis ſtipat⁹ malis. i. pomis. fulcit⁹ floribꝫ. glia z bonore coronat⁹. z ꝓſtitut⁹ ſup opa plaſmatoris. cui ſoꝛs erat z ſocietas cũ pncipibꝫ angelorꝝ. z cũ oĩ militia celeſtis exercitus. Dec ille. Erat itaq; hõ in ſuis naturalibꝫ ad imaginẽ dei. roboratus corpe. pictus ſpecie. ſpũ adimplet⁹. veſtitus aſpectu. dñis z mũdi poſſeſſor. vt dicit Aug. ſermone. ij. de annũciatiõe. Erat inſup in gratuitis. ꝓtẽplator dei aſſiduus. innocentia ſtipat⁹. caritate afflatus. ſapiã dorat⁹. prudentia fulcitus. iuſticia veſtit⁹. fortitudine vallatus. tẽperãtia cõpoſit⁹. ſtabilitate firmatus. vt dicit Ambro. in epla ad ſabinũ. Ecce ḡnta dignitas hũane ꝓditiõis. ḡnta excellẽtia dignitatis vltra ceteras creaturas. ḡnto donoꝝ benficioꝝq; diuinorũ ꝓrogatiua in eo relucebat. Verũ qz. vt dicit Aug. in ſmone ꝓdicto de annũciatiõe. nulla eſt felicitas q; non habeat inimicũ. eo q; ſm Saluſtiũ. in inidia ex opulẽtia orta ẽ. z iurta Hernñ. in li. de dilectõe dei. Sola miſeria caret inuidia. Princeps oĩm viciorũ vt dicit Aug. omelia. xi. dñ vidit adã de limo terre ad imaginẽ dei factũ. z tantis donis ornatũ. mor illis ſpoliauit eundẽ. pariter z demit. Vñ vulneranit eũ in naturalib⁹. z gratuitis ſpoliauit. vt patet i parabola de vulnerato. Lu. x. Sicq; adaz amiſſa tẽperantia intẽperat⁹ factus eſt. pdita caritate malus inuẽtus eſt. vt dicit Aug⁹. vbi ſupra. hñtur verba de pe. di. ij. Princeps. Quo factũ eſt vt idẽ ipe ꝓmus nr̃ parens de paradiſi delicijs q̃ſi ob crimen leſe maieſtatis a facie dñi. pfugatus. vagus fieret in terra. z q; vt paradiſi accola fieret deſpexit. in terre tugurijs velut in vallẽ miſerie z lacrimaꝝ miſerabiliter ẽ collapſus. in q; quidẽ valle miſerie. dignũ. p ſuis demeritꝫ cũ tota poſteritate ſua. eterne mortis excepit ſententiã. vt in eo implerẽt illud qõ ei a dño pdictũ erat. Quacũq; die comederitꝫ morieminí. Hẽñ. ij. Morte itaq; duplici. ſ. nature z culpe. vt ſic z corpus morerẽt qõ anĩe obedire nolunt. z ania interiret q; deo parere ꝓpoſit. Itaq; mors pnũ hoiez venit in mũdũ. vt dicit apl's. a qua nullus liberare potuit. niſi q; nihil morti deberet. vt ait Iſido. li. i. de ſũmo bono. ca. xiij. pter quod oĩes deſcẽdentes ab adam filij ire merito nuncupabãtur. Sicut dicit apl's. Erat⁹ inquit natura filij ire. Neceſſarius igitur erat mediator. h̃ eſt. reconciliator q; vt dicit Aug. in li. Enchiridion. ca. xxxiij. bancirã placaret. hoc aũt eſſe pur⁹ hõ nõ potuit. ſed neceſſe fuit eũ eſſe hoiem z deuz. qui ſm Anſelmũ in li. Cur de⁹ hõ. deberet ſatiſfacere vt hõ. z poſſet vt deus Sz qz nullus talinueniebat inter hoies. eo q; z ſi oẽs debebãt ſatiſfacere. eo q; oẽs peccauerãt z egebãt gr̃a dei. nõ tñ oẽs po

terant satisfacere. cū oēs hoīes essent potē tie finite. culpa autez p qua satisfacere de/ buerant erat infinita. vt dicit Tho. super sniaz. Ideoq; humanū genꝰ videns se in hmōi satisfactiōe defecisse in terris. clama bat ad dñm. dicēs. Emitte dñe manū tuā de alto. i. filiū tuū vnigenitū. quo videlicet mortē destruas. hoīem eripias. et p culpa ire satisfacias. H̄ est g̃ quod p̄figurabāt pa triarche. qō p̄cabāt. pphete. qō optabant sancti. qō desiderabāt iusti. qō inquirebāt pctōres dicētes illud Isa. lxiij. Utinam dirūperes celos z descēderes. Jn q̃ v̄bo magnus oñdit būane miserie cumul⁹. ad quē releuandū nō sufficiebat totus mūdi ambitus. qz nō inueniebaꝫ condignus. vt dr ad Rom. viij. Nō patet ex eo qz isti nō petūt remediū de terra sed de alto z de ce/ lo. Ulū p̄ius dicebāt. Emitte manū tuaz de alto. Et postea. Utinaz dirūperes ce/ los. Magnū desideriū. magnā necessita/ tem. magnūq; defectū indicat. Licet autē humanū genus non merebaꝫ exaudiri ex iusticia. tñ ꝓgruū fuit exaudiri ex misc̄oia. Unde deus pr̄ videns afflictionē pl̄i sui q̃ erat in egypto diabolice fuiturus. vt dicit Exodi. iij. z gemitū eius audiēs. nō ē ob/ litus clamorē paupez. eo q̃ de eo scriptuz est. Quia nō impetuū irascēt. neq; ineter nū cōminabit. misc̄oia mor⁹ filiū suū vni/ genitū mittere decreuit in mūdū. Cuius missionis aduentuz ne subito insperateq; veniret. multis voluit p̄figurare mysteriis z p̄dicere p̄conijs. Inter q̃s erāt quidaz q̃ de longe p̄dicebant. vt patriarche in lege nature. in figuris obscuris. qui etiā volue rūt videre eum sed nō viderūt. vt dr Luc. x. Quidā ꝑius q̃ eū p legē z pphetias ma/ nifestius ventuꝝ oñdebant. Sz hi clama bant. dicētes. Heu q̃s victur⁹ sit qñ hec fi ent. videbim⁹ eū. sed nō modo. Psa. xxiij. Quidā vero ꝑpinquissime eū p̄dicere me/ ruerūt. vt apli qui patriarchaz figuras. p pheta ꝙ scripturas implerividētes. christo venienti viā p̄parabāt. Fecit hoc baptista iohānes q̃ āmonēs pl'm dicebat. Dirigi/ te viam dñi. rectas facite semitas dei no/ stri. Fecerūt h̄ z apl'i. quib⁹ saluator veni/ ens p̄usq; alijs aduentū suū tam gratiosū innotuit. innotescensq; toti mundo publi cari mādauit. dicēs. Dicite filie syon. ecce rex tuus venit tibi māsuetus. q̃ fuerūt ver ba in p̄cipio themat⁹ ꝓposita Jn quib⁹ v̄bis tria tangunt circa saluatoris nr̄i ad/ uentū. Primo nāq; describit aduent⁹ filij dei vt cōmēdabilis z gratiosus ex admira bili nouitate sue maiestatis cū dicit. Ecce rex tuus. Scōo describit vt desiderabilis z affectuosus ex optabili vtilitate huma/ ne fructuositatis. cuz additur. venit tibi. Tertio describit vt acceptabilis z solatio sus ex ꝓpiciabili pietate diuine bonitatis. cū subūgitur mansuet⁹. Non g̃ hō ampli⁹ timeat p̄incipē mūdi ipm subiugantē. au diens qz venit rex suus vtiq; fortioz z po/ tentioz diabolo rege supbie. De quo Job xli. Ipe est rex sup omnes filios supbie. q̃ fortioz christ⁹ supueniēs cuz vicit. vniuer/ saq; eius arma abstulit. Matth. xij. nō de/ speret amplius neq; solicitet de aīe sue sa/ lute. qz venit sibi. Unō. Nihil soliciti sitis inquit apl'us. Dñs enī p̄ope est. q̃ scz sup plebit omnē indigentiā insufficiēte. Phi/ lip. iij. Non etiā formidet. nec phorrescat excellentiā imense maiestatis. qz venit mā suetus. vt dirigeret māsuetos in iudicio. z doceret mites vias suas.

A

Dixi primo q̃ in verbis p̄mis sis describit ad/ uentus filij dei vt cōmendabilis z gratio/ sus ex admirabili nouitate sue maiestatis. cū dicit. ecce rex tuus. Tangunt autez hic tria. magna ponderatiōe digna. Primo q̃ christi aduentus est admirabilis nouitas. de qua nouitate dr ꝓphetā. Ecce dies ve niūt dicit dñs. z suscitabo dauid germē iu stū. Et certe mirabilis nouitas. Quis enī audiuit tale. aut quis vidit sil'e. vt scz dñs dñoꝝ fieret ꝙuus ꝙuoꝝ. Sicut ipe d̄ se ait Seruire me fecist⁹ in iniq̃tatib⁹ vr̄is. Est g̃ nouū qz nūq; apparuit sil'e. vnus enī est z scōm scz sil'ez in H̄ nō bz. vt dr Ecc̄s iij. qz supza rōem z sup̄ naturaz. Ulñ p̄s. A dño factū est istud. z ē mirabile in oculis nr̄is. Ulñ Grego. Mirabil' natura. mirifice in/ ducta. assumēs qd nō erat. manēs qd erat. Scōo aduēt⁹ iste ē excellētissim⁹ maie/ state. qz rex. excelsa regal' maiestas ē in ter ris. i. pe. ij. Siue regi tanq; p̄cellēti obe/ dite. Sed qz tāta sublimitas paupi seruo est formidabilis. ideo tertio additur. tuus. Est enim rex humanus. Primo ꝓpter būa ne nature conformitatem. Hal. iij. Di/ sit deus filium suum. natum ex muliere.

vitam nisi sanctus pius verus iustus pacificus. et aliis virtutibo adornatus. Sic enī dicit Bernī. super cantica. Homo sic fuit a deo pfecte creatus vt huic nihil deesse putaretur. Nam quid huic derat. quē misericordia custodiebat. veritas docebat iusticia regebat. pax fouebat. Dec ille. Sicut ergo in his virtutibo creatus fuit ad h vt tandem per eas ad regnū celorum trāsferretur. Sic exquo peccauit ad h de paradiso huc expulsus est vt restauratis eisdem virtutibo. in sanctitate vite et iusticia coram deo suo viuens. regnum celor assequeretur. Et hec est hominis sanctitas Et quia omnes virtutes ordinant in caritatem z caritate informant. vt dicit Gregī. Ideo quisq; vult ad pristinam dignitatē z innocentiā originalem redire z sanctitatem acquirere. ante omnia debet studere vt veram dilectiōem habeat. Veram autē caritatem habet z ordinatā ille qui pmo non diligit quod nō est diligendū. Secūdo et si diligit non amplius diligit q̄d minus diligendum est. Tertio qui z si diligit nō min⁹ diligit q̄d est amplius diligendū. Quarto qui non minus nec amplius diligit q̄d eque est diligendū. Verba sunt Augusti. in libro de doctrina xpiana. Quecūq; ergo alia homini suadent illa omia suadent causa dilectiōis z p cōsequens causa salutis. Ut pudicicia corpis. castigas aīe. veritas doctrine. inquit Augu⁹. ibidem. Si igitur sanctitatē vite acquirere volumus. studeamus insistere illis virtutibus supradictis. vt sic p misericordiam primo nostre anime. Secūdo proximi defectibo compatiētes subueniam⁹. sic enim scriptū est de nobisipsis. Miserere anime tue placens deo. Scriptū est et de primo. Quomodo potes ita esto misericors Thob. iiij. Dec in tantū est necessaria homini vt omnis summa christiane religionis in ea dicatur consistere. inquit Ambro. sup epl'am ad Thimo. iiij. ca. Nihil enī ita cōmendat christianū q̄ miseratio charitatis. inquit Ambro. de officijs. Et fm Piero. in epl'a ad nepocianū. Impossibile est talem a do nō exaudiri. cum habeat multos intercessores. Secundo studere debet homo z diligenter attendere. vt acquirat veritatem. Est aūt triplex. scilicet vite doctrine et iusticie. vt dicit Augustin⁹ in libro de libero arbitrio. et Gregī. Tūc aūt vt dicit Bernī. in libro de. xij. gradibo humilitatis. inquirimus veritatem in nobis cum nosmetipsos dīudicam⁹. in proximis cum eor malis cōpatimur. in sui natura cū meditādo mūdo corde contēplamur. Ad primū gradum ascendim⁹ per laborem humilitatis. Ad secundū per affectū cōpassionis. Ad tertiū per excessum cōtemplatiōis. Tanta vero huius virtutis ad salutem hominis est necessitas. vt sine ea cetera non valeāt. Ipa enī sola liberat. sola saluat. sola lauat inquit Bernī. in quodaz sermone. Tertio homo debet studere iusticiā. Est autez iusticia reddere vnicuiq; quod suum est. fm Bernī. in sermone. scz superiori reuerentiā. equali consiliū et auxiliū. subdito custodiam et disciplinā. Idem ponit Anselmus in libro Cur deus homo. Ultimo debet homo acquirere pacem. Tūc autem vera pax est hominis quādo et caro anīo iudice regitur. et anim⁹ deo pfside gubernat. inquit Leo papa in sermone. Tunc etiam est vera pax. a dei volūtate non diuidi z in his que solius dei sunt delectari. Quādo enī sensualitas nulla parte resistit voluntati. et voluntas nulla parte cōtradicit rationi. tūc est serenitas mentis. et tūc est regnum dei. Ad quod nos pducat. tē.

¶ Dominica quarta in aduentu. III. Sermo. XII.

Dirigite viam domini. sicut dicit Isaias pphēta. Joh. j. transsumptiue et originaliter Isa. xl. Quoniā vt ait colūna fidei et totius sanctitatis exemplar magnus ille pater patrū Aug⁹. in epistola ad Dyascorum. Non aliā quisq; ad capescendū et ad obtinendū salutem veritatis viā debet inuenire quā que inuēta est ab illo qui gressuū nostroz tanq; deus vidit infirmitatē. Dec ille. Quia igit multi multas vias viuendi sibi excogitāt. Nam vt Aug⁹. idem testat in libro confessionū suaz. Non solū hodie sed etiam tempe suo. alius sic alius sic in via dei ibat. Inter istos vero sic diuersimode incedentes sunt quidā qui z si in via incedūt. tamē oblique et non recte. Ideo Johannes baptista veniēs in mundū preparare viam domino. in cordibo fi-

delium. Juxta vaticiniū de se per prophetam Jsaiam diutius promissum. per thema premissum oēs exhortando vt eandem viam rectā faciant dicit. Dirigite viā domino. q̄si di. Exquo natiuitas xp̄i imminet de proximo. per quā venturus est z nasciturus dei filius in vobis per gratiā. Jdcirco vt via sit in vobis recta et nō obliqua. dirigite viaz domini. Ad hoc em̄ vt dicit Ambrosi⁹ sup Lucam. hoc temp⁹ nō sine causa aduentus domini vocat. Jdeo em̄ sancti patres celebrare ceperūt aduentum christi vt se vnusquisq; fidelis prepararet et emūder. vt digne dei sui valeat natiuitatem celebrare. Hec ille. Et quia nō potest se melius preparare quisq; q̄z si recto corde rectā viam deo paret. Jdeo hortat precursor eius dicens. Dirigite viā domini sic dicit Jsaias ꝓpha. In quibꝫ bis tria tanguntur. Primo nāq; hortatur nos Johannes ad rectā penitentie actiones. cum dicit Dirigite viā. Secūdo ostendit actionis rectevtilitatē. cum addit. domini. Tertio vtriusq; subiūgit necessitatem. cū subdit. sicut dicit Jsaias. A

Dixi primo q̄ in verbis premissis hortatur nos Johannes ad rectā penitentie actionem. cum dicit Dirigite viā. Jsta via non est alia nisi penitentia que sola est via iustorum qua ad paradisum tendunt. iuxta illud p̄s. Nouit dominus viā iustorū. Que dicitur via recta. quia recte tendit in celū. Sicut via impioꝝ dicitur obliqua. Juxta illud p̄s. In circuitu impij ambulant. Ad hoc autem vt hec via sit bona requruntur plura. inter que p̄cipuū est vt sit recta. Primo nāq; hec via penitētie debet eē clara p illuminantē sapientiā z discretionem Juxta illō Prouer. iij. Justoꝝ semita q̄si lux splendens procedit et crescit vsq; ad perfectā diem. i. ad eterne beatitudinis claritatē Unde sicut via noctis obscura multū est periculosa. q̄ sepe in fine errorem iducit. ita via penitentie sine discretione z obscuritate intelligentie facta. nihil proficit. Refert Henric⁹ de vrmaria libro. iij. de perfectiōe interioris hoīs. c. j. Q cū inter sanctos patres diutius de grā acquirēde perfectōis quererēt. que nā esset virt⁹ vel obseruātia q̄ posset hoiez a dyaboli laqueis z tēptatiōib⁹ custodire. vel p quā recto tramite possit ad culmen pfectōis ascendere. Uentū est ad sermonē Anthonij. Cunq; alij aliā ꝓtutē. alij aliā dicerēt. Nam quidā dicebāt ieiuniū. q̄dam ꝓtinentiā. q̄dam mūdi ꝓemptū. quidā charitatē z humanitatē. Btūs Anthoni⁹ tandē intulit. Omnia hec q̄ dixistis vtilia sunt sitientib⁹ deum z cupientib⁹ ad eū peruenire. Hz sola discretio est q̄ omnia laudabili fine ꝓcludit. Quā multi obmittētes ꝓuersatiōez suā laudabilē nō laudabili fine ꝓcluserūt. quia sine discretione i inceptis ꝓtutib⁹ nō potuerūt pdurare. Et subdit Anthoni⁹. Dec em̄ ꝓtus est q̄ docet quēlibet ad pfectōz tendē tem via regia semp incedere. Est em̄ vt ait idem Hēric⁹. c. ij. discretio ocul⁹ aie Juxta illud Lucerna corpis tui ocul⁹ tu⁹. Hat. vj. Que ido dr oculus. quia oīm nostras cogitatiōes z actus nostros discernit atz plustrat. Illa ät discretio nō est nisi rectū iudiciū rōnis. q̄ errante oīa pctōz tenebris implicant. Jdeo saluator addit. Si oculus tu⁹ fuerit simplex. totū corp⁹ tuum lucidū erit. si aūt nequā fuerit. totū corp⁹ tuū tenebrosum erit. Jstud patet ō Saul q̄ ꝓtra p̄ceptum Samuelis estimās victimas magis placere deo q̄z obedientiā. diuinā offensam incurrit. Sil⁹ Achab rex q̄ credens meliorē fore misericordiaz parcēdo regib⁹ sibi diuinit⁹ traditis q̄z seueram executionē diuini p̄cepti. iram dei incurrit et acerba morte interijt. sicut z Saul. Nō solū aūt discretio lucerna corpis dr. sed etiā sol ab apl⁹ appellat. Juxta illud Sol nō occidat sup iracundiā vestrā. Expōit Hēricus tomes alij. i. iudiciū rationis. Dinc Salomon ait. Omnia fac cū cōsilio. i. cum moderamine discretōis. Ex qbus infero q⁹ sine discretōis grā nulla ꝓt⁹ p̄t stare vel pficere. Istō patet em̄ Hēricū vbi sup. c. iij. Sola discretio quēlibz hoiez fixo gradu pducit ad deū z omēs ꝓtutes illesas ꝓseruat. Sine q̄ multi conatu feruido laborantes a ꝓtutū culmīe ceciderūt. Hec mitz cū hec sit omniū ꝓtutū generatrix ꝓseruatrix et moderatrix. Ihēm dicit Bern⁹. sup cātica fmōetit. Nō hz hostis callid⁹ machinamētū efficaci⁹ ad tollēdū caritatē ō cordib⁹ fideliū q̄z si efficere possit vt i ea incaute z nō cum rone ambulet. Refert Hēric⁹ ibidē ex collatiōib⁹ patz Q q̄dā senex q̄nq̄ginta ānis in heremo maximā continentiā seruauit.

ita vt in die pasce eam etiã nollet relaxare nec ceteris fratribꝫ cõuiuere. Quẽ dyabolus illudẽs accessit in specie angeli. sibiq; psuasit q; iam esset tante sanctitatꝭ vt nulli posset discrimini subiacere. etiam si in fluuiũ mergerek. Quod ipe experiri volens. in puteũ se iecit. ibiq; periit. ꝛ ꝫ nõ ꝓpter aliud vt dicit Henric⁹. quia plus suis diffinitionibꝫ ꝙ patrũ institutis voluit obedire. Refert etiã de quibusdam duobꝫ fratribus q; cum p heremũ trãseuntes. fame deficerent occurrerũt eis pagani ferocissimi. offerentes eis panes. quos vnus pyrtutem discretiõis nõ tanq; ab homine sed a deo oblatos suscipiens comedit. Alius vero recusans tanq; ab homine nõ a deo datos. fame consumpt⁹ est. Refert etiã de quodã qui secũ filium in monasterio habuit. cui dyabolus persuasit vt eum exemplo Abrahe immolaret. q̃d ipe statim impleuisset nisi filius videns patrem accuẽtem gladium aufugisset. Expremissis ergo sm eundẽ Henricũ. c. ix. ibidem patet. q; discretio est mater ꝛ origo omniũ virtutum. que nõ nisi vera humilitate acquirit quod tunc fit cum omia agenda. ymo cogitatões singulares seniorꝫ reseruantur examini. vt in illo suo iudicio credẽs sibi seniorum diffinitionibꝫ acquiescat. ꝛ quid bonum quid malũ debeat iudicare eorũ traditione cognoscat. Talis certe tũc unl latenus decipi poterit qui nõ suo iudicio sed maiorꝫ vsit exemplo. Hec ibi sententialiter. Secũdo via penitentie debet esse publica p exemplũ bone operatiõis. Numeri. xx. Publica gradiemur via sine omi offendiculo. Quod fit p exemplꝫ sancte edificationis Prouerb. xv. Via iustorum sine offendiculo. Certe non bñ agit pniaz occultã q̃s p publico scãdalo. Sicut ille q; verecundat in pane ꝛ aqua ieiunare coram hominibꝫ p ebrietate vel fornicatione. de q̃ pluribꝫ suspect⁹ est. Tertio via pnie debet esse impolluta. Juxta illõ ps. Ambulãs in via imaculata h̃ mihi mistrabat. Polluta est pnia que de vno peccato facit pniaz. et aliud simile vel aliud committit. Mala pnia qr ieiunat et tñ inebriat. Abstinet a cibo sed non a detractiõe vel iocorisu ꝛ dissolutione. Vltimo via pnie dz eẽ directa p rectitudinẽ intentiõis. Hec erit vobis via directa. vt stulti nõ errẽt p eam Stulti dicunt apud seculares penitẽtes eo q; derident subsannant et deluduntur. Sed certe apud deuz sunt vltra ceteros electi. j. Cor. j. Que stulta sunt mundi elegit de⁹. Et ecõuerso sapiẽtes reputãt apd secl'ares astuti. dolosi. supplãtatores. fraudulenti. deceptores. de q̃bꝫ dr. Sapiẽtes sunt vt faciãt mala. Stulti igit reputatõe bũana penitẽtes ipi habẽt viã directã penitẽtie vt nõ errẽt p eã. Error in via fit cũ homo declinat ad dexterã vel sinistrã Vñ filij isrl' dixerũt ad Heon regẽ amorreoꝝ Nũeri. xx. Via regia gradiemur nec; declinabim⁹ in agꝝ nõ in vineã. nõ bibemus aquã de lacu. Via regia. sm Origẽ. sup libꝛũ Nũeri omel'. xij. ad finẽ. est via xp̃i qui dicit de se. Ego sum via. Et de q̃ rege dr ĩ ps. De⁹ iudiciũ tuũ regi da. Quã ꝓfitet se q̃s fidelis incedere in baptismo cuz abrenũciat diabolo ꝛ oĩb⁹ pompis ei⁹. Silr cũ in pnia ꝓponit nõ ee vsurũ vllis voluptatibꝫ eius. nõ agro auaricie. nõ vinea voluptatꝭ aut gule ꝛ ebrietatꝭ. nõ aqua de lacu lasciuie. Sic q; non vult declinare ad dexterã vel sinistrã. qr nec; ad opera nec; ad sensus dyabolicos mens fidelis penitentis debet recurrere. Policrat⁹ ꝛo li. iiij. ca. ix. exponit p dexterã vehementiã ꝛutꝭ. Per sinistrã ꝛo excessum virtutis q̃ ĩ medio cõsistit. Unde sicut omis vehemẽtia inimica est salutꝭ. sic excessus omis culpa. bonarũ q̃ rez ꝙ suetudo nimia. pessima ẽ. Unde Ethic⁹. Insani sapiẽs nomẽ feret equ⁹ inic̃. Ultra q̃ fatꝭ ẽ ꝛutẽ si pent ipaz Et ph̃s dicit. Cane q̃d est nimiũ. qr si hec ipa cautela modestiã deserit eo ipso a tramite ꝛutꝭ incaute recedit. Salomon q̃z dicit. Noli inq̃r nimiũ esse iust⁹. Unõ fm ipm. Nimia hũilitas maxia ps superbie est. Ad sinistrã declinare est p abruptã vicioꝝ ꝛutũ q̃z deuiare. Nec ille. Sup oĩa autez via penitẽtis debet esse recta p intentiõez. Unde saluator reprehendens phariseos ait. Omia opa agũt vt videanꝭ ab hoĩb⁹. Penitẽtes igit nihil debẽt facere gr̃a hũa ne laudis sz ad gl'az dei ꝛ salutem ꝓpriam. Juxta illud. Sic luceat lux vestra coram hoĩb⁹ vt videãt opa vestra bona. ꝛ glificẽt pr̃em vestr̃ q̃ in celis ẽ. Ex his ifero pmo q; ad bonũ op⁹ ꝛ meritoriũ duo requirũt scz cognitio veri ꝛ amor boni. Primũ pz p illud q̃d dictũ ẽ sup de discretiõe q̃ docet

verū cognoscere. sine q̄ nulla ꝑfus incipit neq; ꝓficit ſm Henricū. Hcōm patet sc̄z de amore boni ꝙ btm Bern̄. i lib.o de dispensatōe z p̄cepto. Ubi dicit. Ut interior oculus ꝙe simplex sit. duo illi arbitror esse necessaria. sc̄z ꝑitatē in electōe. Ecce cognitio veri ꝙ discretōz. Et caritatē i intentōe Ecce amor boni. Pro isto sciēdum q̄ ſm Bern̄. i li. de ꝯsideratiōe ad Eugeniū hominēs diuersimode se habēt ad bōa opa. Quidā em̄ bona diligūt z tm̄ mala nesciēt vel ip̄rudēter agūt. vt sūt illi q̄ libenter bn̄ facerēt. sz q̄ nō querūt a sapiētibꝫ qūo facere debeant. contingit sepius q̄ mala putantes bona agunt imp̄rudenter. De q̄bꝫ dr Isa. v. Ue q̄ dicitis malo bonum. Isti nō sunt omino mali. q̄ z si in eis deest discretio q̄ verū agnoscāt. tm̄ deest p̄uersitas q̄ iniquitatē nō diligant. In eo g̃ q̄ bonuz diligūt. boni sunt. sed q̄ malū faciūt. mali sunt. Sūt z alij q̄ bonū agūt sed malū intendūt. Sūt z bij mali. q̄ bonum agunt sed intentione p̄ana. z sic ꝑmiscent bonū malo. Alij sunt qui bonū agūt sed malum credunt. Pij peiores sunt. quia bonū nō agerent si ipsum bonum fore scirent. Alij sunt q̄ malum agūt sed intendūt bonum. et bij similiter mali. q̄ non sunt facienda mala vt eueniant bona. Alij sunt qui veritatem nō agnoscūt. z p̄uersitatē diligunt. bij pessimi. q̄ et in rōne et in voluntate deformati. De bijs dr. Corrupti sunt. s in ratione. et abominabiles facti sunt i studijs suis Alij sunt q̄ bonū cognoscūt in rōne z diligūt i operatiōe. bij optimi Isti soli sūt q̄ faciūt dño viā rectaz in cordibꝫ suis. q̄a rectū recte faciūt. De q̄bꝫ dr in ps. Et deduxit eos i viā rectā. vt iret in ciuitatē habitationis. Isti em̄ recto tramite ꝓgūt i ciuitatē celestem. et recte operant̄ z recta intentione illud amāt. bij g̃ z nō alij dirigūt dño viam. Uerū q̄ multi sunt beu his tēporibus qui rectum non recte agūt. Jō hortatur Johannes dicens. Dirigite viā domino.

B

Dixi secundo q̄ in verbis p̄ missis Johānes ostēdit pnīe z cuiuslibꝫ bone actionis vtilitatē. cū subdit. dñi. Ac si em̄ dicat. merito hāc viā dirigere debet̄ vos serui. Erq̄ eā ipe dñs z saluator vī p̄or dilexit. Unde dicit glosa sup Math. Uia dñi pnīa est. ꝙ quā de⁹ ad nos descēdit z nos ascēdimus ad ip̄m. Istā viā p̄figurādo i se cū appinq̄ret hierl'm. Primo venit bethphage. Hcōo ad montē oliueti ascēdit. Dicit aūt q̄ p̄mo egressus de Bethania et tūc p̄mo trāsiuit ad p̄dicta loca. Dec fuit via dñi corpal' cūdo ierl'm materialem. Sed nostra est moralis tendendo ierl'm celestem. Primo ergo dñs exiuit de Bethania. Bethania interp̄tat dom⁹ afflictiōis. z significat i peccatore vehementē doloris afflictōz ꝙ p̄trītionē. a q̄ p̄mo viā sue p̄uersiōis q̄libꝫ peccator dz incipe Juxta illō ps. Dolor me⁹ in ꝓspectu meo semp. i. in cognitōe peccati Hcōo pctōr p̄cedit vsq; Bethphage. z significat ꝓfessiōez. Bethphage em̄ interp̄tat dom⁹ bucce seu oris. z significat ꝓfessionē vocalē. Juxta illō ps. Dixi ꝓfitebor aduersum me iniusticiā meā dño. Tertio appinquit ad montē quez z ascendit. z significat eleuationē mēt̄s ꝙ deuotionē or̄is ad deū. Hā ſm Aug. oratio nō est aliud nisi ascensus mentis in deū. Quarto ascēdit ad mōtem. nō quēcūq; sed olīueti. z significat elemosinaz largitionē. p̄ pinguedinez olei. Debet em̄ penitens fructificare bōa opa z p̄cipue elemosinas. redimēdo ꝙ eas peccata. Juxta illud Daniel. iiij. Peccata tua elemosinis redime. Et Luce. xj. Date elemosinā z omnia mūda sunt vobis. Talis g̃ merito dicere poterit. Ego sicut oliua speciosa in campis. Quisq; ergo taliter penitentiā agit ꝙe viā dñi dirigit. Nō est tamē leuiter transeundū. q̄ Johānes non simpliciter dixit Dirigite viā. sz addere studuit. dñi. volēs significare aliquā aliā eē viaz q̄ vadūt pctōres ad damnationē q̄ non est dñi sed dyaboli. De q̄ saluator Math. vij dic. Arta e viā q̄ ducit ad salutē. z pauci g̃diunt ꝙ eam. Lata ꝙo est que ducit ad perditionem. Et ꝙe lata. Nam diam⁹ viā latā apud nos in qua possunt cōcurrere et sibi met inuicez obuiare duo vel tres currus. Sic via dyaboli est ad tm̄ lata q̄ non solum duo aut tres currus sed etiaz septem simul cōcurrentes possunt sibijnuicē obuiare. Sūt em̄ septē genera moraliū peccatoz que in via dyaboli simul ꝯcurrūt. et vnū nō impedit aliud sz se in pace obuiando ꝑtereūt. z ideo dicitur via lata z ampla. Sed licet sit lata tm̄ est multum grauis et laboriosa, via vero ꝙi est leuis et facilis,

Juxta illud Math.xi. Jugum em̄ meum suaue est z onus meū leue. Ūñ ps. dicit ō se. Uiam mādatoꝝ tuoꝝ cucurri. cum dilatasti coꝛ meū. Uidet em̄ a principio via domini arta vt vix possit homo progredi per eam. sed processu temp̄is ita dilatatur vt libere possit currere per eam. Quod fit cum homo ex charitate oīa facit. Tunc em̄ amanti nihil erit difficile. Econuerso via dyaboli a p̄ncipio ita lata est q̄ homo libere discurrit qua vult. Sed postea ita artatur q̄ nō potest progredi de loco. Nō fit cum mala cōsuetudine peccandi ita afficitur vt non possit ad bonū moueri Juxta illud. Peccatoꝛ cū in p̄fundū malorum venerit contemnit. Dinc est q̄ ista via diaboli multum est laborioſa z ad extremum fatigabilis sicut damnati cōquerūtur dicētes Sapie. v. Lassati inquiūt sumus in via iniquitatis et pditiōis. Ambulauim⁹ vias difficiles. viam autē domini ignoꝛauimus. Istud verificat ꝑm Rupertū bolgot. vbi supra. in oīi genere hominū peruersoꝝ. qui inter nobiles et milites p̄ vanitate et fama volantib⁹ in oꝛe hominū totaliter se exponūt. sustinentes plus de pena i vno toꝛneamēto seu hastiludio vl̄ bello. q̄s sanct⁹ monach⁹ in decem annis. Itez mercatoꝛes qui mare transeūt personalit̄ sustinētes p̄iculosas latronū insidias. maris tēpestates et naufragia. certe isti expeꝛiunt istas vias dyaboli esse difficiles. Similiter clerici vel laici q̄ magnoꝝ regū vl̄ comitū vel episcopoꝝ curias aggrediunt ad seruiendū. certe etiaz isti sciunt q̄ntum ista via habet difficultat̄. vbi seruiūt multis annis cū remoꝛsu conscientie. cum obiurgationib⁹ dominoꝝ. cū inuidia socioꝝ. cū oīi infoꝛtunio coꝛpali. Et ideo oīes illi siue subditi siue domini q̄ peccato seruiūt ꝑ felicitate mūdi dicere possunt Lassati sumus in via iniquitatis. Sūt aūt septem vie iniquitatis q̄ sunt valde difficiles. z tū hominib⁹ valde amabiles. Et huius causa eē nō potest nisi ignoꝛātia. Omnis em̄ via est difficilis. si sit montuosa. spinosa. lutosa. tenebꝛosa. tumultuosa. sumptuosa. et tediosa. Montuosaz vadunt superbi et ambicioſi. que via est periculosa. quia de modico lapsu iminet magnū periculū. Quia ſm Greg. q̄nto gradus altioꝛ tanto casus grauioꝛ. Sed certe ipsi sunt similes leporibus. qui facilius currunt contra montem ascendendo q̄s de monte descendēdo. Item isti facile ascendūt ad dignitatē z cū magno conatu z velocitate sed de dignitate difficulter amouēt. Secunda viā scz spinosā vadūt auari. Spine em̄ sunt diuitie Luc. viij. Quia habēt pūctionē laboꝛis in acquirendo z doloꝛis in amittēdo. Tertiaz viā scz lutosam eligunt luxuriosi. de q̄b⁹ in p̄s. Inq̄nate sunt vie illius in oīi tempe. Ūñ dicit in oīi tempe Quia tales z si non agūt turpia. cū de eis meditant z loquunt. Ideo dicit in oīi tēpoꝛe. scz in mēsa. in solaciis. in collatiōib⁹. in somno. in vigilia. in die z nocte. Quartā viā scz tenebꝛosaz eligūt inuidi q̄ p malicia. p̄ria sunt excecati. z vbicūq⁹ sunt i tenebꝛis ambulāt Prouer. ij. Relinquūt iter rectū et ambulāt p vias tenebꝛosas. ps. Fiat via illoꝝ tenebꝛe. Sed tales timeāt q̄ nesciūt vbi coꝛruāt Prouer. iiij. Via iꝑioꝝ tenebꝛosa nesciūt vbi coꝛruāt. Quintam viam scz tumultuosam eligūt iracūdi z plenam p̄essura. quia vbicūq⁹ sunt p̄essura est. Sicut narrat de quodā Seneca in de ira capitulo. viij. qui dicebatur Leleus qui fuit iracundissimus. et ideo sedicioſissimus. Unde ps. Contritio et infelicitas in vijs eoꝝ. Sextā viam eligunt gulosi videlicet viam sumptuosam. Mercatoꝛes non libenter vadunt vias sumptuosas vbi est caristia panis et potus. q̄a plus perderent in via vna nocte q̄s lucrarentur in die. Uia sumptuosa est taberna. vbi homo plus expendit vna hoꝛa quod sibi sufficere posset tota die. Unde i psalmo. Dec via illoꝝ scandalum ipsis. Septimaz viam eligunt accidioſi. Isti enim licet nichil faciant boni. tamen sunt quasi cōtinue fatigati. Est enim accidia quoddā spirituale tedium in bis que dei sunt. Ita q̄ oīe illud quod ad diuinū pertinet officium reputatur ab eis nimis lōgū. Dij volūt habere longum p̄andiū sed bꝛeues gratias Garrulationes diuturnas. et hoꝛas sincopatas somnum infantis. et missam venantis. Infans habet necessario dormire et multum. quia in somno maxime nutritur. Dec ergo sunt omnes vie iniquitatis quas debet homo derelinquere. et viam dñi incedere Juxta illud Isaie q̄nquagesi mo q̄nto. Derelinquat impius viam suā. z

vir iniquus cogitatiões suas. Et Ezech. vj. Conuertimini a vijs vestris pessimis. Verum q̄ multi sunt qui in his vijs decipiunt. Trāseuntes em̄ viam dyaboli credūt se transire viam dñi. Nam viuētes ad supfluitatem. credūt viuere ad necessitatē Jō petendus est dñs vt doceat nos cognoscere vias suas. Juxta illud ps. Vias tuas dñe demōstra mihi. Et iterū. Notam fac mihi viā in q̄ ambulem.

¶ Dixi tertio q̄ in verbis p̄missis Johannes describit hui⁹ vite necessitatē. cum dicit. Sic dicit Isaias pphēta. Magna siquidem necessitas incumbit facere aliq̄d ex p̄cipientis autoritate p̄cipue pphete. Prophete aūt sunt secretarij p̄cipui dei. Ideo q̄ ipsi p̄cipiunt humiliter exequi debem⁹. Quia ergo dirigere viam istam suadet prophēta Isaias. Ideo ei est obediendum. Ac si em̄ dicat. Non solum ista via est dirigēda quia est domini. sed etiaz quia hoc suadet pphā. Circa quod sciendū q̄ necessitas nobis incumbit obediendi pphetis. z ℞ multiplici ratione. Primo ꝓpter mittentis autoritatē. dñs em̄ illos mittit et ipi ei⁹ nuncij sūt Hieremie. vij. Mīsi ad vos seruos meos pphetas. Et Math. xxiij. Ecce ego mitto ad vos pphas z sapientes et scribas Qui ergo obedit nūcio obedire debet et dño. Unde christus dicit. Qui vos audit me audit. Luce. x. Et qui vos spernit me spernit. Qui autem me spernit. spernit eū qui me misit. Unō Ezechielis dicitur. iij. Domus israel nolūt audire te q̄ nolunt audire me. Secūdo ꝓpter dicentis dignitatem. nō em̄ loquunt ex ꝓrio sensu. sed inspirati a spūsancto. ij. Pe. j. Non volūtate humana allata est aliquādo prophetia. sed spirtusancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. Propter hoc dicebat ips Math. x. Non em̄ vos estis q̄ loquimini. sed spūs patris vestri qui loquit in vobis Tertio ꝓpter doctrinā ꝓphetie z vtilitatez Illuminat em̄ animā per spūalem intelligentiā. ij. Pe. j. Habem⁹ firmiorē prophēticum sermonē. cui bene facitis attendentes. Quarto ꝓpter bonorum eterne glorie adeptionē. ij. Paralip. xx. Credite prophetis eius z cuncta venient vobis prospera Unde dñs phariseis exprobrās ait. Si crederetis Moysi. crederetis forsitan et mihi. De me em̄ ille scripsit Joh. v. z Luce. xxj. Si prophetis non credent. nec si quis ex mortuis surrexerit credent. O q̄s parua fides hodie adhibet scripturis pphetarum. quas homines mundani aut vertunt in dubiū aut oīno non credūt ita esse. Sed q̄d mirum si seruis non creditur. cū domino non credit. Juxta illud Johannis. Si me audierint et vos audient. Si sermonē meū seruauerint z vestrum seruabūt. Si me persecuti sunt et vos persequent. Unde autem talis contēptus in hominibz nō credētibz verbis dei et prophetaz. Certe ex defectu charitatis et dilectiōis ad deum. Nam scriptum est. Quod q̄s non diligit. facile cōtemnit. Si cōtēnit. igitur nō credit. ex quo pro nihilo reputat. Cum ergo hodie homines p nihilo habeant terram desiderabilē. vt dicitur in psalmo. Non mirū q̄ etiam omnia que dicunt de ea nō attendūt neq̄ credūt Nos igitur fratres attendētes prophetica suasionē. humiliter obediamus ei. vt sic iuxta pphete consiliū viam domini hoc sacro tempe dirigam⁹ quatenꝰ p eam gradiendo sine offendiculo ad vitaz possim⁹ peruenire eternaz. Ad quā nos perducat ipe dñs noster ihs xps Amen.

¶ Dominica infra octauas natiuitatis xpi

¶ Sermo. XIII.

Erāt pater et mater Jhesu mirantes super his. Luce. ij. cap. Morale est omnibz regibz et principibz terras suas nouiter ingredientibz. vt se malis et inobedientibus rigidos et seueros per iusticiaz ostendāt. bonis vero z subiectis benignos z clemētes appareant. Iste em̄ due virtutes mature cōseruant regnū. per primā irrogātur malis supplicia. per secūdā aūt distribuūtur bonis beneficia. De his duabus virtutibz dicit Prouerbiorū. xx. Misericordia et veritas custodiūt regē. z clementia roborat thron⁹ eius. Un̄ Virgilius ysomādo Eneam troianū romane vrbis fūdatorem legit dixisse li. vj. Eneidos. Tu regere imperio pplos romane memēto. Hec tibi artes erunt paucis imponere mores. Parcere subiectis. et debellare superbos Christus dñs noster est rex regū et princeps regum terre. vt dicitur Apocal. primo.

Qui veniens vt nouus homo in mundū nouā p̄cepta dedit mūdo. fm Grego. in quadā omelia. Dedit aūt duplicia p̄cepta que oīb; q̄dragesimo die natiuitat; sue in templo fecit ꝓponi et publicari. scz iusti/ciam supplicioꝝ et clementiā p̄mioꝝ. Nam ipe venit reprobis in suppliciū eternū. iu/stis vero in vitā eternā Math. xxv. Hinc est q̄ cum christus esset p̄sentatus in tem/plū ipo die purificatiōis Marie. beatus ille senex Symeon ista duo de ipo p̄reco nisabat dicens. q̄ ipe positus esset in rui/nā z in resurrectionē. In ruinā reprobis. z resurrectionē electis. vt ex ruina repro/bi reportarent supplicia. z ex resurrectiōe iusti reportarēt p̄mia. Que quidē audien tes parētes xp̄i. mirabāt merito de his que dicebantur de illo. vt dicit euāgelius. Super quo charitati vestre aliqua breui ter dicere ꝓpono. Verū quia ista absq; sal uatoris nostri auxilio facere non valeo. Sicut em̄ dicit Bernardus sup cantica sermone. xij. Predicatores non imperio sed ministerio suo nobis exhibent noua z mansueta ꝑba. deus vero manēs i ipsis ipe facit opera. Dec ille. Eapropter p̄ im petrāda spūssancti gratia tam mihi ad lo/quendū q̄z vobis ad audiendū ad deū re/curram⁹. scientes quia benignus est spiri tus sapientie z nō cōsueuit dissimilis esse inuocantibus se. Qui sepe z anteq̄z inuocet dicit. Ecce assum. inquit Bernū. super can tica sermone. xv. in p̄ncipio. Quod vt asse quamur matrē gratie salutem⁹ dicētes ei. Aue maria gra plena tē. In euangelio p̄/senti tria tanguntur. Primo tangit paren/tum xp̄i admiratio. cū dicit Erant pater z mater eius mirantes. Secūdo Symeo/nis de xp̄o vaticinatio. cū dicit Et bene/dixit illi Symeon. Tertio Anne prophe tisse cōfessio. cum sequitur. Et erat Anna.

A

Dixi primo q̄ in euāgelio p̄/senti tangit p̄mo parentū xp̄i admiratio. Unde dr Erant pater z mater ei⁹ miran/tes circa quod sciendū q̄ cū Maria vir go q̄dragesimo die post partū xp̄i iuxta le gis p̄ceptū venisset in templū ad offeren/dū xp̄m cū oblatione in lege descripta. scz cū colūbis vel turturibus aut agno. Extūc Symeon qui tūc ministrabat in templo veniens in spū accepit puerū i vlnas suas, et gratias agēs deo q̄ meruit videre xp̄m promissum patribus antiq̄s cecinit canticū nouū. carmen deo nostro dicens. Nūc di mittis seruū tuū dñe. Que oīa videtes et audientes parentes xp̄i mirabant. Et hoc est quod dicit Erant pater z mr̄ eius. Pater scilz Joseph. qui fuit pater putati/uus xp̄i z nutricius. Unde Luce. iij. dicit q̄ xp̄s putabat filius fabri. Bonus faber pater xp̄i. non Joseph q̄ fabricabat ligna. sed deus qui fabricatus est aurorā z so lem. et cetera sidera. Et mater eius. id est beata virgo Maria. que fuit vera mater christi. eo q̄ omnia ad conceptionē requi/sita. que vera mater dare potest puero mi nistrauit. vt dicit Damascen⁹. Mirabā/tur aūt non quia ignorarent infantez illū esse deum. sed quia sic cito erat notificat⁹ mundo. pastoribus rudibus. et deuotis magis. Secundo mirabant. quia non so lū ab angelis. sed etiā ab hominib; cōcor/diter iam laudabat. vt a Symeone z An/na et pastorib. Tertio mirabant. q̄ quan to vlterius tanto plura cognoscebant de eius maiestate diuinitatis. Nō ergo erant mirantes dubitando. sed assentiendo et congaudendo. Juxta illud Tunc mirabi tur et dilatabit cor tuum Isaie. lx. Causa aūt ammiratiōis ponit. cū subdit. sup bis que dicebant de illo. Omnia em̄ mirabi/lia circa xp̄m. Mirabilis nāq; erat conce/ptio. q̄ p̄ter ordinē et supra naturā sine vi ro z de ꝟgine sola. Quod Aug⁹. dicit mi/rabili⁹ q̄z mundū creare Mirabile nomē habuit. quia ihs. quod interpt̄at saluator. Math. j. Ipe em̄ saluū faciet p̄l'm suū a pctis eoꝝ. Magnū mirabile q̄ tam exilis infantulus videbat q̄ tamen saluatoꝝ mū/di p̄dicabat. Unū in ps. Admirabile est no mē tuū in vniuersa terra. Isa. ix. Vocabit nomē ei⁹ admirabilis. de⁹ fortis. princeps pacis. pater futuri seculi. Mirabilia fue/rūt ista. homo fragilis et de⁹ fortis. filius pauperis et princeps pacis. in tempe nat⁹ et pater futuri seculi perpetu⁹. Mirabilis etiā fuit eius tota vita. Unde de ipo dicit Hester. xv. Vade mirabilis es dñe et fa/cies tua plena est grā. non vnius gr̄e sed omniū grā. Ab eo em̄ p̄cedunt omes di uisiones grā fm mensuram donatiōis. Unde ipe fuit fons et origo omniū fructū et gratiarū. vt dicit Bernard⁹ sup cantica.

¶ Dnica infra octa. natiuitatis christi

¶ Et notādū q tria fuerūt mirāda circa xpm. scz q dicta sūt ō eo. Scōo q dicta sūt ab eo. Tertio q facta sunt ab eo. Dicta aūt erāt de xpo multa p patriarchas z pphas. Nā Jacob pdixit eū diu ante venturum. Genē. Nō auferet sceptrū de iuda. Similiter Balaā vocauit eum stellā ex Jacob. Silr Jsaias vocauit eū florē et matrem eius vgam. sup quē florē requiescere debebat spūs dñi. Quod vtiq; mirabile satis est. Patriarche etiā multa figurabāt ō eo De qbus longū esset tractare. q oīa mr non ignorabat. sed spūsancto docta pfecte sciebat. Et ideo nō mirabat. qz ista de eo sūt dicta. sed qz ista excedebāt supza itellectū licet nō supza fidem. Mirāda etiā erāt q dicebant de eo ab Elizabeth que spūsco repleta prophetauit mariā esse matrē dñi et xpm esse benedictū fructū vētris eius. Similiter mirāda erāt dicta p Zachariā et pastores. vt dictū est. Similiter miranda erāt que dicta sunt p magos q dicebāt Vbi est q natus est rex iudeoz. Vidimꝰ stellā eius in oriēte et venimꝰ cū muneribus. Scōo miranda erant que dicta sūt a puero xpo. Flam eius rīsa z sermones qs pferebat vertebāt hoīes in stupozem. Vnde Luc. ij. Stupebāt aūt oēs qui audiebāt sup prudentia et responsis eius. z videntes āmirati sunt. Mirabant iudei qūo lras sciuisset cū nō didicisset Jo. vij. et Luce. iiij. Omes dabāt illi testimoniū z mirabant in vbis gre que pcedebant ō ore ipiꝰ. Tertio mirāda erāt q dicta fuerūt ab eo. Fecit em mirabilia in vita sua. Eccī. xxxi. Mirabant em turbe dicentes Bene omia fecit et surdos fecit audire et mutos loqui. Marci. vij. Un ps. ad ipsꝰ facta cōtemplāda inuitādo dicit. Venite et videte opa dñi q posuit pdigia sup terrā. Vere pdigia et mira. Prodigia. qa futura gaudia prendūt. et mira sunt qz nulli alteri nisi sibi cōueniūt. ināt Heldenk sup vbo pdicto. In omnib⁹ itaq; dictis z factis mirabilis apparuit xps. vt de eo ps dicat. Mirificauit dñs scz deꝰ pr. sanctuz suū. scz filiū suū. q anthonomasice z simpliciter sine quocunq; addito ōr sanctus. eo q ipe naturaliter et ab eterno in essentia sua nō participatiue ōr sanctus. Vnō Luce. j. Quod em nascet ex te sanctū. vocabitur filius dei. Vnde Innoc. sup vbo ps. pdicto. Mirificauit dñs pater xpm q est sanctus sanctoz. i. mirabilez fecit octo modis. scz in cōceptiōe Hiere. xxxi. Creauit dñs nouū sup terrā. femina circūdabit vir. Inclinearꝭ ibidē. gremio vteri sui. Item mirabilē fecit eū in natiuitate sua. quia porta clausa exiuit Ezech. xliij. Porta hec erit clausa intrāti z exeunti. Tertio in pdicatione Joh. vij. Nunqā sic locutus est homo sicut hic loquit. Quarto in passione sustinēdo Jsa. l. Posui faciē meā vt petrā durissimaz. Quinto in morte elementa mutādo Math. xxvij. Sol obscuratus est z petre scisse sunt. Sexto i resurrectione cuz celeriter resuscitando. Psal. Non derelinques aiam meā in inferno Septimo. qz sepulcro clauso exiuit. Octz in ascensione faciendo eū ascendere in celum cuz triūpho Jsa. lxiij. Quis est iste q venit de edom tinctis vestibus. Nec ille Merito ergo parentes xpi mirabantur. videntes tam mirabilia iam de pūti. z credentes mirabiliora de futuro. ¶ B

2ª **Dixi secundo** q in euangelio pūti consequenter describitur Symeonis de christo vaticinatio. cuz subditur. Et benedixit illis Symeon. Tria facit Symeō. Prio parentib⁹ christi benedicit. Secundo de christo predicit. Tertio Marie passionis dolorem indicit. Vnde dicit. Et benedixit illis. scilicet Marie et Joseph Symeon. Nec benedictio fuit ex affectu cōgaudendo bonis ipsoz. id est. Marie et Joseph. Vnde huius benedictiōis formam exp̄essam nō habemus. Sed benedictio ista potest intelligi gratiarū actio. sic enim benedicit creatura creatori. ipsum gr̄aruz actiōib⁹ prosequēdo. Vnde benedixit eis id est. quasdaz gratiaz actiones obtulit p eis deo. Erat enim consuetudo apud iudeos q sacerdos circa oblationē pueri in templo laudib⁹ et hymnis decantatis benedicebat parentibus. Hoc est. quandaz imprecationē salutis et psperitatis dirigebat pro eis ad deum. vt deus eos conseruaret in bona vita et casto cōiugio et cōcederet eis bona temporalia et consimilia. Sed contra hoc videtur illud ad Hebre os. vij. vbi dicitur. Quod minus est a maiori benedicit. ergo Symeon non debuit nec potuit bñdicere marie q fuit eo maioz

Respõsio. verũ est q̃ h̃ maĩ benedicit a minozi. nõ merito sed officio et mĩsterio. z sic fuit h̃. quia Symeon et si non erat maioz merito. tñ erat maioz officio. qz sacerdos. Est tamẽ hic sciendũ q̃ triplex est benedictio. Una qua creatura benedicit creatorã. et hec fit bonũ optando. Alia q̃ creatoz benedicit creaturã bonũ augendo. et hoc vel in numero vel in merito. Sic enĩ crescit ecclesia. Alia est q̃ creatura benedicit creatorẽ vel laudãdo vel bonũ ei attribuẽdo. et ita etiã maius a minozi benedicitur Sequitur et dixit. s. ex reuelatione spũssancti ꝓphetiã q̃ sequit ad mariam nõ ad Joseph. quia illa sola erat mater eius ꝑa. sed ille putatiu⁹ pater. Unde Marie incũbebat cura maioz de xpõ. Ideo dixit ad mariã cõuertens sermonẽ ad eam ꝓphetãdo de puero. Ecce positus est hic. i. christ⁹ cõstituꝰ. nõ p cãz sed p occasionẽ in ruinã. Glosa. nõ credentiũ q̃ eius p̃dicationi et resurrectiõi et omnib⁹ alijs eius factis detrahẽt. et ex hoc occasionẽ ruine habebũt. Et in resurrectõez multoz. in ist'. i. credẽtiũ q̃ crediderint et a peccatis mũdati in aĩa spũaliter surrexerint. Scõo in ruinã viciozũ. et in resurrectionẽ ꝟtutũ. Ab adã eñ vsq; ad xp̃m regnauit peccatũ. Unde xp̃o aduenĩẽte debuit ruere illud regnuz cũ rege superbie dyabolo et renouari regnum ꝟtutũ Roz. v. Sicut p inobedĩẽtiaz vnius peccatozes cõstituti sunt multi. ita p obedientiaz vni⁹. iusti ꝓstituti sũt multi. Tertio positus est in ruinã demonũ z in resurrectionẽ multoz. i. angelozũ. quozuz ruina repata est p xp̃m. Quarto in ruinã superbozũ et in resurrectionẽ humilium. Luce. j. Deposuit potẽtes de sede z exaltauit humiles. Eccĩ. x. Sedes ducũ supboꝝũ destruxit. et sedere fecit mites pro eis. Quod factũ est tñc quãdo supbos inde⁹ reiecit et humiles gentiles assumpsit. Et in signum cui cõtradicetur scz ab incredulis et crucifixozib⁹. Istud potest itel ligi multiplicitez ſm q̃d multiplex ẽ signũ xp̃i. Nam ꝓmo signũ suũ est euangelium. De quo in ps. Dedisti metuentib⁹ te significationẽ vt fugiãt a facie arcus scz diuine sententie. Huic cõtradicũt mali christiani q̃ contrariãtur euangelio malis factis. cũ tñ dicãt Math. v. Esto cõsentiens aduersario tuo dũ es secũ in via. i. sacre scripture ſm Aug. Scõm signũ xp̃i fuerũt miracula. Sicut etiã de Stephano Act. vj. dz q̃ faciebat signa. Huic signo cõtradicitur ab infidelib⁹ iudeis q̃ videntes signa contradixerũt xp̃o Joh. xij. Cum ergo vidissent tot signa nõ crediderũt in eum. ymo blasphemauerũt ea dicentes. In beelzebub principe demonioz ea facere. Tertiũ signũ xp̃i fuit vexillũ crucis in q̃ ipe pepẽdit. De q̃ Hiere. l. Leuate signũ. p̃dicate z nolite celare. Et istud signũ datum fuit in signum reconciliationis homĩs ad deum. Isaie. xij. Propter hoc dabit dñs ipe vobis signum. Huic signo cõtradicũt ingrati q̃ rursum crucifigunt filiũ dei in semetipsis. vt dicit ad Hebre. vj. Et tales vocat apostol⁹ inimicos crucis xp̃i Philippẽ. iij. Preterea xp̃s positus fuit in signũ aliud triplex. Signũ scz paupertatis z hũilitatis in presepio. Luce. ij. Hoc vobis signũ. inuenietis infantẽ pannis inuolutũ. Ecce pauptas. Sed huic signo contradicunt ambitiosi z auari Eccĩ. xij. Sicut abominatio superbo humilitas. ita execratio diuiti pauptas. Secundo positus fuit i gremio ꝟginitatis in signum castitatis. Isa. Dominus dabit signũ. ecce ꝟgo concipiet. Huic cõtradicunt luxuriosi Eccĩ. xxj. Audiet luxuriosus z displicebit ei. Tertio positus est xp̃s in cruce in signũ patientie et obedientie Treñ. iij. Posuit me q̃si signũ ad sagittam. s. iudaic⁹ populus. Huic contradicũt impatientes et inobedientes. Et sic patet q̃ xp̃s positus est malis in ruinã p scandalũ ipoz. q̃ tam ex dictis q̃z ex factis eius scandalizati sunt. Unñ Isa. viij. dicit Christus petra scandali z lapis offensionis non p cãm sed p occasionẽ. Similiter positus est in signũ cui ꝓtradicit a iudeis a gentilib⁹ ab hereticis nõ credentib⁹ ipm verum mediatorẽ et a prauis xp̃ianis cõtradicentib⁹ ei p vitã malaz. Ad Titum. j. Confitent̃ se nosse deũ. factis aũt negant. Deinde Symeon cõuertit se ad p̃dicendũ passionis dolorẽ ꝟginĩ Marie et passione xp̃i futurũ. Unde dicit. Et tuam ipsius animaz ptransibit gladius. Beda sic exponit. i. gladius et dolor dominice passionis ptransibit animã ip̃i⁹ tuam. i. cruciatꝰ. Non eñ potuit videre filiũ crucifigi sine doloris affectu materni. Secũdo sic. pertrãsibit gladi⁹ doloris aiaz tuã q̃ est ipse⁹

christi. quia ipse dicit. Omnes anime mee sunt. Ezechiel. xviij. Tertio sic. pertrãsibit gladius doloris animã tuã. i. non figet in te perpetuo. sed cito transibit ⁊ cessabit vel finietur. Quarto sic. gladius doloris pertransibit animã ipsius. i. christi tuã. i. quaz tu reputas vt tuam. ſm Crisosto. quia ineffabili affectu amoris ania Marie erat anime xpi colligata. Sed Bernũ. exponit de gladio amoris. q̃ per Mariã trãsiens venit vsq; ad nos. quia de plenitudie eius accepim⁹ vniuersi. ¶ Ex his patet q̃ martirii Marie fuit maius martirio quorũcũq; martirũ. Primo quia istud martirium amoris. aliorz vero sanctorz fuit martirium fidei. Maior autẽ est charitas q̃s fides. j. Cor. xiij. Secundo quia alij martires pcussi sunt in corpe. ista vero in corde. Tertio quia passa est in parte impassibili scilz in mente. ſm Hiero. in sermone de ei⁹ assumptione. Dolores em̃ q̃s effugit parturiens hos sustinuit christo cõpatiẽs. vt dicit Damascen⁹ ⁊ Anselm⁹. Quarto q̃ alij martires passi sunt alijs instrumentis q̃z christus. ista eodem cũ christo Quinto q̃ alij passi sunt post christuz. ista simul cum christo ⁊ in christo. i. eodem ictu q̃ christus Habuit autem plures dolores successiue Primũ vt hic quãdo ei Symeon prenũciauit passionẽ christi. Secũm q̃n angelus ammonuit eam ad fugã cum xpo Matth. ij. Tertiũ habuit in amissione filij i comitatu. Luce. ij. Quartũ in captione filij per iudeos. Quintũ in flagellatione ipsius p Pilatum. Joh. xix. Sextũ in crucifixiõe filij. Septimũ quando ipm vidit lancea p fozari. Istos dolores nos debem⁹ habere p cõpassionẽ mẽbroz christi. quotiẽs ei tales iniurias videmus inferri totiẽs debemus compati. quia quod vni minimo fideli fit. christo fit. Matth. xxv. Deinde ponitur effectus et sequela proueniẽs ex huiusmodi passione doloris. Unde sequitur Ut reuelent ex multis cordib⁹ cogitationes. Multoz nãq; cogitatiões erãt clause et abscondite de christo vsq; ad tempus passionis eius ⁊ resurrectionis. que tunc patuerunt ⁊ reuelate sunt. Nam crucifixo christo reuelate sunt cogitatiões iudeorũ. Nam ante eius natiuitatẽ omnes Messiaz expectauerũt. sed ipso nato quidã ipsi⁹ magisterio adheserũt ⁊ in eum crediderunt. quidã vero respuerũt. Tunc ostensum est illud occultũ maleficiũ iudeoz. q̃ pri⁹ clamabãt Benedict⁹ qui venit in nomine domini. nũc clamauerũt Crucifige eũ. Tunc reuelata est fragilitas apl̃oz. qui prius parati erãt ⁊ in mortẽ ⁊ in carcerẽ cũ christo ire. tempe passionis relicto eo omnes fugierunt. Multoz ergo cogitatiões reuelate sunt. q̃ prius dubitabant dei filiũ. q̃ videntes eũ resurrexisse crediderũt. qõ pus facere nõ audebant. Et sic reuelate sũt cogitatões seu intentiões multoz ãlic̃ serv⁹ quisq; habuit ad christũ in vita sua. Hoc em̃ patuit in passione sua. Quia inimici et increduli fuerũt scandalisati in xpo. Amici aũt eius ⁊ fideles in fide fuerunt confirmati.

¶ 4.

¶ **Dixi tertio** q̃ in vbis euangelij describitur cõsequenter Anne pheterisse cõfessio. Unã subditur. Et erat Anna prophetissa. Ista cõfessio Anne fuit laudabilis testimonij de xpo. Unde licet esset mulier cuius de iure suspectũ est testimoniũ nisi in certis casib⁹ Tamen ista merito vite sue et spũssancti illustratione meruit fieri testis christi et misterioz eius. Voluit autẽ christus hẽ ml̃tos testes. quia debuit habere multos cõtradictores. Unã dicit. Et erat anna. Describit eam tripliciter. Primo a gra spirit⁹ sancti. Unde dicit. Erat Anna pphetissa. Hoc dicit ad differentiã aliaz sanctarũ feminarũ eiusdẽ nominis. Fuerũt em̃ quinq; psone laudabiles istius noĩs. Prima fuit mater Samuelis pphete. j. Reg. j. Secũda vxor Raguel. Thobie. vj. Tertia vxor vel mater Thobie. Thob. j. Quarta mater sancte Marie virginis gl̃iose. Quinta fuit filia Phanuel. vt h̃. Unde secũdo eam describens a dignitate nature. dicit. filia Phanuel. de tribu asser. qui asser erat vn⁹ de duodecim patriarchis. et octauus i ordine inter eos Et sic cõmendat a generis nobilitate. Sed diceres. tamẽ h̃ est vanũ. cum omnes simus de limo terre nobiles ⁊ ignobiles. Rñsio q̃ nobilitas multum facit ad h̃ ne homo a moribz maloz suoz degeneraret. et i eo est appetenda. vt dic̃ Hieronim⁹. Tertio cõmendat eã a sanctitate vite. que pcesserat in diebz multis. id est. p. uecte etatis erat. et ex hoc erat magis honorabilis. quia psona senis honorabilis.

Leuici.xix. Item ex hoc erat magis fide/
digna. Job.xij. In antiquis est sapientia
Et vixerat cum viro suo annis septem. et
non plus.a virginitate sua.id est.a tempe
amisse virginitatis sue. Et hec vidua erat
vsq; ad annos octuagintaquatuor. Et ita
fuit in statu virginali. coniugali et vidua/
li perfecta. Que non discedebat a templo
id est.a loco vicino templo. Glosa.quia cir
ca templū frequens erat.ideo eam nō dis/
cedere dicit.non q; ad horā nō discesserit.
Jeiuniis quo ad se.et obsecrationib quo
ad deū. Vel ieiuniis cōtra peccata carnis
obsecrationib contra peccata cordis.ser/
niens deo.scilz die ac nocte orans. de die
em ieiunabat.et nocte orabat. ps. In die
mandauit dominꝰ misericordiā suaz z no
cte canticū eius. Probabile etiā est q; mul
tas elemosinas faciebat. Hec igitur An/
na supueniens ipsa hora qua Symeō su
scepit puerū et benedixit deum. Supue/
niens ergo spūsancto duce confitebat do
mino.id est.laudabat deū p tanto bñficio
ps. Confitebor tibi domine in toto cor/
de meo. Et loquebatur de illo.instruens
populū.oībus.scz fidelib qui iugo Hero
dis alienigene grauati.liberationē popu/
li et ciuitatis expectabāt.promittebat em
per christū in proximo liberationē a dya/
bolo. Et vt perfecerūt oīa sm legē moy
si que requirebant ad purificationē Le/
uitici.xij. reuersi sunt in galileam.non sta/
tim.sed post septem annos. Nam sicut di
cit Mathe⁹ parentes christi ammoniti p
angelū.recesserūt in egyptū. Ibiq; erant
vsq; ad obitū Herodis septē annis. quo
mortuo reuersi sunt in galileam ciuitateꝫ
suā nazareth.et habitabant ibi. Nazareth
autē interpretat flos. Ad significandu; q;
christus qui erat flos de radice Jesse de/
scendēs debuit habitare nō alibi ꝫ in flo
rida ciuitate.vt eius cōuersatio esset flori/
da. Ibi em voluit cōuersari vbi concept⁹
erat de spūsancto. Puer autē. Cōmendat
hic xp̄m quantū ad pfectū corporis. Se/
cundo quantū ad pfectū anime Profect⁹
corpis erat.quia crescebat.scilz corpore.z
cōfortabat.id est.roborabat infantilia mē
bra.vel confortabat spiritusancto. Sicut
etiā Luce.xxij. Apparuit ei angelus con/
fortans eū.id est.xp̄m hominē. quia in eo
habitat oīnis plenitudo deitatis corpora
liter Colloc.ij. Plenus sapientia quantū
ad intellectū.et hoc inq̄ntum homo. non
inq̄ntum deꝰ. Et gratia dei erat in illo.id
est. in xp̄o sm q; homo q̄ntum ad affectū.
Joh.j. Plenū gratia et veritate. Et se ple
nus sapientia.quia in eo sunt oēs thesau
ri sapientie et scientie absconditi. Ad Co
loss.ij. Moraliter in euāgelio tanguntur
tres status ad nostraz informationē. scilz
actiuoz et seculariū. deuotoz z spūalium.
contemplatiuoz et claustraliū. Actiui z se
culares significant per parētes christi.scz
Mariam et Joseph. Maria interpretat
amara. et significat amaritudinē cōpun/
ctionis et contritionis. Juxta illud. Ma/
gna est velut mare ptrino tua. Et hoc per
tinet ad incipiētes. Secūdo Joseph in/
terpretat accrescens.et significat profectū
in virtutib.in quib debent crescere acti/
ui q̄nantum ad proficientes. Juxta illud.
Ibunt de virtute in virtutē. Tertio xp̄us
significat perfectos. De christo em dicit
q; fuit plenus sapientia.et gra dei erat in il
lo. Que duo perficiūt hominē. Nam ple/
nitudo sapientie fugat ignorantiā agēdo/
rum. plenitudo gratie fugat culpā noxioz
Secundo deuoti et spūales significātur
per Symeonē. Symeon em interpretat
confitens. seu laudans.et hoc est spūaliū.
qui semp debent instare diuinis laudib.
Juxta illud. Semp laus eius in ore meo
Et sicut Symeon predixit xp̄m esse i ru/
nā malis.et in resurrectionē bonis. Sic
spūalium et specialiter p̄dicatoz est predi/
cere malis supplicia.bonis vero premia.
Juxta illud Et qui bona egerūt ibunt in
vitam eternā. Qui vero mala in ignē eter
nū. Matth.xxv. Ibunt hi in supplicium
eternū iusti vero in vitam eternā. Tertio
contēplatiui et claustrales significant per
Annam viduā. Vidua enim est desolata
oīni cōsolatione.et cōtempta ab oīnib eti
am suis. Unde.j. Thimo.v. dicit apostol⁹
Vidua desolata speret in deum. Dicit ibi
Hostra. Desolata.nō habens domū vel fa
miliā. Vel desolata.id est.a suis prempta.
et mū di solatio destituta.speret in deo. id
est sperare debet in deū.z instet obsecrati/
onib z orationib die ac nocte.id est.opor
tunis tempib diei et noctis. Ecce verum
officiū claustralium. Quoruz primum est
carentia dom⁹ vel familie propie. licet in

oñi iniq̃tate et malicia ꝛ auaricia. Alij pleni adulterio p carnalē voluptatē. ij. Pet. j. Hij sunt oculos plenos habētes adulterij ꝛ incessabilis delicti. Alij pleni vino et cerulsia p ebrietatē Sapie. ij. Vino p̃cioso nos impleam⁹. Alij pleni ira p indignationē Luce. iiij. Repleti sunt ira in synagoga hec audiētes. Alij pleni supbia. Sicut legit de Anthiocho. j. Macha. ix. q̃ repletus supbia spirabat in iudeos. Ut igit isti pleni sint sapia xp̃i euacuēt istā plenitudinē. Nam vt dicit Aug⁹. Si vis recipe q̃d nō habes. effunde q̃d habes. Nō em̃ mittit vinū nouū in vtres veteres. Vnc apostolus hortat dicēs. Expurgate vetus fermentū vt sitis noua cōspersio. Fuit etiaꝫ xp̃s plen⁹ gr̃a. Juxta illō Joh. j. Vidim⁹ eū plenū gr̃a. Et q̃o nō plen⁹ q̃ nō ad mēsurā recepit gr̃aꝫ sed ad abundantiā et redundātā. Nam est via veritas ꝛ vita. Ipe est oñibꝫ oñia factus. attulit veritatē vt doctor. māsuetudinē vt liberator. iusticiā vt cognitor. inq̃t Aug⁹. sup Joh. Et ideo ipe est fons omniū carismatū ſrtuū donorū ꝛ gr̃aꝝ. Sicut mare oim fontiū ꝛ flumini⁹ origo. inq̃t Bern̄. sup cantica ser. xvj. Rogem⁹ igit vt nobis aliquā stillā sapiēcie ꝛ gr̃e sue impartiri dignet quatenꝰ per gratiā eius possim⁹ puenire ad gloriā. Ad quā nos pducat pater ꝛ filius.

¶ Dñica infra octauas Ephe. I.

Sermo. XVI

Cum factus esset ihs annoꝝ duodecim. Luc. ij. ca. Postq̃ mater sancta eccl̃a descripsit nobis infantiā nr̄i saluatoris in dñica p̃cedenti. Nūc in ista dñica intendit nobis describere puericiā eiusdem ostendendo que q̃nta ꝛ q̃lia xp̃us egit in etate duodecim annoꝝ q̃o vicz audiebat doctores iudeoꝝ attētissime ꝛ rñdebat illis prudentissime. Cuius figura habet. j. Regum. iij. Ubi Samuel indicauit visionē Heli sacerdoti seniori ꝛ euenit sermo ei⁹ in israel que reuelauerat ei dñs. Samuel interp̃tat postulat⁹ a deo ꝛ significat xp̃m qui postulat⁹ fuit a sanctis patrib⁹. Juxta illud. Emitte agnū dñe dñatorem terre. Hic ergo Samuel. i. xp̃s indicauit ꝛ manifestauit visionē. i. sapientiam quā vidit i abscondito p̃silio dei p̃tis. Juxta illud Joh. Que/cūq̃ audiui a patre meo nota feci vobis. Hoc aūt xp̃s p̃apue fecit in etate puerili ipis sacerdotib⁹ iudeoꝝ quoꝝ figuram tenuit Heli sacerdos. ꝛ euenit sermo p̃out dixerat eis xp̃s. q̃ oñia impleta sunt i iudeis quecūq̃ erāt dicta a xp̃o Juxta illud Non p̃teribit generatio hec donec omnia fiant. Luce. xxj. Simile etiā habet in figura Daniel. ij. vbi Daniel adhuc puer loq̃t sapientiā inter sapientes babilonis. interp̃retās omnia somnia regis. Daniel puer significat xp̃m. sapientes babilonis significant sacerdotes ꝛ doctores iudeoꝝ. Babilon em̃ p̃fusio interp̃tat. ꝛ apud iudeos tūc omnia erāt cōfusa in ordine suo. eo q̃ celestib⁹ p̃eponebant terrena ꝛ derelicto deo adheserūt dyabolo Juxta illud Joh. viij. Vos ex patre dyabolo estis. Unde ꝺ ipis potuit dici illud ps. Cōfusi sunt. q̃m deus sp̃euit eos. Q aūt Daniel interpretatus est somnia regis significat q̃ xp̃us diuites huius seculi q̃ in diuitijs q̃si somniant longā vitā ꝛ tm̄ breuiter viuūt. ꝛ quib⁹ dyabolus ꝛ mūdus p̃mittit delicias. ꝛ soluit miserias cum exsurrexerint de somno mortis. Tales xp̃s somniātes veniēs docuit dicens illud Luce. xxj. Facite vobis amicos de māmona iniq̃tat⁹. Et iter. Diues difficile intrabit rē. Et de hac doctrina saluatoris quā cepit facere anno puericie sue duodecimo. hodiernū loq̃t euāgeliū. De q̃ loq̃ vestre charitati intēdo sed q̃ sine gr̃a saluatoris nr̄i ista facere nequeo. cū dicat Bern̄. sup cātica ser. xij. Sic⁹ origo fontiū ꝛ fluminū mare est. ita ſrtuz et sciaꝝ dñs xp̃us. Quis est em̃ dñs nisi ipe rex gl̃e xp̃s. Et iuxta cāticū anne Ipe ē⁹ sciaꝝ dñs. Ut igit de ꝺ fonte gr̃e diuie aliq̃d hauriam⁹ ad matrē gr̃e p̃mū recurrā⁹. salutātes eam voce amena dicētes ei Aue gr̃a plena. In euāgelio p̃ñti tria describū⁹tur. Primo nanq̃ describit xp̃i a parentib⁹ suis amissio. cū ꝺr. Cum esset ihs annoꝝ duodecim. Secō describit eius inuētio. cū subdit. Factū est autē. Tertio describitur eius humilis ꝛ mitis subiectio. cū additur. Et descēdit cū illis.

Dixi primo q̃ in prima parte euāgelij ꝺscribitur xp̃i a parentib⁹ suis amissio. cum ꝺr. Cum esset ihs annoꝝ duodecim. Pro q̃ sciendū q̃ licet multe fuissent solēnitates ꝛ

festiuitates iudeor. tñ tres erāt p̄cipue. scz Pascha. Penthecostes et Scenophegia. Pasca erat in memoriā exit' eor. ō egypto Penthecostes in memoriā dationis leg̃ p̄ Moysen a deo. Scenophegia i memoriā habitatōis q̄draginta ānis in deserto. Et de his ita fuit p̄ceptū Deutro. xvj. Ad locū quē elegerit dñs accedes z offeretis holocausta z victimas. De victimis habetur Leuit. xxiij. de oblatiōib'. Hūe. xxviij. et. xxix. Quotiēs aūt omes vniuersaliter ire tenebant dicit̄ Exo. xxiij. vbi dicitur q̄ tribꝰ viciby in anno scz in aprili. i iunio. in septembre. Et subdit̄ p̄ singl'os annos mihi festa celebrabitis. Glo. in pasca. i pēthecostes. in scenophegia. Dicit̄ etiam ibi. Ter in anno apparebit oē masculinū coram dño deo tuo. Et sic omis masculus de vniuersis finib' isrl' debebat se p̄sentare i irl'm z offerre hostias determinatas in lege. De mulierib' aūt nō erat p̄ceptū. sz si comitabant viros suos bonū erat. Dicit̄ etiaz q̄ q̄ remoti erāt a duab' festiuitatib' p̄ minoribꝰ causis poterāt remanere. sz a festo pasce non excusabant. nisi causa infirmitatis vel causa hostilitatis capitalis. Et ē q̄d dr. Q̄ cum xp̄s factus esset annor. duodecim ascendentib' illis scz Joseph et necessitate p̄cepti legis. et Maria ex p̄silio bñplacīti. et xp̄o ex leg̃ edicto hierosolimam tāq̄ metropolim. vt̄ erat sacerdotiū z tēplū. iuxta p̄ceptū dñi. fm p̄suetudinē diei festi. i. quā requirebat dies fest' pasce ex cō suetudie laudabili. Nō q̄ in die pasce ascēderēt sed in vigilia. fm Horrā. Et ē documentū vt ad ecclesiā etiā in vigilijs venire mus si fieri p̄t. Consūmatisq̄ diebꝰ scz azimor. cū redirēt dicit̄ glosa q̄ illa solēnitas p̄relabat octo diebꝰ. Ita vicz q̄ in q̄rtadecima luna aplis p̄ueniebant ad vesperam z comedebāt agnū paschalem. postea pagebant septē integros dies. vt habet Deutero. xvj. vbi dr. Septem diebꝰ comedetis absq̄ fermento. Et nota h̄ q̄ iste ascensus erat occultus fm Augustinū z magistr. in historijs p̄ter metuz Archelai. Nam christus etiam ammonitōe angeli erat in egypto septē annis vsq̄ ad obitum Herodis ascalonite. quo defuncto successit ei filius Archelaus q̄ in iudea regnauit p̄ eo. Audiens ḡ hoc Joseph timuit illuc ire. Herodis filius Herodis sequeret p̄z in malicia ad perdendū puerū xp̄m. Et ideo ammonit' iterꝰ p̄ angelum iuit in Galileā z mansit in Nazareth. et sic de Nazareth latent' ascendebat ad solēnitatem paschalē cum christo et Maria in templū irl'm. Ita q̄ nō essent inter turbas notati et p̄spicui. z maxime i festiuitatib' q̄ homines sunt alijs intēti. Boni ad cultū dei. mali ad lucra z vanitates. Et cū redirent scz parentes eius domum. remansit puer ihus in irl'm. Hugo. Preferens scolas theologie parentib'. Et nō cognouerūt parentes eius. Sed Beda hic querit. Q̄uo potuit xp̄us a parentibus obliuiscendo relinqui q̄ tanta prouidentia parentū nutriebat'. Respondendū est. q̄ filijs isrl' ad festa confluentib' vl' ad p̄pria redeuntib'. mos erat seorsum viros et seorsum feminas incedere. pueri ꝫo cū quolibet parente indifferenter ire poterāt. Ideo q̄z dr. Maria z Joseph vicissim puerum ihm putasse quē secum nō cernebant cum altero parente reuersum. Q̄ñ Zacha. xiij. dr. Familie et familie seorsum. z mulieres eor. seorsuz. Et ideo sequit'. Existimātes aūt eum esse in comitatu. cognatorum vel notor. q̄ simul fuerant comitati scilicz a Nazareth. venerūt scz eodem die reuersionis iter scz versus galileā. et h̄ sine puero. Et requirebant eū sero inter cognatos et notos. Glo. id est inter vicinos inter q̄s esse consueuerat aliquādo. Et nō inuenientes eū p̄mo die reuersionis in domum. reuersi sunt in irl'm. scdo die. requirebāt eum tertio die. fm glosam. Alij dicūt q̄ venientes domū p̄ma die de irl'm querebāt eū inter cognatos z notos secūda die. et non inuenientes eum reuersi sunt in bierusalem z querebāt eum tertia die. Sed modica est in h̄ differentia. Lira dicit. Q̄ reuersi domū querebāt seq̄nti die z nō inuenientes eū ibi. reuersi sūt tertia die irl'em et querebāt eū q̄rta die. z tunc inuenerunt.

¶ Et h̄ sunt tria documēta moralia. Primū est vt nō solū p̄cepta leg̃ diuine et p̄essa sz etiā p̄suetudines laudabiles seniorū nr̄or. obseruem⁹ exēplo parentū xp̄i q̄ fm p̄suetudinē diei festi ascendebāt i templū. Et h̄ ideo ne sociale bonū turbet' quia dissimilitudo oīs discors est. vt dicit Hugo. Unde dicit Aug⁹. li. vj. de doctrina xp̄iana. Quisq̄s sic vtit̄ rebꝰ exterioribꝰ vt metas p̄suetudinis bonor. inter q̄s p̄sit' excedat

aut aliquid. aut flagitiosus est. Et idez dicit Thomas secūda secunde. q. clxix. ar. j. Intantū aūt seruanda est bona consuetudo vt nullus estimet sine ea leges q̄ntumcūq; salubres diu posse subsistere. Nam sicut dicit Robertus holgot sup̄ libz Sapientie. c. xviij. Ad faciendū homines virtuosos nō sufficit solus sermo legum psuasiuus cū multi iuuenes et alij preterui etiam metu penarū legalium a malis nō possunt retrahi. Et ideo requiritur bona consuetudo que paulatim exterminat inclinationē passionis ad vicium. Unō ipse dicit q̄ posito q̄ aliqui habeant virtutes ex inclinatione dispositionis naturalis vt bene complexionati. alij ex doctrina p exercitiū studij. non sufficit nisi assit consuetudo p quam ipse appetitus inclinet ad bonum. Habet em̄ cōsuetudo quandaz vim et violentiā inclinantē ad bonum. Et ex hoc patet q̄ ad bonitatē morum requirit bona consuetudo. Que quidez cōsuetudo sicut z lex antiqua nō est aliqualiter sine mutatione z euidentissima causa mutanda. Nam sm̄ phm̄. ij. politicoz. nullo modo expedit ciuitati vt faciliter mutet et abroget antiq̄s leges z cōsuetudines. quia hoc est inducere homines ad obediendū legibz. et p consequens mutare eas est inducere ad ptemnendum eas. z sic ad debilitandū z destruendum eas dem. Et ideo dicit Holgot ibidem. q̄ melius est sinere quosdaz paruos errores modicos z leues q̄s soluere leges antiquas. Dec ille. Secundū documentum est parentibz vt assuefaciant pueros suos ex iuuentute ad diuinū cultum z bonos mores. Unde Treñ. iij. 02. Bonū est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua. Et Hieronim⁹ epl'a. lxxxix. ponit exempla de bestiis animalibz qualiter nō nisi a iuuentute sua possunt domari. et de arbustulis quaz arbores flecti possūt nō nisi in iuuentute. Unde prouerbium est q̄ canis inueteratus nescit ire vinculat⁹ vel catbenatus. Hinc Seneca dicit ō se epl'a lxxij. Ante senectutez ozaui vt bene viuerem in senectute curaui vt bene morerer. Hinc Salomon cōsulit Eccēs. xj. Mane semina semen tuū. Et Eccl. xxv. Que i iuuentute non congregasti. quō in senectute inuenies. Et beatus Aug⁹ sup̄ Johannē omel'. xxij. reddit bonum rationē naturale dicens. Q̄ memoria iuuenū est q̄si thesaurus in quē quicq̄d posuerit in seniū cōseruant. Seneca etiā dat secundā rationez Epl'a centesimatertia dicēs. Q̄ iuuentus hominis est etas optima. z sic ad benefaciendū magis opportuna apta et congrua Par et idem Seneca aliā rationē terciam quia illa etas est fortissima q̄ntuz ad ingenium z vires corporis. Epl'a. cxxxvij. Et epl'a. xcij. Non est igitur spectandum bene operari vsq̄z in seniū. quia sm̄ Grego. li. j. omelia xx. omel'. j. illa etas est per omia miserа. Et hoc sicut dicit Tulius libro ō senectute, pter tria. quia reuocat a reb⁹ agēdis z quia corpus facit infirmū z omnib⁹ voluptatib⁹ priuat z nō procul est a morte O q̄s multi senes dicunt illud Job. xxix. Quis mihi detur sim iuxta dies pristinos Nunc deridēt me iuuenes pauci temporis Ista deberent aduertere parentes filios aut filias habentes q̄s grauiter peccāt assuefacientes eos a puericia ipoz ad malū ad vanitates seculi. ad coreas. ad ludos. ad spectacula. ad bouisationes. Quos etiam postea in senio retrabere non possunt. Juxta illud. Quod puer assuescit dū vult dimittere nescit. Talibus christus cōminatur in die iudicij ve fletum et planctum dicens illud Luce. xxiij. Filie hierusalem nolite flere sup̄ me. sed z pro eo q̄ vos condemno iuste. sed super vos et filios vr̄os flete. quos sc̄z sic docuistis peccare. Tertium documentum est vt dies festos iuxta preceptum diuinum in omni puritate et deuotione mentis celebrem⁹ exemplo xp̄i Marie et Joseph. qui fuerunt omni pu/ritate et innocentia preclari. Tales enim debent esse christiani in festiuitatib⁹ vt sint absq̄z peccato mortali. Alias enim totum erit deo odibile quicquid ab eis fuerit in peccato mortali tūc factum. Unde multz cōminatur dominus illud Malachie. ij. Dispergam super vultum vestruz stercus solēnitatum vestrarum. Et Jsa. j. Solennitates vestras odiuit anima mea. Treñ. pmo. Uiderunt eam hostes et deriserunt sabbata sua. Amos. v. Odi et proieci festiuitates vestras dicit dom̄in⁹. Ecce quomodo deus vocat tales solennitates ster/coza et abominationes. Tribus autez peccatis solēnitates nostre vitiātur z polluuntur. Primo p ineptaz leticiā. De qua

dicit Aug⁹. in li. de .x. cordis. Q melius facerent alicȝs in agro suo aliqd vtile q̄ in theatro solaciosus existeret. z melius semīe corū die sabbati lanā facerēt q̄ in festis turpiter saltarēt. Unde de cōse. dist. j. Qui die. dicit q̄ q̄ die dñico p̄termisso diuino officio ad spectacula vadit excōmunicetur. Secōo p gulam. de qua dicit in epla Hieronim⁹ ad Eustochiū. Valde absurdū est nimia saturitate velle honorare martirem quē sam⁹ deo placuisse ieunijs. Tertio p superbiā. homines em̄ in festis magis ornant exterius z p̄ sequēs mutuo ad peccatū se prouocant. Unde q̄si in figura huius Dyna filia Jacob cū egressa essz vt videret mulieres regionis illius a Sichen filio Emor euci p̄ncipis terre Sichimitarū corrupta est. Gen. xxxiij. Dicit aūt ibidem magister in scolastica historia p⁹ Josephū q̄ tūc erat solēnitas Sichimitis in qua Dyna sola transiuit ad vrbem emptura ornamenta p̄uncialiū mulieruz. Ecce p̄ter ornamenta supbie Dyna in festo p̄didit castitatem. Contra ista tria necessaria sunt alia tria ad bene festiuandū. Occupatio circa licita salutaria z diuina. Uñ si desinas ab oīibus secularib⁹ et nichil mundanū geras sed spūalib⁹ operib⁹ vaces. hec est obseruatio sabbati christiani. inqt Origē. sup Exo. Omel. xxx. Secundum est corporis afflictio. Unde Leuitī. xxiij. dr Affligetisq̄ animas vestras in eo. Et iterz. Oīs anima que nō fuerit afflicta die hoc. peribit ō populo meo. Notanter dicit. anima. Quia ista afflictio dz p̄cedere ex deuotione anime interioris affectus per pietatem ad deū nō per exteriorem tm̄ ostentationē vt in ypocritis qui ieiunant vt videantur ab hominib⁹ Math. vj. Tertiū est humilis et deuota oratio. q̄ cōsistit in mentis ad deū erectione. De q̄ dicit Greg. in registro. Die dominico a labore terreno cessandū est. atq̄ oīno orationib⁹ insistendū. vt quicqd negligentie p̄ sex dies agitur. p diem resurrectionis dominice expietur.

Dixi secundo q̄ in secunda parte h⁹ euāgelij describit inuentio xp̄i. Unde sequit. Factū est aūt post triduū inuenerunt illū in templo. Determinantur hic plura circa istam inuentionem. Primo temp⁹. Secūdo locus. Tertio actus. Uñ dicit. Factū est post triduū. i. quarto die. Fm Hugonē. inuenerūt illū in templo. id est. in atrio templi. nō in theatro vel foro vel ludo vbi lasciui iuuenes inueniri solent. sed in loco oratiōi et doctrine sacre deputato. In medio doctoz. Glo. p̄o reuerentia q̄ eminebat fm Hugo. Vel vt melius posset oēs audire. Fm Liram. et cuz eis melius conferre. Audientē illos et interrogantē. Prius audientē. postea interrogantez. Justa illud sapientis. Prusq̄ audieris nō respōdeas. Eccl. xj. Stupebant aūt qui audiebant cum super p̄udentia et respōsis ei⁹. Stupoz fm Johannē damascenū est ex incōsueta ymaginatiōe. Unde quia iudicialem puerū nunq̄ audierant stupebant. Et hoc p̄ter tria. Primo quia mira et occulta misteria de christi aduentu et de redēptione generis humani proferebat discurrens p̄ scripturas eoz. Unde de ipso potest dici illud Job. xxviij. Occulta produxit in lucem. Secūdo quia iuuenilem etatem p̄tendebat de qua sapientia antiquorum procedebat. Job. xij. In antiquis est sapientia. Tertio quia hunc nunq̄ ab aliquo per exercitiū exteri⁹ didicisse cognouerant. Uñ Joh. vij. dicerūt postea. Nūo hic litteras scit cum nō didicerit. Super quo aūt stupebant sequit. Sup p̄uden tia scz interrogandi. Et responsis ad questiones propositas p xp̄m datis. Et i hoc vtrāq̄ naturaz christus ostendebat scōm Chrisostomū et Bedam. humanā. q̄ humiliter audiebat. diuinā. quia subtiliter respōdebat. Et videtes ammirati sunt. Glo. Maria z Joseph. z mlti alij. Et dixit mater eius ad illū. Mater dixit nō Joseph. qui fm Liraz non audebat eum arguere. sciens ip̄m dei filiū. sed mater ex maria dilectione excellēs quia verus amoz domiuiū nescit. dixit ad eū Fili q̄d fecisti nobis sic. vt remaneres nobis ignorantib⁹. Nō increpat eū virgo fidelis. sed querit vt alij doceant. fm glosam. Ecce ego et pater tu⁹ dolentes querebam⁹ ꝛc. scz ō absentia tua que nobis est durissima. Sed heu multi hodie dolent de amissione capraz plus q̄s filioz. Sed ḡre dolebāt. Nūq̄d quia credebant p̄rijsse xp̄m q̄ nō est dicendz. cū virgo z Joseph credebāt eū dei filiū. Glo. Primo dicit ideo. q̄ timebāt ne Archela⁹

aliquid in xpm attemptasset z ne ipsi fuis/sent occasio mortis xpi. Secūdo fm Ori/genez. quia timebant ne sic cito redisset in celum. Tertio fm Grego. qz maternis af fecta visceribz cū lamentis inquisitōez do lorosam ostendebat. Sed xps respondet corrigēdo matris dicta. Et quid est q me querebatis. scz inter cognatos z psangui/neos. i. quid in causa est vl' ꝓpter quid hoc fecistis. An nesciebatis. q. d. Scio qz scie/batis quia in his locis templo z negocijs siue operibz que patris mei sunt. salz cele stis non Joseph putatiui. sed dei. oportet me esse. Sicut em ad prēm ita ad filiū cu/ra templi ptinet. inquit h' Beda. Et ipsi. i. circūstantes scribe z scolares nō intellexe/rūt verbū hoc quod locutus est ad illos. i. Joseph et Maria. quid vellet innuere p hoc verbum. cū nō vellet dicere q cura tē/pli et spūaliū gubernatio equaliter ad euz cum patre ptineret. fm Bedam Joh. xvij. Mia mea tua sūt z tua mea ¶ Dora liter hic sunt tria documēta. Primū est vt in oīibz nostris actionibz medium teneamus si volumus amissam sepius gratiaz inuenire exemplo parentū xpi. qui nō nisi in medio doctoz xpm inuenerūt. Hoc au tem mediū est virtutis nō loci. quelibet cī virtus habet duo vicia. vnū superabūdā/tie aliud defectus. vt liberalitas prodiga/litatem z auariciā. Prodigus dat vbi nō debet. Auarus nō dat vbi debet. In me/dio istoz est liberalis qui dat vbi debet. et nō dat vbi nō debet. z sic de alijs. In sig/num huius xps legit sepius in medio ha/bitasse. vnde in medio hyemis natus est. In medioveris ꝑceptus. in medio noctis natus. In diuersorio que est media dom' inter duos parietes locat'. In medio bo uis z asini positus. In medio doctoz hic In medio latronū in cruce. In medio di/scipuloz post resurrectionē. Unde ipe est mediatoz dei et hominū. j. Thimo. ij. Se/cundū documentū est vt in acquirēdo sci/entiā salutis prius audiam' q̄z loquamur vel doceam'. Unde xps h' prius audiuit postea interrogauit. Hinc Salomon ait Ecci. xviij. Antequā loquaris disce. Et p/uerbioz. xviij. Qui prius respondet q̄z au diat stultū se esse demōstrat. Et ideo Ecc̄s ij. ponit regula oīi loqui volenti cum dz Tempus tacendi tempus loquēdi. prius dicit tempus tacendi esse obseruandum. Unde Hieronim' refert sup Ecclesiastē i originali Q̄ disciplina pitagoricoz erat tacendo p q̄nquēniū z postea eruditos lo qui. vt discam' et nos loqui prius z postea ad loquendū ora reserem'. Unde Grego. super Ezechielē Omel'. x. dicit. Ille loqui veraciter nouit q̄ prius bene tacere didicit Et ad idem in pastorali libro. ij. cap. xiij. et xvj. Similiter Hieronim' epla. lvij. pre/scindēda est lingua vt que loqui nescit di/scat vel saltem tacere. Est aūt tacendū qñ/q̄z ꝓpter plura. Primo ꝓpter signum sapiē/tie. Unde Ecc̄i. xx. dz. Est tacens q̄ inue/nitur sapiens. et est odibilis q̄ procax ē ad loquendū. Secō ꝓpter insolentiā audito/rum Ecc̄i. xxxij. Ubi nō est auditus non effundas sermonē. Unde Macrob' li. j. Saturnaliū. ca. j. Cum Socrates ī quo dam cōuiuio ad loquēdū hortaret. respō/dit. Que pns locus et temp' exigit ego nō calleo. z que ego calleo nec locus nec tem/pus callet pns. Calleo idem est q̄d subtili ter sapio vel intelligo. fm Katholicon. Tertio tacendū est ad intelligenduz dicta ꝓposita. Unde Hieronim' de se dicit epla. ij. Q̄ voce promptur⁹ eram. mēte prius pingebā. Quarto tacendū est ꝓpter assistē/tium honorē Ecc̄i. vij. Noli esse verbosus in medio presbyteroz. Et Ecc̄i. xxxij. Au/di tacens et p reuerentia accedet tibi bōa gra. Et sequit. Adolescens loquere vix in tua causa Quinto tacenduz est ꝓpter peri/culi maioris vitationē. Unū ꝓpba. Auditui meo dabis gaudiū. Sup q̄ Aug'. omelia lvij. dicit. Tutius aliq̄n audit veritas q̄z p/dicat. Quia in primo humilitas custodit. In secundo vit nō surripit quantulacūq; iactātia. Et est h' speciale documentū om/nib' plātis q̄ prius debēt audire in studio sacrā scripturā q̄z alijs predicare. Ne tūc querant discere q̄ debent alios docere. xxxvj. dist. §. Acce. Unde Dauid prius et gratia spūssancti donū percepit postea gu bernationē regni assecut' est. ij. Regū. xxij. Et dns prius posuit verba sua in ore Je/remie. postea constituit eum sup gentes et regna. Iere. j. Sic xps prius aplos do/cuit. postea ad predicandū misit. Et ō hoc Bernardus sup cantica ser. xviij. circa pn cipiū. Et patet ex his q̄ nullus habz excu sationez addiscēdo z studēdo ab alijs ex̄q

videt xp̃m audisse q̃ tñ fuit fons sapientie ꝺ̃ri et sapientia dei p̃ris. vt dicit Beda hꝫ Unde Augustinus de se dicit. Ego senex et episcopus tot annorum a iuuene et collega meo nondum anniculo paratus sum edoceri xxiij.q.iij. Si habes. Et canon xxxviij.dist.dicit. Nulli propt obprobriũ senectutis vel nobilitatis a paruulis eruditis et mimis si q̃d forte est vtilitatis inq̃rere negligat. Tertium documentũ est parentib vt filios suos ymo et subditos ex amore nõ ex odio corrigãt exemplo beate virginis dicentis hꝫ. Fili q̃d fecisti nobis. Fili dicit. nõ nequã. nõ maledicte. non fatue. nõ q̃d peius ꝺ̃r seu est dyabole. Unde canon dicit. xlv. distinc. Cum beatus. q̃ leuiter castigatus reuerentiam exhibebit castiganti. Et est dictum Senece. asperitatis aũt nimie increpatio nec correctionem recipit nec salutem. Et glosa ibidem dicit q̃ ex̃q̃ ꝓlatus nõ seruat reuerentiam subdito nec subditus tenet sibi seruare eã econuerso. xc. dist. esto. xxj.q.v. de forma. Uerũtamen p grauioribꝫ delictis licitum est corrigere etiã ꝺ̃ga filios. Prouer. xxiij. Percute filiũ ꝺ̃ga et animã eius liberabis a morte. Hoc fecit beatus Benedictus q̃ demoniacũ quẽ ꝓcibꝫ curare non poterat correctione fugauit. Sic xp̃s maleversantes in templo flagellauit Marci vndecimo. et Mathei. xxj. Et apostolus tradidit hominez sathane corpaliter vexandum. j. Cor. v.

¶ Dixi tertio q̃ in vltima parte huius euãgelij tãgitur xp̃i subiectio. Unde sequit. Et descẽdit cum illis. scz Maria et Joseph et venit Nazareth vbi erat domicilũ Joseph. vbi etiã xp̃s conceptus est. et ibi ostendit etiã hodie fons de quo xp̃us aquã hauriebat Et erat subdit illis. Hern. Quis q̃bꝫ. deus hominibꝫ. Et mr̃ ꝓseruabat oĩa ꝺ̃ba hec in archa memorie. ꝓferẽs ea in corde suo. quo vicz ꝓphetie implebãt de xp̃o que oĩa postea aplis declarauit. vt dicit Piero. in sermõe de assumptõe. Et hec collatio erat ei delectabil. Puer aũt pficiebat etate. hoc vez est. q̃z crescebat q̃ntũ ad augmentum corpalis q̃ntitatis. de infantia ad puericiam. et vlterius pficiẽdo vt dicit Grego. et sapientia et gra. Hlo. nõ p augmentũ sz p exercitiũ. hoc est tñ dicere. q̃ xp̃s nõ ꝓfecit in maiori sapia et gra q̃ habuit ab istanti ꝓceptiõis sue. sed bñ illã sapientiaz et graz exercuit coram alijs. et ita in effectu q̃ntũ ad ostensionẽ magꝭ apparebat illa sapientia ꝑm q̃d ille crescebat. et ꝑm q̃ ille volebat sic̃ pficit sol in luce cum plurima illuminat Apud deũ et apud homies. i. ad laudẽ dei et honorẽ et ad vtilitatez hominum. Roz. xij. Prouidẽtes bona. nõ tñ coram deo sz etiã coram hominibꝫ. Hic dat forma humilitatis omnibꝫ sapientibꝫ q̃ videntes filiũ dei sic humiliatũ parentibꝫ. et ipi non dedignent humiliari et obedire suis parẽtibꝫ. et si non carnalibꝫ saltẽ spũalibꝫ. vt dicit Beda. Unde Augꝰ. in libro et ope monachoz dicit ꝓtra q̃sdam. Quid iniquius q̃ velle sibi obtemperari a minoribus et nolle obtempare maioribus. Unde recte obedientia victimis ꝓponit. Quia p victimas aliena caro. p obedientiaz ꝓpria voluntas immolatur. inquit Grego. xxxv. li. moral. tractans illud. j. Regũ. xv. Melior est obedientia q̃ victima. Et Bernardus de noua militia dicit. q̃ nec studium bone actionis. nec ocium sancte cõtemplatiõis vt lucerna penitentis extra obedientiã cẽ poterunt. ꝓpter quod idez Bernardus arguit superbos sermone. xix. super cantica dicens. Non legistis quam formã obediendi puer ihs tradiderit. Nã cũ remansisset in hierusalem et ditisset. Jn his que patris mei sunt oportet me esse. nõ acquiescentibꝫ parentibꝫ eius. sequi illos in Nazareth non desperit magister discipulos. deus homines. verbũ et sapientia fabruz et feminam. Quid etiam addit scriptura. Erat inquit subditus illis. Quousq̃ sapientes estis in oculis vestris. deus se moralibus tradit et subdit. et vos in vijs vestris adhuc ambulatis. Nec ille.

¶ Hic occurrũt tria dubia textualia. Primũ est de etate christi. Secundum est de plenitudine gratie. Tertiũ de plenitudie sapientie ipsius. Primũ dubium est quare christus in etate duodecim annorũ voluit archana sapientie sue demonstrare. Et respondetur breuiter q̃ hoc ideo. quia iste numerus tam in veteri q̃ in noua lege multis est misteriꝭ consecratus. Nam in veteri testamento duodecim erant patriarche magni. filij Jacob. q̃ totũ cultum diuinũ p mundũ dilatauerũt Heii. et i no

uo testamēto duodecim apostoli q̄ p̄dicatione sua fidem xp̄i p orbem terraꝝ diffuderūt. vt Luce. Item in veteri testamēto duodecim fontes in helym erant. Exodi. Et in nouo duodecim cophini ex saturatione turbaꝝ p xp̄m aplico misterio collecti. vt Math. xiiij. In veteri testamēto. xij. erāt boues t. xij. leones ex p̄cepto dñi p salomonē in templo facti. Et in nouo testamento. xij. iudices p xp̄m in duodecim sedib⁹ electi. vt Math. xviij. et multa sil̄ia. Quia ergo iste numer⁹ est p̄fectus. ꝑstitutus vicz ex duob⁹ senarijs. qui est numer⁹ p̄fectus. ideo christo dedicatur ad significandum in nobis duodenariā p̄fectionez scz decem p̄ceptoꝝ et duplicis charitatis. dei et primi. Ad secundū dubiū de plenitudine gr̄e tria sunt consideranda scilicet an christus habuit plenitudinē gr̄e. Secundo an illa gr̄a fuit infinita. Tertio an illa gr̄a potuit augmentari. Dico ergo primo ſm Thomā sup. iij. Sententiaꝝ dist. xiij. ℞ plenitudo gr̄e est triplex scz sufficientie. vt in sanctis omnib⁹ in quib⁹ est gratia sufficiens ad omnes virtutes t expulsionem omniū peccatoꝝ. Secūda ē plenitudo copie sicut in tota ecclesia. quia nulla gratia ei deest que non sit in aliquo eius membro. Tertia est plenitudo singularis p̄rogatiue que fuit in beata virgine per quā t peccatum et potentia peccandi etiā venialiter tollitur. Sed p̄ter has plenitudines est plenitudo gratie christi ꝓpter gratiam vnionis. qua summe deo vnitur quia in vnitate persone et ꝓpter gratiam capitis non solum habuit gratiā sufficientem ymo i omēs effudit eam abūde. Ita vt etiam faceret aliquos per ministerium ad gratiam inducentes. per quem modū caput influit corpori. et facit q̄ aliqua mēbra etiaꝝ alijs mēbris aliquo modo influant. Et etiam plenitudo gratie singularis inquantū habuit gratiā que ipsum perficiebat quantū ad omnes virtutes et omnes virtutum vsus. et quantum ad omnē effectum gratie. Ad secundū aūt dicendū q̄ gratia dei fuit infinita quantū ad essentiam sicut quelibet alia creatura. Sed tamen tribus modis potuit dici infinita. Primo ex cōiunctiōe ad diuinitatē in q̄ntum vnus xp̄i actus est et a diuitate et ab anima gratia informata. Secundo quo ad ipam rōnem gratie quia omnis rō gratie q̄ntum ad omnē eius effectum fuit in christo. nec fuit eius gr̄a finita vel limitata ad aliquē effectū determinatū gr̄e. sed omnem modū. omnē gradum gratie habuit. Tertio quantū ad effectū. quia per gratiā quā habuit xp̄s potuit in infinitos operari redemptionē. Et per hoc patet ad tertium q̄ etiā gr̄a xp̄i a principio fuit fini vltimo vnita quasi suo termino. q̄n autez res in suo termino est tunc possibilitas tota ē et capacitas impleta. quare gratia sua augmentari nō potuit. ¶ Ergo h̄ oz proficiebat gr̄a. intelligendū est nō i re sed ſm manifestationē in alijs. vt dicit glosa et Hozra et Lira. Ad tertium dubium de plenitudine sciēie christi tria dico ſm Thomā super tertio Sententiaꝝ dist. xiij. Primo q̄ in christo fuit scientia creata Ratio ſm ip̄m quia talis scientia ptinet ad p̄fectionē nature humane. Secudo dico q̄ christ⁹ per sapientiā suā cognouit omnia que sunt vel aliq̄n fuerūt vel aliq̄n erūt. q̄ alias nō fuisset in aīa omniquaꝝ p̄fect⁹. Verūtamē dicit Thomas q̄ eoꝝ que nec sunt nec fuerūt nec erūt. que tñ de⁹ pt facere. scīa taliuz xp̄o nō inest. Quia anima xp̄i oīm potētiā dei nō comprehendit. Tertio dico q̄ xp̄s p̄profecit aliquo mō in scīa t aliq̄ modo nō ꝓficere eīm in scīa ꝓuenit tripliciter vel ſm essentiā vel ſm exp̄ientiaꝝ. Primo mō nō creuit. q̄ ab instāti conceptiōis aīa xp̄i p̄fectissima fuit in sapīa. Secōdo mō creuit t p̄fecit in q̄ntū ea q̄ certissima nouit et sciebat exp̄imētalit̄ didicit Et talis scīa alicui acq̄rit̄ q̄n rē videt p̄n tem sensibilit̄ q̄ntū cunq̄ p̄fectā demōstratōez de ea ꝑus viderit. Et tanta de istis.

¶ Dñica infra octauas Epiphanie. II

¶ Sermo. XVII

Post triduū inue
nerūt eū in tēplo. Luc. ij. Plosuz vas t organū spūssci magr⁹ p̄ Aug⁹. oñdens magnitudinē t sufficiētiaꝝ diuine bonitatis cū cris hominib⁹ impensam. super Johannez sermone. xix. sic ait. Deus totum tibi est. Si esuris. panis est. Si sitis aqua tibi est. Si in tenebris es. lumē est. Si nudus es i mozalitate. vestis tibi est. Hec ille. Vult dicere q̄ deus omnem sufficientiam nostram habet in se.

Sicut ait aplus. Sufficientia nostra ex deo est. ij. Cor. iij. Merito itaq; inuenien dus est a nobis. eo q; omnia bona nobis pariter cum illo veniũt Sapientie. vij. Et sapientia dei que filius suus est dicit Qui me inuenerit inueniet vitam et hauriet sa lutem a domino. Prouerbior. viij. Verũ tamen quia multi et diuersi diuersimode hanc sapientiam querũt. nec tamen inue/ niunt ꝓter defectũ loci et temporis. ideo christ⁹ veniens in mundũ volens in se pre figurare modum sue inuentionis spũalis nõ nisi post triduũ a parentibus se permi sit in templo inuenire. sicut dicit nostrum thema. In quib⁹ verbis tria circa acquisi tionem gratie diuine tanguñ. Primo nã q; describit inueniendi tempus. quia post triduũ. Secũdo inuentionis actus. q; in uenerũt. Tertio aptus loc⁹. ḉa in templo.

A

Dixi primo q; circa acquisitio nem diuine gra tie tangitur inueniendi tempus. quia post triduũ. Istud triduum figuratur per il/ lud Exod. de quo dicit. Filij israhel volẽ tes exire egyptũ dicebant Pharaoni. Vi/ am triũ dierum itineris ibimus ad sacri/ ficandum domino deo nostro. Spiritua liter fm Origi. Amelia. iij. super Exo. Nõ vult Moyses vt seruiat populus in egy/ pto domino sed vt exeat egiptum in deser tum et ibi seruiat domino. hoc est sine du bio. quia donec quis in tenebrosis seculi actibus manet et in negociorũ obscurita/ te versatur nõ potest seruire domino. Nõ enĩ potest seruire deo et mãmone. Exeun dum est ergo de Egypto. relinquendus est mundus. Relinquendus dico non lo/ co sed animo. nõ itinere proficiscendo sed fide proficiendo. Audi hec eadem Johã/ nem dicentẽ. Filioli nolite diligere mun/ dum neq; ea que in mũdo sunt. Nam omne q̃d in mũdo est. aut est desiderium carnis aut desideriuz oculorum. aut supbia vite. Quo aũt iubet pficisci ex egipto. sequitur Viam inq̃t triũ dierũ ibim⁹ in heremum. Que est via triũ dierũ que nobis incedẽda est vt exeũtes de egypto puenire possim⁹ ad locũ in q̃ immolare debeam⁹. Ego viam illũ intelligo q̃ dixit. Ego sum via veritas z vita. Hec via trib⁹ diebꝰ nobis incedẽda est. Qui enĩ confessus fuerit in ore suo do minũ ihum xpm z crediderit in corde suo q; deus illũ suscitauit a mortuis tertia die saluus erit. Hec ergo est triduj via ꝑ quã peruenit ad locum in quo domino immo letur et reddatur sacrificium laudis. Hoc quantũ ad misticũ intellectũ. Si ẏo etiã moralẽ q̃ nobis pertutilis est requiramus locum. Iter triduj de egypto. pficiscamur si ira nos ab omni inquinamẽto corporis et anime z spũs conseruem⁹. vt quẽadmo/ dum dixit apostolus. integer spũs et aia et corpus nostrum seruetur in diem domi ni nostri ihu christi. Triduj iter proficisci/ mur de egypto. si rationalem. naturalem. moralem sapientiã. de rebus mundialib⁹ auferentes ad statuta diuina conuertim⁹. Triduj iter proficiscimur de egipto si pu/ rificãtes in nobis dicta facta vel cogitata spiritualia opera i nobis cõpleam⁹. Tria enĩ sunt hec ꝑ que homies peccare possũt Efficiamur mũdi corde. vt possimus deũ videre. Hec Origeñ. Quomõ aũt diabo/ lus impedit istã viã triduj i nobis. oñdit idem ibidem dicẽs. Dum populus dei de egipto vellet exire. dicebat Pharao. Non longe abeatis. Non vult lõge a se fieri po/ pulum dei dyabolus. Vult enĩ et si nõ fa/ cto. saltem sermone peccare. Et si nõ in ser mone. saltem cogitatione delinquere. Nõ vult vt a se totuz triduũ pficiscañ. vult in nobis vel vnũ suũ diẽ habere. in alijs du/ os. in alijs totũ triduũ ipe possidet. Sed illi beati qui integrum ab eo triduum se/ cedunt. et nullam in eis suam possidet diẽ Hec ille. Possum⁹ aũt breuiter colligere z alio sensu istud triduũ intelligere. vt pma dies sit pudor pro cõmissis Secunda do lor pro bonis amissis. Tertia dies amor desiderij pro bonis promissis. Prima di/ es pro malis cõmissis inducit nos vt co/ gitemus quid fecimus. quia patrem mise ricordem offendimus. quia tam feda tam pessima perpetrauimus. Ista dies in no/ bis plena est verecundia. Juxta illud ps. Tota die verecundia mea contra me est. Secunda dies pro bonis amissis indu/ cit nos vt cogitemus quid amisimus. Et certe inuenimus. quia paradisum in quo creati sumus. celum ad quod creati sum⁹. et etiam angelorum societatem et perpetu am amenitatem perdidimus. Hec est illa dies plena amaritudinis. Amos octauo.

ponam nouissima eius quasi diē amarā. Tertia dies est dies amoris desiderij pro bonis promissis. Hec est dies illa in qua Hester parauerat se et ingrediebatur ad Assuerum. Unde dicitur. die tertia induta est Hester. Ista dies est serena et iocunda. quia hominē ponit in bona spe. Dicit enim sibi tali die. Delectare in domino. et dabit tibi petitiones cordis tui. Triduū etiā istud potest dici triplex modus cōuersionis ad deum. scilicet contritio. confessio. et satisfactio. Nam non nisi post ista restauratur gratia perdita in homine. Contritōis dies si debet esse perfectus. debet esse septiformis. Nam contritio debet esse mozosa et intenta nō perfunctoria. Solitaria non publica. Integra non diminuta. Ordinata nō confusa. Propria nō aliena. Gemebunda non deliciosa. Iusta non simulata. Hec septez tanguntur in illo verbo Ezechie dicentis Isaie. xxxviij. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Secunda dies est confessio. que etiam debet esse septiformis. scilicet. Festina non tarda. Humilis et verecunda. Aperta nō palliata. Uera nō ficta Integra non diuisa. Flebilis non ridiculosa. sed lacrimosa. Obediens z prompta De hac dicitur in Psalmo. Dixi cōfitebor aduersum me iniusticiam meā domino. et tu remisisti impietatē pec. cē. Quasi dixisz Proposui ad te appropiquare. et tu ad me appropinquasti. Tertia dies est satisfactio que etiā debet esse septiformis. sm q septē requiruntur ad hoc. vt perfecta mundicia peccati habeatur. ¶ Primo em requiritur ad perfectam satisfactionem abstinentia a peccato. Sicut primo medicus imponit infirmo abstinere a cibo Johannis. viij. Vade z amplius noli peccare. Secundo requiritur restitutio aliene rei. quia nō dimittitur peccatum nisi restituatur ablatū. Tertio requiritur humilitas. sic dicebat Job. Ago penitentiaz in fauilla et cinere. Quarto requirit memoria mortis. Eccli. vij. Recordare nouissima tua et in eternū non peccabis. Quinto requiritur ieiunū Joel. ij. Cōuertimini ad me in ieiunio et fletu. Sexto requiritur elemosina. Luce xi. Date elemosinā et oīa mūda sunt vobis. Septimo requirit oratio debita z deuota Unde hoc genus peccati nō ejcitur nisi in ieiunio et oratione. Jeiunū curat pestes corporis oratio pestes mentis. Et potest esse spirituale triduū. et his tribus scilicz oratione elemosyna. z ieiunio. Oratio facit nos appropinquare deo in anima Jeiunū in corpore. Elemosyna in bonis temporalibus. Bona dies oratio in qua homo tm ascendit q pernenit in vna hora ad deū. Oratio em sm Augustinum est ascensus mentis in deum. Unde Eccl. xxxv. Oratio humiliantis se penetrat celū. Felix dies quo ita iter nostrū prosperatur vt quo nō possemus per mille annos peruenire. in momento in ictu oculi peruenia⁹. Bona etiā dies dicitur elemosina que in vna hora portat oīa bona nostra in celum. que totus mundus portare non posset nec transferre. Eccl. Elemosyna viri q sacculus ante ipm precedet. Sed et ieiunium bona dies est que corpus nostrū ita aptum reddit vt vna hora plus mereatur ieiunijs q̄ gulosus in mille. Unde Niniuite in triduo ieiunū obtinuerūt veniam delictorum. Jone. ij. Laboremus igitur vt post hoc triduum christū inuenire spūali ter valeamus. ¶ B

¶ Dixi secundo q̄ in ꝟbis premissis describitur inuentionis christi actus. cum dicitur. Inuenerūt eum. O q̄ dulce verbum. vere nihil puto dulcius resonare in aure q̄ cum dr Inuenerūt eum. quē eum. vtiq̄ deū et hominē dominū. totius cōsolationis patrē. Inuētio istius igit dñi multū est fructuosa. Pro quo sciendū q quidam inueniūt aliq̄d. cuius inuentio est vana vt thesaurū temporalē. Quidā inueniūt aliquid. cuius inuentio est mala. vt peccatum et eius turpitudinem. Quidam inueniūt aliquid. cuius inuentio est nobilissima et fructuosissima. vt christum. et igit gratiam suam. De ꝑmo quo quidā inueniunt aliq̄d cuius inuentio est vana. vt thesaurū temporalē. Res em tempales sunt vane in cōparatiōe ad eternas. Hōne primo vanum est quod teneri nō pt. sed tot⁹ mūdus non pt tenere quin diuitie tpales defluāt. ymo sunt sicut anguilla. que q̄nto plus stringitur q caudā. tāto facilius elabit. Secū do vane sunt etiā diuitie. q̄ mentē hois replere nō possunt. Quia scriptū est. Auar⁹ nō implebit pecuniā. Arescat ei ignis pariter

crescẽtibꝫ lignis. Crescit eĩ amor pecunie
q̃ plus pecunia crescit. Dicit Poeta. Cre/
scit eĩ sine fine. quia crescit ĩ infinituꝫ. fm
Phm. j. politicoꝝ. Nec mirũ. Ania eĩ ho/
minis est spũs. diuitie vero sunt corpales
Nõ patet q̃ corpꝰ nõ pt implere spm̃. cũ
nõ habeãt ad se inuicẽ ꝓportiõez. Actꝰ aũt
actuoꝝ debẽt eẽ in bñ ꝓporcionatꝫ ad in/
uicẽ. Unũ Bernũ. ĩ sermõe dedicatõis dicit.
Q̃ aia in h̃ est ad dei ymaginẽ facta. qr oc/
cupari pt. repleri nõ pt. nisi capacitate dei.
Quicq̃d minꝰ est deo. eam nõ iplebit. Cre/
tio vane sunt res tpales. qr sunt sĩles dor/
mienti. q̃ se credit habere mlta sꝫ euigilãs
nihil inuenit. Job. Diues cũ dormierit ni
hil secũ affert. Aperit oculos suos t nihil
inuenit. ps. Dormierũt somnũ suũ. t nichil
inuenerũt oẽs viri diuitiaꝝ in manibꝫ su/
is. Videam⁹ q̃d inuenit diues ille purpu/
ratus et diuitꝫs. q̃ nec gutt̃ aque potuit
ab Abrahã obtinere. Luc. xvj. Quid ille
q̃ dixit. Ania mea habes multa bona repo/
sita in annos plurimos. epulare. Sꝫ au/
diuit statim. Stulte hac nocte morieris.
demones repetẽt aiaꝫ tuã a te. t hec q̃ con
gregasti cuiꝰ erũt Lu. xij. Sꝫ diceres. Mi
rũ est q̃ vos dñe damnatis diuitias. que
tã sunt vtiles ad acq̃rendũ regnũ celorũ.
Luce. xvj. Facite vobis amicos de mam
mona iniq̃tatꝫ. vt cũ defeceritis recipiant
vos in eterna tabernacula. Ad q̃d dicẽdũ
q̃ diuitie simplr nõ damnãt sꝫ abusus di/
uitiaꝝ. Unũ Augꝰ. sup ps. lxj. dicit. Diuitie
si affluãt nolite cor apponere. Ille q̃ nõ hꝫ
nõ ambiat vt habeat. Qui hꝫ nõ supbiat.
Et ideo nõ dicit Nolite habere. sꝫ cor appo
nere. Nõ eĩ damnat diuitias. vñ merea/
mur celũ. sꝫ cor apposituũ. Dec Augꝰ. Et h̃
dicit Ambro. li. viij. sup Lucã. Q̃ diuites
crimen habẽt. nõ in facultatibꝫ sed in bis
qr vti nesciũt. Nã diuitie vt impedimenta
sunt reprobis. ita bonis sunt adiuuamen
ta frutis. De scõo quõ q̃dam inueniũt ali
q̃d cuiꝰ inuentio est mala non tm̃ vana. et
talis res est peccatũ ꝓtra deũ t ꝓtimũ per
petratũ. Patet aũt eius malicia et tribꝰ
primo qr est deformitas. quã detestatur
deꝰ. Scõo quia est iniq̃tas. quã amplexat̃
dyabolus. Tertio quia est infirmitas. q̃
dissipatur totus mũdus. De primo patet
quõ deus odit eius deformitatẽ. Nam sic
dicitur Gen. vj. Deus videns malicia bo
minũ sup terram induxit diluuiũ sup ter/
ram ad delendum peccatũ. Non est ira ve
hementis ire quis. vt destruat domũ suã.
Nauis cam viderit denigrataꝫ et tũ de⁹
destruxit mũdũ. quod erat opus suũ pro/
pter peccatũ. Non est aliquis q̃ ira detesta
retur vas aureũ ꝓpter vnam maculã in eo
factã. sed maculã abstergit et vas reseruat
Et tamen deus animã que est pulcrior au
ro et lapide pcioso. cum sit ad ymaginẽ su
am destruxit ꝓpter vnum peccatum. Sa/
pientie xiij. Odio est domino impius et i/
pietas eius. Super omnia patet q̃ deus
odit peccatũ. quia vnigenitũ suum cruciã
gi pmisit ꝓpter illud. Juxta illud Ysaie. liij.
Propter scelus populi mei percussi illum
Secundo peccatũ est malum. quia placet
dyabolo. Cuius signuꝫ est tripler. Primo
quia ipe non vult aurũ nec argentũ. sꝫ nõ
animas peccatrices quibꝫ ditatur t pasci/
tur. Gen. xiij. Da mihi animas. cetera tol
le tibi. Unũ ipe est sicut aniꝫ rapat que dili
git cor prede. sic ipe cor hominis peccato/
ris. Unde legitur q̃ dyabolus interroga/
tus a quodã. quid plus diligeret. Respon
dit tria. scilicet primam lunam. rotam so/
lis. et ferrum molle. hoc est cor quod com/
ponitur et illis tribus litteris. que habẽt
illas figuras. Secundum signum quod
dyabolus amat est peccatũ. quia in procu
rando peccatum nunquã fatigatur. Jam
enim sunt sex milia annorum et quadra/
ginti. trigintaq̃nqꝫ anni quo nichil aliud
fecit nisi procurauit peccatum. Unde in/
terrogatus a domino vbi fuisset. Respon/
dit. Circuiui terram et perambulaui eam
Job primo. Unde idẽ dicit Job. xxij. Qui
me comedunt. non dormiunt. quasi dicat
Non bibunt nec comeduut. Tertium si/
gnum est. quia dyabolus amat peccatum
quia nunq̃ꝫ peccato saturatur. Jam enim
deuorauit multa milia hominum. et tamẽ
adhuc est famelicus querens quem deuo
ret. prima Petri. v. Unde Job. Absorbebit
fluuium et non mirabitur. sed habet fidu/
ciam q̃ et iordanis fluat in os eius. Ter/
tio peccatum est malum. quia corrumpit
totum mundum. Est enim sicut infirmi/
tas qua mundus dissipatur. et precipue si
cut febris terciana. Quia quicq̃d est in mũ
do aut est concupiscentia carnis. aut cõcu
piscẽtia oculorũ. aut supbia vite. j. Joh. ij.

Et ex ꝑ dic̃ Jobes q̃ tot⁹ mũd⁹ i maligno posit⁹ ē. Est etiã sic̃ febr⁹ q̃rtana ꝓp̃ q̃ dru/plicē gradũ. scz cordis oris opis z ꝓsuetu/dinis. Est eĩ pctm sic̃ febr⁹ q̃tidiana z ꝑti/nua q̃ ē valde piculosa. z ꝑ ꝓp̃ pctm ſupbie q̃ est i oĩ pctõ. Est etiã pctm sic̃ podagra in pedib⁹ ꝓp̃ pctm accidie. Paralisis ꝓpter pctm ire. ydropisis ꝓp̃ pctm auaricie. Do/lor viscer̃ ꝓp̃ pctm inuidie. Squinancia ꝓp̃ peccatũ gule. Lep̃ ꝓp̃ peccatũ luxurie. Vincit Isa. j. A plãta pedis vsq̃ ad ver/ticẽ nõ est i eo sanitas. Ecce qũo pctm cor/rũpit totũ mundũ. De tertio scz qũo aliq̃ aliq̃d inueniũt cuius inuẽtio est fructuo/sissima. Nõ est eĩ tm̃ bona sz valde bona. Et hec est inuẽtio xp̃i z gr̃e ei⁹. Pro q̃ sciẽ/dũ q̃ cũ aliq̃d inuenit statim inq̃rit q̃d sit illud q̃d inuentũ ē Si g̃ q̃s inueniẽs xp̃m p gr̃az vult scire q̃d sit in effectu. certe vide bit maxima vilitatez z maximũ fructum.

Multa sunt que desideranť in ꝟ mõdo. que tm̃ nullo mõ p̃nt inueniri nisi in xp̃o. Nam ꝓmo desiderãť copiose diuitie. Hec cũdo in diuitijs mlta reqes. Tertio in di/uitijs z requie lõga z salubris vita. Jsta ĩ inueniunť ꝟ aliquo modo Sz hec in xp̃o plene habenť. Primo in eo inuenim⁹ thes/aurũ incõpabilẽ oĩm diuitiaz. De q̃ dr in p̃s. Gl̃a z diuitie i domo eius. Et ipsemet dic̃ p Salomonẽ. Mecũ sũt diuitie z gl̃a Vñ Sapie. viij. dr. Et si diuitie appetãť i vita q̃d sapia locupletius. Et itelligiť ꝟ de sapia increata. q̃ est xp̃s. vt exp̃oit Robert⁹ holgoth. Scõo inuenim⁹ in eo requiẽ im perturbabilẽ. Jurta illud Joh. In mũdo pressurã habebitz. in me aũt pacẽ. Vñ aug⁹. li. confessionũ dicit. Inq̃etũ est cor meũ dñe nec p̃t req̃escere nisi in te. Et idẽ dicit. Ve aie peccatrici q̃ sperauit si a te recesserit se aliq̃d melꝰ habiturã. Ipsa z reuersa i tergũ z in latera. dura sũt oĩa z tu solus requies Nec ille. Tertio inuenim⁹ i eo vitã itermi/nabilẽ. Vita ei⁹ p̃ns breuis ē z misera z af/flictiõib⁹ plena. Xp̃s ãt est vita lõga. Vñ i p̃s. Lõgitudie dier̃ replebo eũ. Et ꝑ puer. Lõgitudo dier̃ i dextera ei⁹. Et q̃nta lon/gitudo. certe carẽs fine z termino. Scõo xp̃s ē vita nõ solũ lõga sz oĩno felix et btã z solatiõib⁹ plena. Vñ i p̃s. Dñe apud te ē fons vite. Joh. Hec est vita eterna. Et p̃s Delectationes in dextera tua vsq̃ in finẽ. rc.

Dixi tertio q̃ in ꝟbis p̃missis describiť apt⁹ loc⁹ inuẽtiõis xp̃i. cũ dr. In templo. Nec mir. Rex ei apt⁹ inueniť in aula q̃s i taberna. z q̃libet in ꝓprio domicilio facili⁹ q̃s i alieno. Cũ igiť tẽplũ sit aula xp̃i z domicilũ suũ spẽale. eo q̃ vt ipe dicit ꝟ. in his q̃ ꝓris mei sunt oportet me esse. volẽs significare q̃ ma/re hereditario z successione p̃na tẽplũ sit aula ei⁹. Merito g̃ ibi inuẽt⁹ est tãq̃s i ꝓpa sede. Vñ p̃s. Dñs i tẽplo scõ suo. Et iterꝝ ꝓpha. Veniet ad tẽplũ sctm̃ suũ dominator dñs. Suũ dicit vt innuat ad eũ iure spãli ptinere. Et q̃r vt idẽ saluator ait. Templũ nõ est aliud nisi dom⁹ orõnis. Igiť q̃ vult xp̃m inuenire nullibi apt⁹ eũ inueniet sic̃ in orõne. quãq̃z z alibi inueniť. Pro q̃ bre/uiter sciendũ q̃ xp̃s inueniť in tribꝰ locis. scz in p̃sepio afflictõis corpal̃. Presepium eĩ in q̃ iacuit durũ fuit. Stramẽta vilia z dura. q̃r fenũ aridũ. Ad significandũ q̃ ipe inueniť in afflictõe corpali z tribulatõe nr̃a Vñ ipe ait p p̃s. Cũ ipo sum in tribu/latione. Sic inuenerũt eũ pastores. q̃ de/bent spẽaliter mortificare corpa et mẽbra sua ad exemplũ alijs ostendendũ. Sicut fecit apl̃us q̃ ō se dicit. Castigo corp⁹ meũ. z i seruitutẽ redigo ne cũ alijs p̃dicauerim ipe reprobꝰ efficiar. Per ꝟ etiã significat q̃ pastores z plati debẽt esse solliciti ō scr̃ur̃ sanctor̃. que sunt cibꝰ aiar̃. Verbũ eĩ dei ē q̃d nutrit aias. Matth. iiij. quod debet in/ueniri in p̃sepio sacre scripture. Secũdo inuenit⁹ christus in stabulo. Et hoc a ma/gis. vt dicit Matth. ij. Magi significant oĩes ꝓficientes diuites in bonis operi/bus. q̃ etiã debent esse sapientes p discre/tionez. Dũ ergo inueniũt eum in stabulo humilitatis. quia quanto maior es humi/lia te in oĩbꝰ Eccl. iij. Magna fuit bũlt/tas magor̃. q̃ tam diuites z sapientes ō lõ ginquo venerũt ad vnũ puerũ. z cum hoc ad stabulũ. Et quid fecerũt. certe procidẽ tes adorauerũt. Apertis thesauris obtu/lerunt ei auruz. Sic ꝓficientes debẽt hu/militer adorare p deuotionem. offerre per sanctam operationẽ. Aurum rerum tem/poraliũ. thus serẽ orõis. et mirram morti/ficationis carnis. Tertio inuenit⁹ in tem/plo per deuotam orationẽ. et hoc a paren/tibus vt dictũ est. i. ab his q̃ faciũt volun/tatem eius. Sicut ipse dicit Matthei. xij.

Qui fecerit volūtatē pr̄is mei q̄ in celis ē
ipe me⁹ frater soror ⁊ mr̄ est. Et ptinet istō
ad pfectos q̄ in oīb⁹ int⁹lligūt q̄ sit volū
tas dī bn̄placēs ⁊ pfecta. Incipientes q̄dē
intelligūt q̄ sit volūtas dei. scz abstinere a
malo. j. Thessa. iiij. Hec est volūtas dei vt
abstineat⁊ a fornicatōe. Proficientes itelli/
gūt q̄ sit volūtas dei bn̄placēs. s. adherere
bono. Isa. Ecce ser⁹ me⁹ intelliget. scz vo
lūtatē meā. Isa. liij. Sz pfecti itelligunt q̄
sit volūtas ei⁹ bn̄placēs ⁊ pfecta. scz pseue
rare ī bono. Et isti deū inueniūt ī pfectio/
ri loco. qz in tēplo. Queram⁹ igit eū etiaz ⁊
nos vt inuenire ip̄m possim⁹ h̄ p gr̄az ⁊ in
futuro p gl̄az. Amem.

Dñica infra octauas Ephie. III

Sermo. XVIII

Dolentes quere/
bamus te. Luce. ij. cap̄. Egregi⁹
ille doctor magn⁹ p̄r̄ Aug⁹. sup
ps. ciij. ostēdens necessitatē querēdi deū.
tractans illud ps. Querite faciē ei⁹ semp.
dicit. Si semp querit de⁹ q̄n inuenietur.
et respondēs idē ipe ait. Semp dixit ido.
qz in tota vita q̄ h̄ viuit ⁊ q̄p̄rimū nos h̄
debere facere cognouim⁹. q̄m ⁊ inuentus
querēdus est. Jam deū inuenit fides. sed
adhuc eū querit spes. Caritas aūt et in/
uenit eū p fidē et eū querit habere p spēm.
Ubi tūc sic inuenit vt vltra nō queratur.
Nec ille. Vult dicere Aug⁹. Qz in tota vi
ta nostra querenda est gr̄a diuina p quaz
possimus inuenire randē gloriā celestem.
Nam licet p fidem inuenim⁹ gratiaz. eo q̄
ex magna gr̄a dei factū est vt in fide sua si/
mus. p spem tn̄ inquirim⁹ rem ill⁹ gratie.
scz veritatē patrie celestis apertā quā h̄ in
speculo ⁊ enigmate tenem⁹. Verū qz vita
pn̄s nō est solatij nec iocū dicat⁊. sic salua/
tor ait. Nūc q̄dē tristiciā habet⁊ Joh. xvj.
Jōo de⁹ vult vt nō q̄litercūq̄s sz dolentes
queram⁹ eū. Nam vt dicit Bern̄. ser. xxiiij.
Si nolum⁹ frustra querere. queram⁹ ve/
raciter. queram⁹ frequēter. queram⁹ pseue
rāter. vt nec queram⁹ p illo aliud nec ī illo
aliud. sz nec ab illo ad aliud cōuertamur.
Facil⁹ est em̄ celū ⁊ terrā transire. q̄m vt sic
querēs nō inueniat. sic petēs nō accipiat. ⁊
sic pulsanti nō aperiat. Dec ille. Quisq̄s g̃
querere vult deū attēdat parētes eius. ne
frustra querat. Illi em̄ nō ridentes sz do/
lentes querebant eū. sicut dic̄ n̄r̄m thema.
In q̄bo verbis tria tanguntur. Primo que/
rendi x̄p̄m lamētabilis modus. cū dr̄ Do
lētes. Secōo diligens inq̄sitionis actus.
quia. querebam⁹. Tertio inq̄sitōis christi
quesit⁹ fructus. quia. re.

Dixi primo q̄ in ſbis p̄mis/
sis circa inq̄siti
onē x̄p̄i tangit querēdi modus lamētabil
cum dr̄ Dolentes. Non potuit euāgelista
melius facere q̄z q̄ ita euidēs ſbū ⁊ ad q̄
rendū x̄p̄m aptū a parentib⁹ x̄p̄i plarū nō
obmisit. Nam gr̄a dei nō pt quen sine dif/
ficultate ⁊ dolore. Et h̄ ideo vt dulcius po
stea ab hoīe teneat et libēt⁹ possideatur
Quod em̄ difficilius querit. dulcius inue
nitur. inquit Aug⁹. sup ps. ciij. Difficul/
tas aūt ista exprimit p hoc verbum dolen
tes. quod designat cordis ardorem. Pro
torū eius forma iusticie cōsistit. que grauissima est. Secūdo grauis erat. qz phibēs pctm. specialem reatum addebat. inq̄ntuz nō solum naturalē legem transgrediebat. sed etiam inq̄ntum legis scripte transgressor erat. Tertio quia solum tempalia promittebat. et si promittebat eterna. hoc satis obscure et in figuris occultis. Unū Hebreoz. x. dr. Umbram habens lex futurorum bonoz. Modo certū est q̄ faciliꝰ quilibet seruit pro eternis q̄ p caducis. Quarto quia illa lex erat timoris. noua āt amoris. quia data est ex maxima charitate effusionis sanguinis christi. modo faciliꝰ ꝺs implet ex amore q̄ ex timore preceptum. Quinto lex vetus artabat ad multa cerimonialia. etiā inuitos. Unde et si non fuit peccatū tangere morticiniū. tamen si nō faciebant ea que in lege ꝓpter hoc mandabant peccabant mortaliter. ad q̄ noua lex non artat. et si ad aliqua tamen ad pauca. Nam sicut refert Augustinus ad inquisitōnes Januarij. Rabi Moyses enūerat precepta legalia plus q̄ mille septingenta. ad que omnia tenebantur. Noua autē nō habet nisi septem sacramenta. ad quorum quedam nō oīes tenentur. vt ad ordinē et matrimoniū. Si autem ꝺr q̄ in moralibus plura prohibet noua q̄ vetus. Dicendum est. q̄ hoc verum est. sed cum hoc auxilium gre ꝓfert ad oīa implenda. q̄ gratia oīa leuiat. ſm Augustinū. et cuz hoc habemus adiutoria multa sacramentoz. Unde ſm Scotū. Et si potuerūt mereri grām p̄ ꝓmo modo. bene quidem. ſz ad grām p̄cipiendā nō habuerūt aliquod sacramentū p̄ter circūcisionem. que fuit cōtra originale. Similiter dicendum est de iudicialibꝫ. q̄ valde pauca sunt a xp̄o tradita. licet per eos qui habēt declarare legem christi. et statuere leges in ecclesia vt p̄incipes plura sunt superaddita. ad que etiā tenent fideles obseruanda. vt in canone. distinc. xix. c. j. Preterea de difficultate vtriusq̄ legis nūc apparet q̄ q̄ntū ad actꝰ exteriores lex vetus est grauioz. quia plura cerimonialia et iudicialia. Quantū aūt ad interiores actus qui sunt implere delectabiliter opus virtuosum. grauior est noua. quia prohibet animū et motū interiorem. et q̄ ex amore impleant p̄cepta. Et sic lex noua nō amanti est difficilioz. ſz facilima amanti. quia virtus delectationem habz annexam. per quā homo faciliter implet opus virtuosum. Ex his infero corollarie q̄ lex noua est perfectioz lege veteri. ꝓpter plura. Primo quia fini ꝓpinquioz. eo q̄ immediate aperit ianuā celi. Vetus autem destinabat ad limbū. Secūdo qz versatur circa bona gre et glorie. illa circa bona nature et fortune. Isa. j. Si audieritis me bona terre comedetis. Tertio qz completioz nō indigens supplemento. compendiosioz. ꝺa vno verbo impletur. Rom. xiij. Qui diligit primū legez impleuit. Unūoz ꝺa vtrūq̄ salz corpus et animā beatificat. Ideo ꝺr semita salutis nostre. ꝺa paucioribꝰ instrumentis indiget. Et ꝺa remouet cerimonialia et imolatiōes. et offert ꝺo spiritum contribulatū contriti cordis Item p̄fectioz in hoc ꝺa. phibet nō solum manū sed etiā animū. Et si diceres. tamen etiam vetus hoc prohibet dicens. Non cōcupiscas. Respondeo. q̄ hoc est in paucioribꝰ. ꝺa solum in duobꝰ p̄ceptis. scilz mechie et auaricie. Et licet prohibeat mechiā interiorē. tm transgressoribꝰ nō infligebat penā. ſm Hiram in ꝓlogo sup Matheū. Item patet h. ꝺa capro consilio difficillimo noue legis. ſd est diligere inimicos. h est facilius q̄ ymolare agnū paschalez. Ratio. ꝺa ad diligendū quēlibet hominē natura inclinat. Secundo ꝺa talis dilectio nullū damnū infert. sed vtiq̄ comodū Tertio ꝺa dilectō magis confortat tam corpus q̄ animā. q̄ odiū. Prouer. xvij. Animus gaudens etatem floridam facit.

Dñica quinta. II. Sermo. XXXII

Confiteor tibi pater dñe celi et terre ꝺa absc̄ondisti hec a sapiētibꝰ et prudētibꝰ et reuelasti ea parvul. Math. xj. Sic dic magr̄ Augꝰ. sup ps. lxx. Int oīa q̄ hominē scire oporteret. h est tota scientia boīs. scire ꝺa ipe nihil est p se. et qm̄ quicqd est. est deo est. et ꝓpter deū est. Hec Augꝰ. Vult dicere Augꝰ. q̄ homo ꝓsiderata sua fragilitate oīa sua debet referre in deū et de oīb gras sibi agere. et oīa sibi attribuere. Unū Gregorius li. xxiij. moral. ostendens q̄ sit vera sapia boīs. dicit q̄ ꝺa sapientia afficit. id ē. humiliat nō extollit. nec supbientes quos impleuerit sed lamentantes facit. Et q̄z

ptz q nō pdest sapīa. ymo plꝰ obest. si nō af
fuerit būilitas. Hā sic dicit apl's. Scīa in
flat. caritas aut ē edificat. Quia igit phari
sei nec se nec sua in deum referebāt. nec ex
sapīa quā habuerūt būiles ē volebāt. sz po
tius supbia inflati. de se z suis meritis psu
mebāt. Hinc ē q saluator veniēs in hunc
mundū dimissis ill' būiles dignat' ē eligē
re discipulos qbꝫ sue diuitatis archana ma
nifestaret. qs approbās. z illos reprobans
gras do pī agit di. in ꝟbis ꝓpositis. Confi
teor tibi pr dñe celi z terre. qr rē. In quib
ꝟbis ad tria mōnemur. Primo ad digne
agendū gras deo exēplo xpi q ait. Cōfite
or tibi. rē. Secdo inducimur ad deponen
dū alas sapīe z fugiendū vanā gl'iaz q in
phariseis ad tm reprehendit. vt merito ab
eis secreta celi abscōdant. cū dr. qr abscon
disti. Tertio hortamur ad āplectēdū hūi
litatē q ad tm cōmēdat. vt merito ꝓ eam
apl's abscōdita celestia reuelent. cū dicit.
Reuelasti ea paruulis. ¶ A

¶ Dixi primo q primo in verbis
premissis āmone
mur ad digne agēdū gras do exēplo xpi q
ait. Cōfiteor tibi do. pr rē. Et certe dignū
ē agere homini gras do. exq filiꝰ dei ꝟsub
stantial' pri laudat cū z gras agit sibi Eccī.
xxiij. Magna gl'a ē seq dñm. z exq ois cre
atura ꝟfitet z laudat nomē suū. Vñ ps. de
deo dicit Cōfessionē z decorē induisti. vbi
dicit Innoc. Q deū laudāt z magnificāt
oīs creatē. q̄z laudibꝫ q̄si q̄busdā vestibꝫ
vndiq circūdat' est. Vñ dicit. Cōfessionē
induisti. Cōfessionē appellat laudes creatu
raz q illiꝰ magnitudinē ꝟfitet. z q̄d addit.
z decorē. iō dic. Quia i decore creaturaz. de
or illiꝰ agnoscit q creaturas fecit Sapīe. xiij
Quāto magis speciosior ē dñator corz qui
eas fecit. Cū g ois creatura ꝟfitet dei boni
tatē. dei potētiā z sapiaz. magis hō dz assur
gere ad hmōi ꝓfessionē laudis p deuotam
gratiarum actionē. ¶ Sūt aūt tria i ꝟbis thema
tis inducētia z monētia hoiez ad gratiaz
actionē deo faciendā. s. collatio bonoz gra
tuitoz i eo q ipe fecit se nob prēm. Vñ dr.
Cōfiteor tibi pr dñe. Secdo bonoz gl'e z
celestiū. in eo q ipe est dñs celi. q nob celū
reseruat i pmiū. Tertio bonoz nature z for
tune. i eo q ipe ē dñs terre. q nob oia terre
nascētia dedit advsū. Merito igit laudan
dus ē a nob. cū ab eo oia habeā. Et primo
ab ipo hēm bōa gre. qr ipe ē origo omniū
bonoz gratuitoz. Sic em mare est origo
oīm fontiū z fluminū. Ita ds ē origo ⁊tu
tū z sciaz. Ipe ei est dñs ⁊rutū. vt dr i ps.
Et ipe ds sciaz dñs ē. s. Re. s. Ab ipo ē pti
nētia carnis. cordis idustria. rectitudo vo
lūtatis. Si qs callet ingenio. si qs nitet elo
quio. si qs moribꝫ placet. Inde scīe. Inde
sapīe. Ymo. Thesauri siqdē scie z sapie oēs
abscōditi sūt ibi. Quid casta ꝓlia. iusta. iu
dicia. sctā desideria. miscōie fontis illi sunt
Que ois ex q a deo effluūt vt q̄dā flumina
ne cito exsiccēt z fluere cessent. ad deū cōti
nuo debēt refluere vt itez fluant. Quia vt
dicit Sapiēs. ad locū vñ exeūt flumia re
uertūt vt itez fluāt. Nō fit p ꝓfessionē lau
dis z gratiarum actōis. Vñ apl's dicit. In oib
gras agētes deo. Hoc est vt ait Bern. sup
cantica ser. xiij. Quicqd sapie q̄cqd ⁊rutis
te hīe ꝟsidis. ⁊ruti dei z sapie ascribe z de
puta. Et licet infinita sūt dona gratuita. p
qbꝫ ei dēm gras agere. tm istud qi pcipuū
occurrit q dignat' est fieri pr nr Deus. xxx
ij. Hūqd nō ipe est pr tuus q possedit te et fe
cit z creauit te. Et Mat. xxiij. Prez nolite
vob vocare sup terrā. vn' ē em pr vr i celo
Iste pr adeo ē benign' q oīno nichil hz
seueritatis. eo q ei ꝓpriū ē sp misereri z par
cere. vt dicit Greg. Propt' q̄d dicit apl's eū
prēz misericordiaz z deū tot' ꝓsolatiōis.
ij. Cor. i. Ostēdit aūt homini cuilibz tripli
cē graz z miscōiaz. p q̄ a q̄libz ē glorifican
dus z laudād'. Nā ipe ē clemēs i suscipiē
do. erga penitētē z errātē. Diligēs i puidē
do. erga deficientem. larg' z magnific'. erga
perētem. De ꝓmo qūo ē clemēs i suscipien
do. erga penitentē. hēt Lu. xv. de filio pdi
go. quē reuertentē cū lōge adhuc eēt vidit
eū pr p approximationē. z miscōia mot'
ē p cōpassionē. accurrēs p pietatis accelera
tionē. cecidit sup collū. p gre reconciliatōez.
z osculat' est p dilectōez. Et ait. Cito pfer
te stolā pmā innocētie. z date ei anulū fidei
formate. et calciamenta bonoz op'm. Ecce
miscōia ist' prīs. q a reo reuertēte ñ exigit
sed tribuit. Quicqz adeo benign' ē vt q̄ntū
cūqz offendat. nō possit obliuisci miserati
onū suaz. Juxta illud Isa. xlix. Nūqd mr
pt obliuisci infantē suū vt non misereat fi
lio vteri sui. Verūtamē et si illa oblita fue
rit. ego nō obliuiscar tui. Secdo apparet mi
sericordia z gra ist' benigni pris. quia est

diligens in puidēdo. Nam ipe est sollicit⁹ de nra salute pl⁹ q̄ nos. Et apparet ista sollicitudo in eo q⁹ filiū suū misit in mundū. vt dr Joh. iij. Qui venies more sapiēt⁹ mulieris. dr agmā pditā z ouē amissaz. animā dico hūanā. ita sollicite q̄siuit q⁹ etiā ppt eā z ad crucē ascēdit. z ad inferna vt eā eriperet et reduceret descendit. Hinc ps. ait. Dñs sollicit⁹ est mei. Et se sollicit⁹ ē pl⁹ de vna aīa humana q̄ de toto mūdo. Juxta illud Nūqd cura ē deo ō bob. Hinc dic Bern. sup cātica ser. lxviij. q⁹ licet deo incūbat gubernatio z admīstratio tot⁹ create. tñ oīa ista de⁹ facit ppt hoiez. de q̄ solo cura ē deo. sicut dicit aplus. Oīa inq̄t ppter electos Et iz puidentia dei sit erga oēm creaturā. tamen cura eius est erga solū hoiem De q̄ dicit Petr⁹ aplus. Omem sollicitudinem pjicientes in eū. qm ipi est cura de vob. Ele re magna cura deo erga aīaz. quā ita dilexit vt se daret p ea. Nec est em ouis errās cui⁹ cura etiā supnoz cure gregū. i. āgeloz est plata. Deniq̄ illis exposit⁹ pastor descēdit ad istam q̄siuit diligēter. Inuentā non reduxit. iz reportauit. noua sacies angelis festa gaudioz. Qui q̄ppijs hūer⁹ dignat⁹ est iponere. certe curā ei⁹ habebit. Hec ille sm̄aliter vbi s. Pro tāto itaq̄ bñficio aīe impenso q̄s dubitat dignas ē grazarcriones deo refundendas. vt sicut ille aīe liberationi fuit intēt⁹. ita aīa illi⁹ honori intendat Un̄ dicit Bern. in psona aīe sup canti. ser. lxviij. tractās illō spōse. Dilect⁹ me⁹ mihi z ego illi. Ille mihi z ego illi. Ille mihi. q⁹ benign⁹ z misericors. ego illi. q⁹ nō sum ingrata. Ille mihi per grām et gra. ego illi graz p gra. Ille mee liberatiōi. ego illi⁹ honori. Ille saluti mee. ego ipi⁹ volūtati Ille mihi z nō alteri. qm vna sū colūba ei⁹. ego illi z nō alteri. q⁹ nō audio voces alienoz. Hec Bern. Tertio benignitas ist⁹ pīs apparet q⁹ ē larg⁹ z magnific⁹ erga petentem Joh. xvj. Si q̄d petieritis patrē in noīe meo dabit vob. Et q̄d dat. ps. rñdet. certe graz z gloriā dabit dñs. Et Math. vij. Lu. xj. dr. Si vos cū sitis mali nostis dare bōa data filijs vris. q̄nto magis pr vr dabit spm̄ bonū petētibus se. Hatia largitas dare se ipm. Spūs āt sctūs ē idē cum pre z filio. Dando ergo spm̄ sctm̄ dat se tota trinitas Un̄ p tāta gra z benignitate merito ē laudāda clementia tāti pīs dicēdo Cōfiteor tibi pr̄. Secōm q̄d debz movere hoiez ad gratiarū deo faciendā est collatio bonorū celestiū. s. bonoz glorie. z h̄ tangit in eo q⁹ xps ꝓfitet p̄r tāq̄ dño celi. Un̄ dic. dñe celi. Sic laudauit eum Dauid q̄ dicebat. Cōfitebor dño fm̄ iusticiā ei⁹ z psallā nomini dñi altissimi. i. ad honorez nois dñi. Lu. ij. Gloria in altissimis dō Et merito laudād⁹ est tāq̄ dñs celi. Ipe ei celū creauit. nō ppt se sz ppt hoies. Nō em̄ indiguit celo tāq̄ loco ꝓtinente. q⁹ ipe manet extra oīa z intra oīa z sup̄ oīa z infra oīa. inquit Hre. sup Ezech. omil. viij. Un̄ ipe p ꝓphaz dicit. Celū z terrā ego impleo. Creauit q̄ celū ppt angelos. z angelos ppt homies. vt dr in ps. Angelis suis mandauit de te. Et ad Hebre. ij. Oēs sūt admīstratorij spūs. ad h̄ vicz vt hoies simul cū angelis i celesti gloria exultēt. ps. Exultabūt sci in gla Merito igit̄ est glorificand⁹ ab hoie q̄ tanta gloriaz fecit ppt hoiez. vt cū secū faceret participē. j. Pe. v. Cū apparuerit princeps pastoz. tūc z vos apparebitis secū i gloria. Gloria aūt illa ꝓsistit in clara notica visionis dei cū pfecta laude. Tunc em̄ videbimus cū sicut ē. j. Joh. iij. Et facie ad faciez vt dicit apostol⁹. Tūc laudabim⁹ creatorē oīm z largitorē bonoz celestiū. Juxta illō ps. In deo laudabimur tota die. Tūc ꝓfitebimur ei in seculū sup oīb⁹ q̄ fecit nobis Tertio q̄d debz movere hoiez ad gratiarū onē deo faciendā. est collatio bonoz naturaliū z fortuitoz. h̄ tāgit in eo q⁹ xps dicat prem̄ suū dñm terre. Sic ei est gloriosus in sanctis suis celestib⁹. vt tñ nō obliuiscat pauperū suoz in terris. Un̄ ipe dat escam oīni carni. et in ipm̄ oculi omnū sperāt. vt det illis escā in tpe. Aperiēte ei eo manū suā oīa implent bonitate Ipe multiplicat frumentū z fructū vini z olei. Ipe dat rore celi z pinguedinē terre. Ipe dat panē nr̄m q̄tidianū. z ipe disuadet sollicitudinē superflūa. se sufficientē ponens puisorem. Dat. vj. Nolite sollicīti esse di. q̄d mād⁹ aut q̄d bib⁹ aut q̄ opiemur. Scit em̄ pr̄ vr̄ q̄ his oīb⁹ indigetis. Pro his g̃ z tāt⁹ necessario laudādus z glorificādus est de⁹ Nunquā p hec tpalia q̄ largit̄ sic inceda⁹ vt non amittā⁹ et̄na Sz fuera a mīt⁹ hodie possz de⁹ querere. Si ego sū pr̄ vr̄ vbi ē honor me⁹. z si dñs ego sū vbi est timor me⁹ Ma lachie. iij. Siquidem honorem p honore

t timorē pōmipotentia reḡrit ab homīe. Honorauit boiez in creatiōe triplr. Prio qz fecit eū cū deliberatōe Hen̄. j. Faciam⁹ boiez. Scdo qz fecit eū ad ymaginē suam ibidē. Tertio qz preposuit eū oīby creaturʒ ibidē. Debem⁹ g̃ merito honorē. Timorez aūt dēm⁹ ei. qz est dūs celi t terre. t sic oīm potēs Math. v. Timete eum q̄ pt aniaz t corp⁹ mittē in iehennā. Nō g̃ frēs pigrite/ mur assurgere ad gr̃am reddendā qui no biscū fecit rantā miscōiaz t gr̃am in oīmib⁹ pmissis Jurta illud. Danti mihi gratiam. dabo gl̃az. Un̄ ōr Deut. v. Ipe ē laus tua q̄ fecit hec magl̃ia. Et Dan. iij. ōr. Laudo magnifico t glīfico regē celi dūm tre.

Dixi secundo q⁹ in ꝑbis pre missis inducimur ad deponēdū alas supbie et fugiēdū vanā gloriā q̄ in pharisēis tm̄ repbendit. vt merito ab eis secreta celestia abscōdāt. cū ōr. Abscōdisti hec a sapientib⁹ t prudē tib⁹. Hoc loco nō repbendit sapīa vt ē do/ nū spūssancti. nec prudentia vt est vna ꝑt⁹ de quatuor cardinalib⁹. sed abusio vtriusʒ. Unde licet sapīa sit donū spūssci q̄n eā hō a deo se hīe credit t oprat. vt ōr Jaco. j. Si qs indiget sapīa postulet eā a deo. Et Eccl. j. Oīnis sapīa a dño deo est. tm̄ si hō credit eam hīe a seipso t p meritʒ suis. vel credit hīe eam cū nō habeat. non est donū dei sed viaū spūs maligni. Tales em̄ ar/ guit ꝓpha di. Ue q̄ sapiētes estis in oculis vr̄is. Et apl⁹ Roz. j. Putātes se sapien/ tes. stulti facti sunt. Sic etiā ē t de prudē tia. de q̄ apl⁹ ad Roma. xij. ammonet di. Nolite prudētes esse apud vosmetipsos. Falsa g̃ est sapiētia t prudentia phoz. qui cum dōm sapientie t prudentie cognouis/ sent. nō sic dōm sapientie t prudētie glori/ ficauerūt sed euanuerunt in cogitationi/ bus suis. t obscuratū est insipiēs coz eoz. Dam putantes se sapientes stulti facti sūt vt ōr. Nō g̃ repbendit h sapiētia vt ē virt⁹ aut donū. sed vt elatio mētis t tumoz ani mi q̄ veritatē impedit. t ne sapīe aditū clau dit. Jurta illud Aug⁹. in libro ꝑfessionuz. Tumoz mētis obstaculū est ꝑtaʒ. Pro q̄ sciendū q⁹ sapīa t prudentia que h repbē/ ditur est triplex. Prima est in acquirēdis diuitijs. Scda in gustandis delicijs Ter tia in inferendis malicijs. De pma ōr Ba/ ruch. iij. Filij Agar exq̄sierūt prudentiā q̄ de terra est. Qui argentū thesaurizant. et aurū in q̄ confidunt homines. t nō est finis acq̄sitiōis eoz. nec inuētio opm illoz̄. Et seq̄t. Quid ꝑfuit illis illa prudētia. Exter minati sunt inq̄t t ad inferos descenderūt t alij in locū ipoz surrexerūt. De his etiā prudentib⁹ ōr Luce. xvj. Filij inq̄t huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in gene ratione sua. Suffeciisset si dixisset. ita pru dentes sunt sicut filij lucis. Hūc aūt dicit prudētiores. ad ꝓfusionē vtriq̄ nostraz. qa illi ardētius querūt tpalia q̄z isti etna. Un̄ legit in vitis patrz. q⁹ quidā eps videns quā/ dam mulierē ad seculū se ornantem dixit ingemiscendo. O deo omipotens q̄d facio etq̄ vni⁹ diei ornat⁹ istius mulieris. toti⁹ vite mee ornatū superauit. Quāta em̄ dilige tia q̄nta pigmenta q̄nta ornamēta ista ad/ hibuit vna die vt placeret seculo ad vnaz horā. t ego nihil boz apud me feci vt pla/ cerem deo in mente in perpetuū. timeo ne hāc mihi de⁹ in iudiciū. pducat⁹ sit i testi/ moniū. Scda prudentia t sapīa ꝓsistit in delicijs t voluptatib⁹. t est illoz q̄ sūt sile brutis. quoz sensus est in bonis pascuis eligendis Eccl. xix. Nō est cogitat⁹ bonus prudentia peccatoz. sed cogitat⁹ impij est execratio. qsi dicat execrabilis est et male/ dicta hec prudentia carnis. qz est mortʒ in ductiua. Un̄ ad Roma. viij. ōr. Prudētia carnis mors est. Tertia prudētia cōsistit i inferendis malicijs. que est filioz dyaboli De q̄ ōr Hen̄. iij. Serpens erat callidior. Alia lra hz. prudentior cūctis animātib⁹ terre. Nō exponēs apl⁹ dicit. ij. Coz. xj. Timeo ne sicut serpens Euā seduxit astu cia sua. ita corrūpant sensus vr̄i et excidāt a simplicitate que est i xpo ihu. O pessima prudentia serpentʒ. de q̄ dicit Aug⁹. iij ser. iij. ad heremitas q̄ hz totū venenū i gut/ ture. vt in pmptu possit homiez occidere. Tales fuerunt isti pharisei q̄b ꝓpter xpi merito fuit absconsa. eo q⁹ fuerūt multum astuti in acquirēdis t cōgregandis tpali/ bus. in delicijs t voluptatib⁹. in inferēdis primis molestijs. et malicijs inexcogitabi libus. Ideo quia hec sapientia nō fuit de sursum sed fuit terrena. q̄ntum ad eorum auariciā. animalis q̄ntum ad eoz gulam t lasciuiā. et dyabolica q̄ntum ad odiū. fra/ ternū t excogitatā maliciā. Ideoq̄ meri/ to dicitur de eis. Quia abscōdisti hec a sa/

pientiby. (A) Sed nō sic frēs dēm⁹ eē sapientes ⁊ prudentes ꝫn potius triplicē aliam sapientiā ⁊ prudentiā acquirere debemus. Quarū prima est in expugnanda inimicicia dyaboli. De q̄ Math.x. Estote prudentes sicut serpētes ⁊ simplices sicut columbe. dicit Aug⁹. in ser.xij. ad hemitas Q prudētia serpentis in h̄ marie ꝓsistit. qz dum ledi suspicat totum corp⁹ pro capite exponit. Sic nos libentius debem⁹ exponere corp⁹ nostr̄ oīnib⁹ penalitatib⁹ q̄s xp̄z ꝙ est caput nostr̄ in honore suo aut in preceptis suis offendi ꝑmittam⁹ Juxta illud Dañ.xiij. quod dixit Suzanna. Mel⁹ est mihi incidere in man⁹ hominū q̄s derelinquere legem dei mei. Hoc est dicere. mel⁹ est vt peccem in corpore q̄s in capite. Sic fecit Andreas Petrus Bartholomeus. Sic Agnes Dorothea Katheria Margaretha. Et alij q̄ vt gloriarent ibāt ad tormenta ne fidem ꝑderent xp̄i. Scā prudētia christianor̄ est in dispensanda temporali substantia. De qua dr Luc.xij. Quis putas est seruus prudens et fidelis quez ꝓstituit dñs sup familiā suam. vt det illis cibum in tpe. Quod Crisost. exponit de quolibet christiano. ꝙ ideo accepit a deo terrenā substantiā vt de ea faciat opa pietatis. Jsta est prudētia formice. q̄ colligit in estate vt habeat vñ viuat in byeme. Ad quam Salomon remittēs auarū quemlibet ait Vade inq̄t piger ad formicā ⁊ disce prudētiā. Sed certe multi dedignant prudētiā formice. qz paruū animal exile ⁊ imundum. Quib⁹ offero camelū ꝙ adeo prudens est. vt cū sentiat se h̄e magnā gibbositatem q̄ ꝓhibet eum intrare ostiū dom⁹ curuat genua. Et sic humiliat⁹ ⁊ incuruat⁹ intrat domū. Raro tū diues eū imitat. ꝙ scīs quia domū celestē intrare xp̄r diuitias nō possit nō deponit eas p distributionē elemosynar̄. Hz q̄d deterius est mala malis cumulans more herinacij diuitijs velut pomis se inuoluit. q̄b⁹ grauat⁹ tandē domuz redire nō p̄t. ⁊ sic occidit a venatorib⁹. Et de istis verē est illud Lu.xviij. Facilius ē camelū p foramē acus trāsire q̄s diuitē in regnū celor̄. Ponit aūt h̄ facilius nō ꝓpe nec cōpatiue. sz abusiue. qz ⁊ camelū trānsire p foramē acus ⁊ diuitē intrare i regnuz celor̄ vtrūq̄ est ipossibile. Tū possibilius est camelū trāsire p foramē ac⁹. i. min⁹ difficile ⁊ min⁹ impossibile. qz h̄ p̄t facere deus sine lesione iusticie sue. q̄d nō p̄t facere saluādo diuitē impiū ⁊ imisericordē. Et ideo dicit Herū. Q facilius est camelū trāsire p foramē acus. qz camelus hz vnū pōdus diues duo. vnū ꝓpriarū possessionū ⁊ terrenar̄ diuitiar̄. aliud ꝓpior̄ pcōr̄. Hic ꝙ exponit. facilius. i. min⁹ ipossibile ē camelū trāsire p foramē acus. Tertia prudētia bona xp̄ianor̄ est in pcauēda fallacia. De q̄ dicit apl'us. j. Pe.iij. Estote prudentes ⁊ vigilate. Jsta prudētia pertinet ad ꝓlatos. q̄ debent vigilare ⁊ custodire vigilias noctz sup gregē suū. Qua prudentiā xp̄s docēs apl'is ait. Estote prudētes sicut serpētes. ⁊ simplices sicut colūbe. Nō tractās Augustin⁹ in sermōe ad heremitas p̄dicto ait Duo h̄ ꝓcipiunt. quor̄ vnū sine alio nōvalet. Simplicitas em̄ sine astucia stulticia reputat. Astucia em̄ sine simplicitate. superbia cōprobat. Hoc est tantū dicere. volo vos esse sapientes in bono. simplices autez in malo. vt dicat apl'us. Et exponit Greg. p̄mo moral'. et in pastorali. c.xxv. Sic de bt̄o Job legit q̄ erat vir simplex ⁊ rectus. ac timēs deū. Talis debet esse plat⁹ ⁊ quilibet dñs tempalis. vt in se sit simplex. simpliciter viuendo. Sapiens aūt subditos suos ꝓtegēdo. defendēdo. gubernando. et ꝑ eis vigilādo. Et tm̄ de secūdo. ¶ D

¶ Dixi tertio q̄ in ꝑbis ꝓmissis hortamur ad amplectēdū hūilitatē q̄ ad tm̄ cōmēdat. vt merito xp̄s eā apl'is celestia secreta reuelet. cū dr. Reuelasti ea puul'. Et q̄d mir. sinō magnis nec ambulātib⁹ i mirabilib⁹ sup se. puulis secreta celestia reuelat. cū ipe dñs omniū nō in forma magni sz i forma paruuli huic mūdo apparere dignat⁹ ē Juxta illud Isa.ix. Paruulus nat⁹ est nob. Recte igit̄ ordo ymo ꝙa et sūma cōtas ⁊ iusticia. vt puulus dñs puulos hēat discipl'os q̄b⁹ secreta suor̄ misteriorū reueler. Circa q̄d sciendū q̄ veri discipuli xp̄i q̄ volūt esse dona ⁊ secreta celestia ⁊ q̄cūq̄s grāz dona. debēt eē instar puulor̄ hūiles. mitie in q̄tuor ꝓtib⁹. Prio em̄ puul⁹ est pur⁹ ab oī imū dicia. qz de talib⁹ scribit. Ꝑv sunt qui cū mulieribus nō sūt coinq̄nati. Apocalip⁸ Sic q̄libet hō ⁊ mitie penitēs dz esse purus Isa.j. Lauami et mū di estote. Debet aūt esse pur⁹ ⁊ mūdus. Prio in cogitatōe

Jaco.iiij. Emundate manus vestras pec catores. purificate corda vñ duplices aio Scdo in locutõe Job. xxviij. Sententiaz puram labia mea loquent. ꝓuerbiorum xv. Sermo purus pulcerrim⁹ firmabitur ab illo. Tertio in opatiõe. j. Thimo. ij. Uiros volo in oñi loco orare. leuãtes puras man⁹. i. opationes mũdas hũtes. Secundo subiect⁹ est paruulus parentib⁹ p debitam obedientiã. Nihil em tũc differt a seruo. vt dr Gal. iiij. Sic quilibet seruus xpi dz esse subiectus suo supiori vel plato. vel parẽtib⁹ carnalib⁹ si eos hz. vel spũalibus si illos nõ hz. Uñ. j. Petri. ij. dr. Subiecti estote oñi hũane creature ꝓpter deuz. siue regi q̃i ꝑcellenti. siue ducib⁹ tãq̃ ab eo missis. Hoc non aduertunt hussite hereti. q̃ subtrahunt obedientiã supioribus. nõ regi. nõ ꝓncipi. non epo. nõ cuicũq̃ spũali vl tẽporali dño obedientes. sed ambulantes ĩ vanitate cordis z dissolutõe corꝓis sui iuxta voluntatẽ ꝓpriam. Unde Ephe. v. apl's dicit Subiecti inuicẽ in timore xpi. O cõfusio ipsor xps dñs rer celi z terre subiect⁹ erat parentib⁹. vt dicitur Luce. ij. Et põtificib⁹ q̃uis sceleratissimis. z sacerdotib⁹ iudeor in his que ad deum erãt. z imperatoribus soluendo theloneũ pro se z Petro Math. xvij. et faciendo reddere cesari que sua sũt. Et isti maledicti oñib⁹ se subtrahunt. Tertio paruulus est humilis et superbire nescit. sic quilibet seruus christi Unde Math. xviij. Quicũq̃ humiliauerit se sic paruulus iste. H maior est ĩ regno celor Unde cuilibet penitenti ꝓsulit Jacob. c. iij. Humiliamini in ꝓspectu dei et exaltabit vos. Eccl. iij. Quanto maior es humilia te in omnib⁹. Bene dicit Jacob⁹ in ꝓspectu dei. vt sit humilitas ꝑa nõ ficta vt ex corde ꝓcedat. vbi deus intuet. non vt ypocrite humiliant coram hominib⁹ tm̃. Unde et Salomon ait in omnib⁹. non in vna opatione. sed in omnib⁹. Multi enim sunt q̃ et si volunt videri humiles in vna opatione non tm̃ in alia. Et ideo dicit. humilia te in omnib⁹. scz in potentijs. scientijs diuitijs. et sic de alijs. Quarto est paruulus modice reputatõis. Sic quilibz christian⁹ nõ debet se reputare nec bona sua p aliquo. licet ea alij reputent ꝓ multo. Uñ licet ipe ab alijs exaltatur z laudat. tñ ipse nõ debet exaltare. Hinc est q̃ non est dicendum. q̃ exaltat humiliabit. sed q̃ se exaltat Ubi sunt illi qui de nobilitate se iactant. q̃ de diuitijs. q̃ de elemosynis. q̃ de ieunijs. de longis orationib⁹ z omnia sua reputãt ꝓ maximo. q̃quid fecerint. dixerint. cogitauerint. Cum tm̃ xps in tota vita sua noluit reputari ꝓ aliq̃. Unde de eo dicitur Isa. liij. Nec reputauim⁹ eum. Et Abdie. Ecce paruulum dedi te in gentib⁹. Contemptibilis tu es valde. Quia g̃ erãt pharisei apud se magne reputationis superbi elati. Sicut patet de vno cor Luce. xviij q̃ iactabat se de ieunijs ó decimis z alijs. Ideo ꝓpter cor ꝓgressam ꝓsumptionem z temeritatẽ absconsa sunt eis diuina misteria. iusto dei iudicio. z reuelata sunt discipulis christi tanquã paruulis. i. humilib⁹ et cõtemptibilib⁹. nullius apud se estimatiõis. Nos ergo si volumus vt nobis dominus voluntatem beneplacitor suorum aperiat et manifestet. studeamus esse paruuli z humiles. vt sic ad celestem celsitudinem vna cũ christo peruenire mereamur. Quod nobis tc.

¶ Dominica quinta. III
Sermo. XXXIII

Uenite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. Mathei. xj.

Quoniã vt ait magnus pater Augustin⁹ in libro de libero arbitrio. ostendẽs vnde ꝓuenit homini pctm̃ in hec ꝓba. Uolũtas auersa ab incõmutabili bono. z uersa ad ꝓpriũ bonũ. aut ad exterius aut ad inferius peccat. Et exemplificat dicẽs. Ad ꝓpriũ ꝓuertit cum sue voluntat⁹ vult esse. Ad exterius cum alior opa vel quecunq̃ ad se nõ ptinent cognoscere studet. Ad inferius cum voluptatẽ carnis diligit. Et q̃ dicto colligit q̃ nus est pctm̃ in hoie nisi cũ auertit a deo ad creaturaz. Tũc em efficit mala volũtas. nõ qr malum est q̃ se vertit. puta illa creatura. sz qr uersa ẽ ipa ꝓuersio. Inqt idẽ Aug⁹. in li. xij. de ciui. dei. Quia igit fere oẽs hoies in mũdo auersi sunt a deo salutari suo. z vniuersi post ꝓcupiscentias suas currũt ad malũ absq̃ vllo pauore. vbi g̃uiter laborãtes onerant z multipliciter lassant. vt dr Sapie. v. Lassati inquiunt damnati. sum⁹ in via pditõis. Jõ filius dei vnigenit⁹ descẽdẽs de sinu ꝓris

ad terras. cōpatiendo labori ꝛ oneri pcō/
rū. eos reuocare ad se a tam miserabili ser
mute ꝛ oppressiōe dignat⁹ est. Nō factuꝫ ē
cū eo pdicante ꝓbo suo dulcissimo vocan/
do ad se pariter ꝛ inuitādo cūctos oppres/
sos a dyabolo. dicebat. Venite ad me oēs
q̄ laboratis ꝛ onerati estis ꝛc. In ꝓbis istis
tria describunt. Primo dulcis ammontio
xpi. q̄ oēs ad se ꝓperare inuitat. cū dr Veni
te ad me omēs. Scōo describit tediosa ꝛ
miserabilis afflictio hominū q̄ dyabolus
p pcm eos fatigat. cum dicit. qui labora/
tis ꝛ onerati estis. Tertio promittitur de
siderabilis ꝛ solatiosa ꝓsolatio qua salua/
tor ad se venientes tanquaꝫ suos fideles
seruos consolari se obligat. cum dicitur.
et ego reficiam vos. scilicet cibo eterne fe/
licitatis.

¶ Dixi primo q̄ in ꝓbis ꝓmis/
sis ꝓmo describit dulcis āmonitio xpi q̄ oēs ad se ꝓperare
inuitat. cū dr Venite ad me oēs. Pulchrū
inuitatoriū saluatoris nīri q̄ ad se veīre am
monet. Dicit ār Robert⁹ holgoth sup libꝝ
Sapie. c. ū. q̄ in oīnib⁹ actib⁹ siue bellis si
ue pacis dulcis est āmonitio. ꝛ āmonitio mlt/
tum iuuat. qr fm ꝓba sua totus exercit⁹ re
gulat. Hec ille. Hinc est q̄ sicut Valerius
refert de q̄dā rege q̄ semp dixit suis milti/
bus Venite. Hunc⁹ autez dixit Ite. Sic
rex nr xps volens nos animare ꝛ ammo/
nere. facit inuitatoriū dulcissimū dicens.
Venite ad me omnes. Tria dicit. Primo
ad vitam hortat venite. Scōo terminum
vie ostendit. ad me. Tertio generali sentē/
tia nullū excipit. oīnes. Primo g̃ ad viam
capescendā hortat dicens Venite. scilicet
a statu culpe ad statuz gr̃e. ꝛ a statu gr̃e ad
statū gl̃e. Venite inqt ꝓmo p viā mādato/
rū Matth. xix. Si vis ad vitā ingredi ser
va mādata. Et Matth. xxij. Oīa parata
sunt venite ad nuptias. Et Lu. xiij. Di/
sit seruo suo. dicere inuitat⁹ vt venirent. scz
p viā mādatoꝝ. q̄ est via lata ꝛ patēs. Se/
cūdo venite p viā ꝓsilioꝝ. q̄ est via securioꝛ
ꝛ q̄si semita a latronib⁹ tuta Mat. xix. Si
vis pfect⁹ esse vade ꝛ vēde oīa. Hoc est dicere.
Si nō vis spoliari a dyabolo. nihil habe/
as. Diuitie siq̄dē sunt laque⁹ omnib⁹ ince/
dentib⁹ ad deū. Eo q̄ dicit ap̄ls. Qui vo/
lūt diuites fieri incidūt in tēptatiōes et in
laqueū dyaboli. Hinc ꝓs. ait ꝓquerendo.
In via hac q̄ ambulabā. abscōderunt su/
perbi laqueū mihi. Et seq̄t. Et funes extē
derūt in laqueū. iuxta iter scandalū posue
runt mihi. Scandalū dicit diuitias. quia
multi p eas offendunt. Unde dicit Salo
mō. Beatus diues qui inuent⁹ est sine ma/
cula. ꝛ qui post aurū nō abūt. nec sperauit
in pecunie thesauris. Hoc est dicere. Beatus
q̄ non fuerit scandalisat⁹ in eis. Multi ei
ꝓpter diuitias perierūt. Sicut patet de di
uite Luce. xvj. Et de alio Luce. xij. Qui g̃
omnib⁹ renūciat ꝓpter xpm nō bz q̄ scāda
lisetur aut capiat a dyabolo. Juxta illud.
Cantabit vacuus cor̄ latrone viator. Et
Gregorius dicit. Depredari ō̄siderat qui
thesauꝝ in via publice portat. Et ꝓ sic est
quia pauper semp securi sunt. diuites au
tem nunq̄. Juxta illud Leuitici. Terre/
bit eos sonitus folij volantis. Et Job. xv.
Cum fuerit pax inimicicias suspicantur.
Tertio venite p viam superogationum. q̄
est via splendidioꝝ Matth. xiij. Dñe si tu
es iube me venire ad te sup aquas. ad He
breos. xij. Curramus ad ꝓpositum nobis
certamen. Per viam mandatoꝝ vadit ad
xpm q̄ dat elemosynā de supfluo. Luc. xj.
Date elemosynā et oīa mūda sunt vobis.
Sed p viam consilioꝝ vadit ad christum
q̄ non solum de supfluo sed etiā de necessa
rio eam dat. Sicut illa vidua de qua sal/
uator ait. Oīnes inquit diuites illō quod
supfluū eis erat miserunt in gazophilaciū
hec aūt vidua misit totum victū suū. Per
viam superogatiōis vadit ad xpm q̄ non
solū amico ꝓximo indigēti in casu necessi/
tatis dat. sed etiā inimico ꝓsone sue. extra
casum etiā necessitatis bñficia spūalia vel
corpalia largit. Juxta illud. Si esurierit
inimic⁹ tuus ciba illū. Et illō. Orate p ꝓse
quentib⁹ vos. vt sitis pfecti sic p̄ vr celest⁹
Matth. v. Sed qr parū esset viam scire si
nescireꝫ modus incedēdi p eā. ideo necessa
rius est modus veniēdi. q̄ est triplex. Pri/
mus scz p fidē xpi. Joh. vi. Nemo potest
re post me nisi p̄ me⁹ traxerit eū. scz p fidē
Scōus p amorē bonitatis. Cantiū. Veni
colūba mea in foraminib⁹ petre et cauernis
macerie. Tertius p operaꝝ xpi. Joh. iij.
Qui facit xpitatē venit ad lucē. Et Luc. ix.
Si q̄s venerit post me abneget semetip̄z
et sequatur me. Sed qr parum esset scire
viam ꝛ modum incedendi per eam nisi ci

retur et terminꝰ vie. ideo sequitur. ad me. Pro quo sciendum q̄ quidam veniunt ad christum. quidam post christum. quidam per christum. Ad christum veniūt. vt hic. Venite ad me. scz tanq̄ ad magistrum docentē discipuli. audiēdo fideliter. Et quid doces domine iheſu. Obsecro dic nobis. Et certe respondet ipe illud Isaie. xlviij. Ego dominus deus tuus docens te vtilia. Nō dicat subtilia. vel curiosa. vt phi et alij vani. sed vtilia. Que. Certe illa que describunt Mathei. xxij. vbi querenti quod sit mandatū magnum in lege. Respondēs dicit. Diliges dñm deum tuū ex toto corde tuo. z ex tota aīa tua. et ex tota mēte tua. et primū tuū sic̄ teipz. Ecce doctor vtil'. Doce et adhuc z alia vtilia. vt fiere deū. iuxta illud in ps. Venite filij audite me. timorem dñi docebo vos. Ecce vtilior doctor. quia docet audire. et cum hoc timere. Docet insuper omnē modum seruiendi deo. Prouerbiorum. iij. Audite filij disciplinam patris vestri. Ecce doctor vtilissimus. Quam ergo adhuc scolaz meliorem expectam⁹. aut cur in vanum aurū et argentum in studijs expendim⁹. cum habeamus tam sufficientem et breuem doctrinā ad salutem. et magistrum liberalem et pium sine precio docentem. Hinc Isaias arguens dicit. c. lv. Quare appenditis argentū non in panibꝫ et laborem vestrū non in saturitate. Secundi sunt qui veniunt post christum conuersantē tanq̄ discipuli post pedagogum ipm imitando Math. iij. Venite post me faciam vos fieri piscatores hominū. Terij sunt qui veniūt per christum patientez tāq̄ p oltiū in ipm credēdo. Jo. xiij. Neo potest venire post me ad patrem nisi p me Et Joh. x. Ego sum ostium. Dijs oīibꝫ potest dicere christus. Ego sum via dirigens in cōuersatōne. veritas instruens in predicatione. vita ad vitam eternam inducens in passione. Sed quia adhuc paruz esset viam scire et modum inueniendi. et terminū. si nō essz generalis admissio omniū indifferenter ad xpm. ideo addit oīs Venite inquit ad me oēs. Nō est em̄ acceptio psonaz apud deū. sed in oīi gente q̄ bona agunt placitū est deo. Actu. x. Unde apl's dicit q̄ nō est iudeus neq̄ grec⁹. non est distinctio aliq̄ in eccl'a sz oēs sunt eēles p charitatē xpi. q̄ facit diuersoz cor vnū. et aīaz vnā. Uñ nulla est acceptio nec q̄ntuz ad etatē. qz ita iuuenis sic̄ z senex placz dō. Nec est distinctio q̄ntū ad ꝺditiōez sapie. qz ita sapiens sicut insipiens seu simplex. Nec q̄ntū ad ꝺditiōem diuitiaz. qz ita diues sic̄ paup. Nec q̄ntū ad generis nobilitatē. qz ita seruꝰ sic̄ z dñs. Nec q̄ntū ad cōditionē sexꝰ. qz ita mulier sic̄ vir. Nec q̄ntū ad ꝺditionē quoz cuiq̄ donoz naturaliū fortuitoz vel gratuitoz. qz in fide xpi simil' in vnū diues z paup. Jō dr. Oīes q̄ venite ad aquas. omes venite. nullus remaneat in domo mundi hꝰ. sed oēs exite de domo patris vestri. scz mundi. et de cognatione corporalis voluptatis. et venite ad me Et tantum de primo. ¶ B

¶ Dixi secundo q̄ in ꝟbis premissis describitur tediosa z miserabilis afflictio hoīm q̄ ꝺyabolus p pctīm eos fatigat. cū dicitur Qui laboratis z onerati estis. Certe vez dicit Salomon qz miseros facit pl'os peccatū. Prouer. xiij. Que maior miseria q̄s esse in labore. z cū ꝟ sub onere. Duo q̄ hic dicit de peccatore. Primo qz laborat. Secūdo qz onerat. De labore dr p xpbaz Jere. ix. Ut inique agerēt laborauerūt. Revera sic est q̄ nō est aliq̄d opꝰ seculi in q̄ nō oporteat q̄ntē laborare boiez. Hā i ꝺgregatiōe ꝺseruatiōe z ꝺditōe diuitiaz nō ē nisi labor z afflictio spūs Eccs. j. Vidi oīa que sb sole erāt. z ecce oīa labor z afflictō spūs Sil'r i amore deliciaz z ābitōe honoris pe multum magnus est labor. ita vt dicāt Prob. Lassati sum⁹ in via iniq̄tatis. Hapie. v. Et attēde pl'a circa hunc maledictū laborē q̄ ē cū oīb⁹ pessimis ꝺditōib⁹. Hā labor iste ē durꝰ vilis. tutil'. intermiabil'. Durꝰ est labor iste. qz boiez cū oīb⁹ viribꝫ fatigat eo q̄ oēs potētie tā exteriores q̄s interiores in eo succūb ūt z deficiunt ab opatiōibꝫ suis. et ita fatigant q̄ ad nullus bonū opus valēt pcedere. Uñ demōes significātur p egyptios q̄ durꝫ laboribꝫ affligebāt filios isrl' illudētes eis. Illudūt demōes pctōri ꝓmittētes delectatōz momētaneā. z soluētes cruciatū etnū. vñ Hre. Momētaneus est quod delectat. eternū est quod cruciat. Sufficeret tū si labor eēt durꝰ. sz tū cū ꝟ pulcer z decorꝰ aut honestꝰ. sed ecce labor pctī z etꝰ opus ē vile valde. Uñ de pctōre dr Sapie. xv. Luto vilior est vita eiꝰ. Et

ſe valde ē vile. qz ī die nouissimo q̄libet se
cure noiabit opus suū. vt faber suoz ymo
z roztoz. pctoz aūt nō audebit dicere opus
suū. Si em̄ ap̄lus pbibet ne malū op⁹ no
minet int vos. multo magꝭ coz̄ deo. Ter
tio istud ē op⁹ nō solū durū z vile. sz etiā va
nū z inutile. Si em̄ eēt vile z inhonestū sz
tm̄ vtile. aliq̄d eēt. sz ecce oīno inutile est
Juxta illō Roma. vj. Quē fructū habuistꝭ
tūc in q̄b⁹ nūc erubescitꝭ. Et Luce. v. Per
totā noctē laboz̄tes nihil cepim⁹. Sapie
ij. Vana ē spes eoz z laboz̄es eoz̄ inutiles
z acerbi. vt Boeth⁹li. iij. de ꝓsolatu. ꝑsa. vij.
dicit de voluptatib⁹. Quarto ille moꝛbus
q̄s intollerabiles doloz̄es q̄i q̄ndā fructuz
neq̄ssime fruētū solet afferre comedentib⁹
Vñ Isaias cōpat pctm̄ telis aranee. que
sūt inutiles Isa. lix. Telas aranee texuerūt
Eccl. xvij. O⁹ne op⁹ coz̄ruptibile ī fine de
ficiet. z q̄ opaī illō ibit cū illo. Sic Sam
son moziēdo z puertēdo domū cū inimicꝭ
suis perijt cū illꝭ. Nec solū ē infructuosuz et
dānosum. sz etiā inq̄etū est et gnal⁹. Si em̄
eēt post op⁹ pctī quies aliq̄n z q̄d essz. Sz
ecce labor pctoz interminabil⁹ erit Piere.
xvj. Seruietꝭ dis alienis q̄ nō dabit vob
requiē die ac nocte. Die sz pñtꝭ vite. et no
cte sz mortꝭ. Vñ ps. Laboz̄abit in etnū z
viuet adhuc ī finē. Jō dr Eccl. xviij. Cum
ꝓsumauerit hō tūc incipiet. z cū q̄euerit. i.
q̄escere putauerit opabit. Sic accidit illi
diuiti Lu. xij. q̄ postq̄ laboz̄auit in cōgre
gādis diuitijs. z credidit se q̄escere dictū ē
ei. Stulte hac nocte demōes repetēt aīaz
tuā a te. h̄ est dicere. De laboze isto q̄ labo
rasti ꝓgregādo diuitias venies ad laborē
supplicioz etnoz. Cū gr̄alit sit op⁹ pctī ita
laboziosū ita duz ita vile ita inutile ita dā
nosū ita interminabile. merito ē fugiēdū ab
eo ad xp̄m. sic agricola vel colan⁹ a tirāno
fugit ad mās uetū dn̄m. ℒ De scdo q̄d
dr. Et onerati estꝭ. Sciēdū q̄ pctm̄ est mi
mis gue z tm̄ q̄ nec celū nec tra ip̄m porta
re potuerī. sz subito vt āgel⁹ peccauit pene
trādo celū z trā cecidit ī infernū. Jō d ipo
scribit in ps. O⁹n̄ inimicitates mee supgresse
sūt caput meū. z sic on⁹ gue guate sunt sup
me. Expōit Jnno. Sic on⁹ gue guate sunt
q̄z iugū diaboli nec leue nec suaue ē sz gra
uat. z dic guate sūt sup me. i. guit impsse et
guātes. guit deꝑmētes et manētes sūt sup
me. vñ Job. vij. dr Quare me posuisti ꝛ trū
tibi. z factꝰ sum mihi metip̄i gnis Isa. lxvj
Solue fasciculos deꝑmētes. Sz queret
Jnno. vñ ē q⁹ hō portat tm̄ on⁹ z tū n sētit
Rñdet q̄ iō. q̄z aut ē mortu⁹ aut ebri⁹ vl furi
osus. vñ pctoz ē sic̄ sim ea q̄ nō sētit plota
sibi alligatā q̄diu sedet vl iacet. sz cū vult
surrū ascēdere tūc plota trahit eā q̄ intēdū
cogit cadere. sic pctoz hodie ñ sētit on⁹ pcti
sz cū voluerit ascēdere ī celū tē pctm̄ trahet
eū ī infernū. Job. xxj. In pūcto ad ifernū
descēdēt. Jō ꝓpha āmonet di. Dirrūpā vi
cula eoz. z picā a nob iugū ip̄oz. s. demo
nū. Duo dic. sz vinculū z iugū. q⁹ fm Jn
noc. ista duo sūt in q̄lib⁹ pctō. aut vinculū. i.
amoz cupiditatꝭ. aut iugū timoꝛꝭ. Vinculū
ē amoz male accēdēs q̄ trahimur ad pctm̄
z ad illicita. timoz est iugū male būlās q̄
p̄mimur z ītrahimur ne faciā⁹ vtilia Utrā
q⁹ g abiciēdū ē a nob. Juxta illō apl⁹ He
bre. xij. Deponēteſ oē pōd⁹ z circūstās nos
pctm̄ p patiētiā currā⁹ ad ꝓpositū nob cer
tamē aſpiciētes ī auctorē fidei z ꝓsūmato
rē ih̄m xp̄m. Duo p̄cipit. z fugā mali z ꝓpo
sitū boni. h̄ ē dicere. declinate a malo z facite
bonū. q. d. Reiecto ope diaboli q̄d ē op⁹ gr̄
ue z laboziosū. assumite op⁹ di q̄d ē suaue z
leue. vñ Mādata xp̄i gnia ñ sūt. dr. i. Job
v. Et ꝛe ñ sūt gnia. qz surrū hoiez ferūt nō
deoz sū deꝑmūt. vñ sūt sic ale aīāl. q̄ sz gra
ues sint ī se. tm̄ aues ñ sētiūt eas sibi gnes
sz leues Et sic bacul⁹ q̄ iuuat boiez ad ei
dū. q̄ sz videat in se pōderosus ē m̄ leuis.
Sic est de p̄ceptꝭ dei. iō curram⁹ ad xp̄m
omi excusatōe semota. cū nō hēm⁹ aliquā
occasionē excusādi. vt dictū est.

℣ Dixi tertio q⁹ in vbis ꝑmissis
rāgit desiderabilē
ꝓsolatō q̄ saluator ad seueriētes tāgs suos
fideles seruos ꝓsolari se obligat. z ego re
ficiā vos. Dic h̄ Horra sup isto vbo. q⁹ xp̄s
ꝓmittit ꝓsolari suos triplici cibo. s. doctri
ne. cucharistie. z gl̄e. Et ꝛe maria ꝓsolatio
q̄ maioz neḡt itelligi. cū idudat oēs alias
siue sint fm naīaz. siue fm fortunā siue fm
gr̄az. Si m̄ volū⁹ loq̄ ꝓpe ad lr̄az fm illud
tps q̄ xp̄s loq̄batꝰ vba ista ad discipulos et
alios pctoz̄es. tūc refectio ista accipiēda ē
fm significatōz primā z imediatā ut ēnios
xp̄i. Intēdebat em̄ xp̄s tūc ad se ꝙuersos
recipe p baptismi sacramētū z missionem
spūs sancti. De qua refectōe ꝓuenit̄ psa
dixit ꝓpha in psalmo. xxij. dicens. Super

aqñā refectōis educauit me. aīaz meā conuertit. Dicit Jnno. q̄rē q̄ aq̄ refectōis ibi significat baptismū ad lr̄az. qz ī aq̄ fit. Sz aq̄ refectōis dr duob⁹ modis. qz reficere ē reformare. z reficere ē satiare. Baptism⁹ g̃ reficit. i. reformat sīlitudinē dei. quā dya/bol⁹ deformauerat p̄ p̄cm̄ Jsa. j. Lauami z mū di estote. Glo. lauami aqua baptismi Et Zach. xiij. dr. Erit fons patens domui Dauid in ablutōz p̄cōr̄ z mēstruate. Itē baptism⁹ reficit. i. satiat. qz in baptismo datur spūssanct⁹ q̄ replet et satiat. Q̄ aūt dak spūssanct⁹ ī baptismo hēt Math. iij. Ipe vos baptisabit spū sancto z igni. Q̄ spūssanct⁹ repleat habēt Actu. ij. Repleti sunt oñes spūscō. De hac duplici refectōe habēt Actu. ij. vbi ꝑr⁹ dicit. ꝑnīaz agite. et baptisēt vnusq̄sq̄z in noīe dñi nostri ihu x̄pi in remissionē p̄cōz. z accipietis donū spūssancti. In remissionē p̄cōz. ecce p̄rimū. accipietis. ecce scōum. Sup hanc g̃ aquā refectōis. dicit iustus educauit me sic̄ puer. fidei nutrimēto. q̄ di. recepto sacramēto baptismi q̄ fundamēto. paulatim alia sacramēta recepi q̄ nutriūt aīaz Abacuc. ij. Qui incredulus est nō erit aīa eius recta in semetipo. Just⁹ aūt in fide sua viuet. Ezech. xlvij. Aque descēdebāt ad lat⁹ templi dextrū. et post subiūgit. oñis ania viuens ad quā puenerit torrens iste viuet Et ideo dicit bñ q̄ sup hāc aquā educauit me dñs. Ad q̄d aūt valeat ista refectio statim subdit. animā meā ad se conuertit. vt scz mūdanis opib⁹ nō insudet vel nō intēdat. quo min⁹ ad eū libere possit currere. Sic conuerterat ap̄lm q̄ de se dicebat Hebr. xiij. Nō habem⁹ h̄ manentē ciuitatē. sz futurā inq̄rim⁹. Nec g̃ bona est refectio q̄ ita mentē saciat dulcedine dei in p̄nti vt obliuiscatur delectationē seculi. Phil. iij. Oīnia arbitror vt stercora vt x̄pm lucrifaciā. Si ꝑo volum⁹ loq̄ de refectōe fute gl̄e. tūc nō minus est vez. q̄d x̄ps. pmittēs dicit. z ego reficiā vos. Hāc codē mō refectur̄ se. pmittit vt dictū est p̄mo. qz reficiet electos in etna gl̄a. i. reformabit de miseria ī gl̄iaz. de corruptiōe ī incorruptōez. de imp̄fectōe ad p̄fectionē. de speculo et enigmate ad clarāvisionē. Juxta illud Reformabit corp⁹ būlitatis nr̄e ꝑfiguratū corpi claritatis sue. Phi iij. Hoc āt fiet cū corruptibile h̄ induerit incorruptōez. z mortale h̄ induerit immortalitatē. Et iterū. Cum venerit q̄d p̄fectū est. euacuabit quod ex parte est. Et iter. Videm⁹ nunc p̄ speculū in enigmate tūc aūt facie ad faciē. Ecce refectio. id ē. reformatio p̄fecta. Hēdo ī fuko reficiet. i. satiabit totū hoiez Juxta illud p̄s. Satiabor cum apparuerit gl̄a tua. Vbi dicit Jnnocent⁹ q̄ hec satietas erit in impletione desideriorū p̄fecta. P̄s. Qui replet in bonis desideriū tuū. Quando aūt erit sacietas hec aut vbi. statim dicit. Cum apparuerit gloria tua. scz cuilibet iusto in se et in alijs. j. Joh. iij. Kīmi. nūc filij dei sum⁹. sed nondū apparuit q̄d erim⁹. Cum aūt apparuerit similes ei erimus. Ad quā gloriam nos perducat ih̄s x̄ps Amen.

Dominica septuagesime. I Sermo. XXXIIII.

Simile est regnū

Celoz homini p̄ifamilias Mat. xx. Dominica hodierna diuersimode a diuersis appellat. Nā vulgares nostri vocant eam antiquū carnisp̄riuiū. Eo q̄ ab hac dominica antiqui patres disponebant se ad ieiuniū q̄dragesime. Vnde z nuptiar̄ solēnitates z cārica leticie obmittebant. vt animū suū ad dignos penitētie fructus pagēdos in q̄dragesima assuefacerent. Multa etiā in cibis extūc obmittebāt. qz carnes de cetero nō comedebāt. sz tm̄ ouа et lacticinia. q̄bus vtebantur vsq̄ ad octo dies. Post hoc autē a dñica Exurge. ūmediate sequenti obmisso esu ouorum solū lacte vtebāt vsq̄ ad dñicā Esto mihi. in qua dominica deinceps omnia obmiserūt. Quia ergo in hac dominica carnibus p̄riuabantur. Ideo carnisp̄riuiū antiquorū patrum appellatur. Quē modū adhuc grecoz ecclesia obseruat. Alij autem appellāt hāc dñicaz septuagesimam. vt lr̄ari z spūales. P̄o eo q̄ in ea recolit captiuitas. lxx. annor⁹ q̄b⁹ iudei capti. ducti sunt in babilonē p̄ Nabuchodonosor regē Assiriorū. vt habetur. iiij. Reg. vltimo. Et. j. Esdre. v cap̄. Sub Joachim rege Juda. et postea sub Sedechia eius successore. Vbi filij israhel in maxia tristicia existentes. habitabāt sup flumia babilonis. faciētes tuguria. z suspendentes cytharas z liras suas. q̄b⁹ laudare deū in terra sua ꝑsueuerāt in salicib⁹ et alijs arboribus. Juxta illud ī p̄s.

Sup flumina babilonis illic sedim⁹ ⁊ fle/
uim⁹ dū recordaremur tui syon. id ē. irl'm
In salicibꝫ in medio ei⁹ suspēdim⁹ organa
nr̄a. Quia illic interrogauerūt nos q̄ capti/
uos duxerūt nos ꝟba cācionū. Imnū cā/
tate nob de cāticꝫ syon. i. sic ꝟsueuistꝫ ī ciui/
tate syon. Quibꝫ illi rñderūt. Nūo cātabi/
mus canticū dñi in tra aliena. Spūaliter
āt scrā mr̄ eccl'a sub ista hystoria recolit mi
stice statū deuiatōis sue. q̄ deuiauit p cul/
pā a gr̄a. Hierusalez em̄ interptatur visio
pacꝫ ⁊ significat paradīsuz in q̄ hō debuit
videre deū ī pace ppetua. Habucho dono
sor significat dyabolū q̄ est rex cōfusionis
et̄ne. Qui ꝓpter peccata nr̄a captiuauit nos
in vita pñti. in q̄ circūdederūt nos gemit⁹
mortꝫ ⁊ q̄si dolores inferni. s. frigus. estus.
sitꝫ. fames. lassitudo. egritudo. ⁊ mors ipa.
Scie amaritudo. feror. ⁊ tenebre īteriores
Ut dicit Vuilhelm⁹ in rōnali pre. vs. Cō/
parat aūt vita ista tota. lxx. quia septē eta/
tibꝫ voluit. Octaua em̄ eras est resurgētiū.
Unde sic ante finē. lxx. annor̄ oēs iudei
in terrā suam redierūt. Sic oēs electi añ
finē septime etatis redibūt ad patriā cele/
stem. Obmittim⁹ g̃ cantica leticie ad signi/
ficādū q̄ nō sum⁹ in patria sz ī tra aliena.
Iuxta illud Heb. xiij. Non habem⁹ hīc ma/
nentē ciuitatē. sz futurā inq̄ram⁹. ymo su/
mus in hāc mūdo tāq̄ in graui captiuitate.
vt nō q̄ volum⁹ bona sz que odim⁹ mala fa
ciam⁹. Iuxta illud ap'li. Nō q̄d volo bonū
ago sed q̄d odi malū. Sum⁹ em̄ etiā in ter
ra inimicor̄. q̄ spoliauerūt nos gratuitis
vulnera uerūt in naturalibꝫ bonis. ⁊ abie/
rūt semiuiuo homine relicto. plagꝫ impo/
sitis multꝫ Luce. x. Et ideo possumus bo
die dicere illud Job. xxx. Uersa est ī luctū
cythara nr̄a ⁊ organū nr̄m ī vocē flentium
Nō g̃ ridēt hodie nisi stulti ad īstar illor̄ q̄
flētibꝫ alijs sapiētibꝫ ipi gaudēt ī luctu Cō
tra illō sapiētꝫ Eccī. xxij. Musica ī luctu ī/
portuna narratio. Dic ē q̄ eccl'a ob mittit
hodie cātica oīa āgelica. vt all'a. ⁊ ī tra. ⁊ as
sumit būana. s. laus tibi xp̄e. nō q̄ eāpolle/
ant int̄ se. sz qr̄ ista vor̄ ē hūilitatꝫ ⁊ meror̄.
Ulex. qr̄ tristicia scī mortē opat̄. Jō eccl'a
tpando istū gemitū elector̄ adducit tam ī
epl'a q̄s ī euāgelio tripler remediū ⁊ pmū
Nā remediū est vt sivult plene liberari ab
bis miserijs laboret in vinea dñi pñtꝫ eccl'e
excolēdo diligēt̄ ortulū ꝓscie sue extirpan
do de ea vicia. postea ī stadio vite pñtꝫ cur/
rat p pnīe opa. deinde virilit̄ in agone pu/
gnet ꝺ dyaboli rēptamēta Nō si fecerit tri
plex pmiū hēbit. qr̄ laborāti dabit denar⁹
currēti brauiū. ⁊ pugnāti corona. bīrudi
nis et̄ne. q̄ etiā hīc denar⁹ nuncupat. De q̄
q̄dē denario sic loq̄t euāgeliū. In illo. tp.
i. d. s. p. h. Silē ē regnū celor̄ hōi pūsami/
lias q̄ exijt pmo mane ꝺducere oparios in
vi. s. tē. Sup isto euāgelio expediret aliq̄
dicere. sz qr̄ sine gr̄a. s. iūsta facere ñ possīs
Dicit ei Salomon Eccs. ix. Uerti me ad
aliud. s. ꝓsiderandū. ⁊ vidi. s. itelligēdo. nec
velociū ē cursū. s. q̄ currāt ꝟtuose sine gr̄a
diuia. Ror. ix. Nō ē volēt̄ nec̄ currēt̄. sz
dei miserēt̄. nec fortiū ē bellū. s. victorio/
sū sine gr̄a dī. s. Mach. iij. de celo ē fortitu
do. nec sapiētiū panē. s. doctrie ꝓuer. xxj
Dois ē animū ꝑpare ⁊ dñi gubernare lin
guā. nec doctor̄ diuitias. esse. s. frūctuosas
sine gr̄a Isa. xxxiij. Diuitie salutis sapia ⁊
scia. nec artificū graz. s. ad opandū sine do
Joh. xv. Cū g̃ nihil sine gr̄a xp̄i facere pos
sum⁹ merito recurrā⁹ ad eū. Ipe em̄ ē pcu
rator vinee militatꝫ eccl'e. vt dr̄ in euange/
lio pñti q̄ hz ꝺducere oparios. i. pdicato/
res in op⁹ salutare aīar̄ fidelīū suor̄. De
igit̄ p ipm̄ ꝺducamur in vineā sacre scptu/
re. flozescz doctrine decerpam⁹. ⁊ frūctum
salutꝫ degustem⁹ recurrā⁹ ad ꝟginē gloz
salutātes eam voce amena dī. Aue maria
gr̄a plena. In pñti euāgelio ꝺscribūt tria.
Prio diuīe bonitatꝫ magnitudo. cum dr̄.
Silē ē regnū ce. Scōo oñdit eiusdē libe/
ralis remunerātiōis rectitudo. cū dr̄. Cū
sero factū esset. Tertio arguit būane inu/
dētie ingratitudo. cū cōcludit. Et rndens
vni illorum dixit.

Dixi primo q̄ in pma parte euangelij dēcri
bit dīne boitatꝫ magtudo. cū dr̄ Silē ē re.
ce. Circa q̄d sciēdū q̄ cū xp̄s ī fine scōi an
ni sue pdicatōis pdicasꝫ ꝺceptū diuinū.
auari hīc audiētes deridebāt eū Jō ipe ꝺ
suit tres pabolas. Una ꝺ diuite epulone.
alia ꝺ villico iniqtatꝫ. vt dr̄ Lu. xvj. Tertia
ꝺ istaz ad discipl'os suos docēs p hīc
vita vel p opa miscdie vl' p opa iusticie esse
vinendū. Postq̄ g̃ docuit opa miscdie ege
nis exhibere ī diuite ⁊ villico. hīc iam decē
opa iusticie facere et operari in hoc mūdo
vbi sum⁹ quasi in quadā vinea ī q̄ bonorū

Quicqd enī est in mūdo. aut est ꝯcupiscentia carnis. aut ꝯcupiscētia oculoꝝ. aut vite supbia. ſ. Joh. ij. Ideo tria debent esse remedia satisfactoria ꝗbus placarek diuina offensa. Primo g requirit ieiuniū. Sicut enī videmus ꝙ infirmis nō dak caro grossa aut vinuz inebrians. sed datur eis simplex diera. ſ. panis z aqua. Ita infirmis spiritualiter. z maxime infirmātibꝫ pctō luxurie dandū est ieiuniuz z parcitas cibi. vt in quo peccauerūt puniant. Hab. xi. Unde Apls talibꝫ dicit. Nolite inebriari vino in quo est luxuria Eph. v. z saluatoꝛ Lu. xxi. Attendite inqt ne grauētur corda vra crapulat ebrietate. Sicut aūt videm⁹ ꝙ infirmis de ꝗbus desperak oīa ꝯcedūtur delicata. illis vero de quibꝫ est spes subtrahūtur. Sic facit deus pctōribꝫ. Hā cū eis in pfessione p sacerdotes imponit abstinētiā ciboꝝ delectabiliū. signum dat ꝙ ipe vult eos saluare. Unī Johel. ij. Conuertimini ad me in toto corde vro. in ieiunio z fletu z planctu. Et sequit. Quis scit si ꝯuertatur z ignoscat deus. Sed certe mlti in hac abstinentia decipiunt. nā quidā abstinent a carnibꝫ. Sed tñ ꝑparant eis loco carniū ita delicata. q̄ sunt z difficiliozis ꝑparationis z pcij maioris. Et isti multū errant. Hā fm Aug⁹. in sermone de aduentu. non ē hoc suscipe abstinentiā. sed nutrire luxuriam. Alij sunt ꝙ z si abstinent a carnibꝫ z delicatis piscibꝫ tñ stomachū onerāt vilibꝫ legumibꝫ ita vt ad illicita ptrahātur. vt dic Hiero. in epla ad furiā. Alij sūt ꝙ p abstinentiā carnis ita corpus debilitant ꝙ postea reddūtur inabiles ad bona opa exercenda. z hec est fatuitas. cū non caro extinguenda sit. sed vicia rēmenda. vt dic Hrego. lib. xxx. moral. Sed h quero vtruz illi qui sic ex abstinētia infirmitates incurrūt peccāt mortaliter. Ad qd rñdeo ꝙ fm Augu in glo. sup epla ſ. Thimo. iiij. ca. deus vult sibi seruiri prudēter vt nō nimietate debiles fiant. z postea medicoꝝ suffragia reqrant. Tñ nō obstat hoc ꝙ aliqui se ieiunando debilitāt z i infirmitates incurrūt. nec ꝯtra dei voluntatē faciūt. qz non naturam carnis intendūt debilitare sed lasciuiam. Unī tales fm Horrā sup epla predicam nō peccant. dū tñ debitū modū non excedunt. Q̄ g Hrego. reprobat talē abstinentiā. verū est. si sit icōsiderate facta et si sit nimia. Hinc dicit Apls. Rōnabile sit obsequiū vrm. Rom. xij. Sunt z alij peiōres q̄ licet a cibis abstinent nō tñ a vicijs. sed mens eoꝝ inflata supbia. ira. odio. z sic de alijs. Cōtra quos dicit Hiero. ad Lelantiā. Quid frutis habet vinū nō bibere z ira z odio inebriari. Et tales silēs sūt de monibꝫ quibꝫ cibus abest z culpa adest. vt dicit Hiero. sup Amos. Sc̄o reqrit ad satisfactionē penitētis elemosina. q̄ debek ab oīibꝫ qui auaricia peccauerūt. vt sic il licite ꝯgregata. licite erpēdāt. z de māmona iniqtatis faciant sibi amicos Luc. xvi. Unī Thob. iiij. ōr. Elemosina ab oīi pctō z a morte liberat. z nō patik aīam ire ad tenebras. Sed aduerte ꝙ nō de oīnibꝫ illicite acquisitis facienda est elemosina. sed solum de his q̄ nō tenek quis ad restitutōez. sicut sunt illa q̄ quis lucrat⁹ est dieby festiuis vel ludis. phibitis vel alijs fraudibus vel nimia cupiditate et auaricia habendi ductus. Ubi aūt quis tenek ad restitutionem. nō faciat elemosinā. sed ante oīa restituat male ablata. vt in furto. rapina. vsura z sic de alijs. Sic fecit Zacheus Luc. xix. Si quez inqt defraudaui reddo quadruplum. z dimidiū bonoꝝ meoꝝ do pauperibus. Ecce male acquisita restituit. z de bonis elemosinā fecit. Tertio z vltimo ad satisfactionē reqritur oīo debita. q̄ debek superbis. vanegloriosis. pomposis. curiosis vt sic in spiritu humilitatis z in corde ꝑrito suscipiank ad veniam. Oratio enī vt dicit Damascenus. nō est nisi eleuatio mentis ad deum. Sicut ergo superbus dum fuit in statu elationis erectus erat cōtra deum. Sic modo humiliatus debet prosterni ante deum z eleuari ad placandum deum. Tunc aūt penitens humiliter orat qui seipm ḡa puluis sit humiliter videt. q̄ nihil sibi virtutis tribuit. q̄ bona que agit esse de miscōia ꝓditoꝛ agnoscit. inqt Hrego. in lib. moral. Multū etiaz iuuat puritatem orationis si in omni loco. oīi tempore nos ab actibꝫ temperemus illicitis. si semper ab ociosis sermocinationibꝫ auditum pariter constringamus z linguam castigemus. Ita dicit Beda de templo Salomonis z̄c.

¶ Dominica Oculi. II. Sermo LI.

Sermo LI

Reuertar in domum meam vnde exiui. Lu. xi. Sicut dicit beat⁹ Aug⁹. in q/dam Omelia sup Johem. Jeiunium magnū z generale est abstinere ab iniq̄tatib⁹ z ab illicitis voluptatib⁹ seculi. qđ est perfectum ieiuniū. Un̄ fm ipm. Tunc bene ieiunamus cū ab illicitis abstinem⁹. Hec ille. Vult dicere Aug⁹. q⁹ ad pfectū ieiuniū req̄ritur puritas pfecta mētis ab oīni iniquitate. qz nihil pdest homini ieiunare et orare ac alia religiōis opa facere nisi mēs ab iniq̄tate reuocetur. Dicit Hiero. de cō/se. di. v. Nihil. Ex quib⁹ ptz q⁹ q̄libet nost⁹ maxime ist⁹ sacro tpe abstinendo a cibis. necessario debet abstinere a vicijs. Ille eī bene ieiunat a cibis q̄ z a malicie actibus z a mūdi abstinet ambitiōib⁹. inq̄t Isido. li. ij. de sūmo bono ca. xliij. ꝓpter qđ fm ipm. q̄ a cibis abstinēt z praue agunt demones imitant. quib⁹ esca nō est. z iniq̄tas sp adest. Est ergo ꝓmus effect⁹ hui⁹ sacri ieiunij in nobis. vel saltē debet esse. vt aīa magis abstineat a vicijs z ꝓpria volūtate. vt dic̄ Bern̄. sup Cantica fmone. xxxviij. Sed qz nihil prodest abstinere a malo nisi etiam fiat qđ bonū est. Juxta illud Ps̄. Declina a malo z fac bonū. Et Isa. j. Quiescite querere agere. discite bene facere. Jō post⁹ hō abstinuerit a vicijs. necesse est vt nō ocio torpeat. nec negligētia repescat. sed continue ad queq⁹ bona manū ponat. z cor suū dirigat. Alioquin si ocio resolut⁹ a bono ope desistat. domū ꝑscientie sue facit vacuā in quā diabolus facilter intrat. z multo grauius post dimissaz culpā hoīem vacantē z ocio/sum possidet q̄s ante possidebat. Quib⁹ igit nuper ꝑfessis z nouit⁹ ad deū post ꝓpetras culpas q⁹ersis. timendū est ne si ocio/si inueniant⁹. a demone graui⁹ occupent⁹. et illud qđ olim iudeis ꝓtigit audire mereantur scz verbū durū z amarū thematis. qđ dicit diabol⁹ oīnib⁹ ociosis. Reuertar ī domum meā vnde exiui. Uerbū istud tangit illos q̄ post remissionē pct̄oz. nihil boni faciunt. vel q̄ in grauioza pcta recidiuāt. q̄s diabolus ꝺz grau⁹ possidere. Uterq⁹ ergo ist⁹ cauendū est nob⁹ hodie. ne videlicet z ocio torpeamus z in pctā pristina re/cidiuem⁹. ne maiori nūero demonū possideamur plus q̄ ante. z ħ. ꝓpter ingratitudinem. Et qm̄ vt ait Bern̄. sup Cant. fmone. xliij. Anīa q̄ iam non in carne ambulat sed in spiritu. dom⁹ dei efficitur. ímo templū spūssancti. Juxta illud Apli. Templū dei scm̄ est qđ estis vos. Ideo puidendū est homini. vt si velit effici vera domus et habitatio dei. z repellere a se societatē diaboli. ne ad eam reuertat. ꝑscientiā suā caute z debite disponat maxime ħ sacro tempore. vt eā toto anno habitaculū dei et nō diaboli faciat. Ad qđ quidē tria sunt necessaria q̄ in verbis ꝓmissis sunt ꝑsiderāda. Primo qđem quō dom⁹ cōscientie nr̄e sit fundanda. Secdo quō ornāda. Tertio ad quē vsum seu actuz sit depurāda. Debet igitur dom⁹ ꝑscientie nr̄e habere solidum fundamentū. decens ornamentū. z bonestum actum.

A

Dixi primo q⁹ in verbis ꝓmissis circa domum ꝑscientie ꝑsiderandū est quō sit fundanda vt habeat solidū fundamentū. Debet aūt fundamentū ꝑscientie fundari sup solidaz doctrinā. Sicut dicit saluator Matth. vij. Oīmis q̄ audit verba mea hec z facit ea assimilabitur viro sapienti q̄ edificauit domum suā supra petram. Petra aūt est doctrina xp̄i. qđ petra erat xp̄s. j. Cor. x. Super hanc ergo petrā edificauit ecclesiaz suam z ꝑscientiā cuiuslibet. Est autez ꝑscientia fm Damascenū. lex intellect⁹ nostri. Vel fm magistrū in cōpendio li. ij. ca. lij. est cognitio suūpius. Et ꝑstituitur seu integratur ex tribz. scz ex accusatione ꝓteritoz. peccatoz. ex remurmuratōne ꝑsentiū. z cautela futuroz. Nō ergo quis accusat se de ꝓteritis. remurmurat de ꝑsentib⁹. z futuris cauet. tunc habet integrā ꝑscientiaz. Sed q̄ ista nō possent bene stare nec diu durare nisi haberent aliquod fundamentū. Jō ista oīnia debent fundari in doctrina xp̄i. sti fm quā debent regulari. Summe aūt cauenduz est ne ista domus erronee fabzicata vl nimis larga vel nimis stricta. qz oīne q̄d fit cōtra ꝑscientiā edificat ad ebenam. xxxviij. q. j. Ex bis. z Roma. j. Un̄ sicut dicit Robert⁹ Holgot sup lib. Sap. cap. viij. Conscientia plus obligat q̄s precepta prelati. Sicut habetur expresse de sententia excōmunicationis. Injūctioni. Et omnia excōmunicationis. Injūctioni. Et omnis conscientia siue in p se malis siue in innis differentib⁹ obligatoria ē. Quia in omnib⁹

talib⁹ veniens ꝓtra ꝓscientiã facit cõtra illud qõ credit ꝓtra legẽ esse ⁊ phibituꝝ. Vñ dicat glosa in dicto Canone Ex his. q⁹ omne qõ fit cõtra ꝓscientiã p̃cepti vel phibitionis edificat ad iehennã. Ex quo ꝑz vltrius ꝑm glo. ibidẽ. q⁹ si plus comedã q̃s debeam q̃uis est ꝓtra ꝓscientiã. nõ tñ peccat mortaliter. xxv. di. ꝯ. Criminis. vbi dic̃ Aug⁹. ⁊ sunt verba sua in li. de purgatorio. q⁹ quotiens q̃s accipit plus de cibo aut potu q̃z necesse est. venialiter peccat. qõ glo. intelligit. qñ nõ accipit ex contemptu sed ex casu. ⁊ nõ ad ingurgitatõnẽ. Alias eẽt mortale. iiij. di. Deniq̃z. Et ex his iam patet q⁹ omne qõ fit contra ꝓscientiã. diuersimode obligat ad iehennam. qz qñq̃z venialiter. qñq̃z mortaliter. Si ergo recte debet ista domus fundari. tria sunt illi cauẽda. Primo ne sit nimis larga ⁊ ampla. q̃a talis generat p̃sumptionez. ⁊ sepe dicit malo bonum. sepe etiã saluat damnandũ Secõdo p uidendum est illi ne sit nimis breuis ⁊ stricta. qz talis generat desperationẽ. ⁊ sepe dicit bono malũ. ⁊ damnat cũ hoc saluandũ Sit ergo ꝓscientia talis q⁹ nõ faciat aliq̃d cõtra p̃ceptũ diuinũ nec facere intendat ⁊ sit in tali ꝓposito q⁹ licet faciat aliquid de quo dubitat an sit faciendũ vel non. libenter tamẽ faceret. ⁊ nõ obmitteret illud qõ sciret placitũ deo. Tertio ꝓuidendum est ne hanc domũ fundet quis sup aquas voluptatis. vel sup arenam cupiditatis. qz talia fundamenta nõ sunt solida. Postq̃z enĩ flauerint venti. venerint flumina ⁊ descenderit pluuia. cadet hec domus. Qui non fundat bene ⁊ firme ꝓscientiam suã in doctrina chr̃isti. statim imminente temptatione carnis que intelligit̃ per pluuiam. vel terrene cupiditatis. que p flumen. vel superbie. que p ventũ intelligitur. anihilatur et subuertitur temptationib⁹ succumbendo vt exponit Hozra sup Math. vij. ca.

Dixi secũdo q⁹ in verbis p̃missis circa domum ꝓscientie ꝓsideranduꝝ est quomõ sit ornanda ⁊ decoranda. Sed quia nihil potest ornari nisi ꝓius purgetur. Unde ꝓscientia debet ꝓius purgari postea ornari. Sicut etiã dicit euangeliũ. Inuenit eam scopis mundatã ⁊ ornatã. Ideo ꝓius videndũ est q̃liter ista domus sit purganda. Purgamẽtuꝝ aũt huius dom⁹ est frequẽs confessio. q̃ est q̃si scopa hui⁹ domus. Ad quã toties est ꝓfugiendũ q̃tiens nos aliq̃ p̃aua cõmisisse cognoscimus. De hac scopa ꝺz in ꝑs. lxxvi. Exercitabar ⁊ scopebã spiritũ meũ. s. p ꝓfessionẽ. Exponit Inno. id est purgabã in ꝓfessione ab imundicijs pcõꝝ venialiũ q̃s attrahit spiritus. Vere iste bene domũ suaz seruauit q̃ nihil inuenit nisi venialia que scopebat. De mortalibus enĩ nõ diceret. scopebam. q̃a non scopatur lutũ de cloacis vel fossis sed tenuis puluis de pauimento. Vnõ hic ꝺz. Inuenit domũ suam scopis mũdatã. scz q̃tidianarum ꝓfessionũ ⁊ ornatã virtutib⁹. Nihil aut̃ sic hoiem ad purgandũ ꝓscientiã frequentius excitat. sicut cognitio ꝓpriozũ defectuũ. Sicut enĩ q̃ clarius ⁊ diligenti⁹ et sepius inspicit dom⁹ alicui⁹ angulos. tanto melius purgat eos. Ita qui diligenti⁹ scrutatur defectus ꝓprios eos melius cõfitetur. Et q̃ patet ꝑm Grego. xxv. lib. moral'. Q̃ quanto q̃s minus se videt. tãto minus sibi displicet. Et q̃nto maioris glorie lumen percipit. tanto amplius reꝓbensibilem se cognoscit. Que aut̃ sũt homini cõsideranda ⁊ inspiciẽda circa purgationem ꝓscientie dicit Hugo li. iij. de aĩa. c. ij. Q̃ illa videlicet vt cõsideres vnde venis. quo tendis. quomõ viuis. quid agis. q̃d obmittis. q̃ntum hodie ꝓficis. vel quãtũ deficis. quib⁹ affectib⁹ frequẽtius tangeris. vl' quib⁹ temptationibus a maligno spiritu acrius impugnaris. nec solum attẽdas q̃lis sis. sed etiam q̃lis esse debeas. Hec ille. Sed heu quis nostrũ est q̃ talia diligẽter consideret. qui confessionem suam cum tali consideratione discutiat. qui eam cuz debitis circũstantijs faciat. In confessiõe siquidem peccatoꝝ oportet considerare ꝑm Aug. in li. de pe. vt ꝓsideret q̃litatẽ crimis in loco. in tpe. in pseuerãtia. in varietate p̃sone. ⁊ q̃li b̃ fecerit tẽptatõe ⁊ ip̃i⁹ vicij multiplici executione. de pe. di. v. ꝓsideret. Alis aũt cõfessio alit̃ facta. port⁹ est simulatio ficta ⁊ hypocritica q̃s cõfessio. Vñ Hugo li. ij. de aĩa ca. xv. dicit eã vulpinã cõfessionez ideo. q̃a est ficta. breuis. rara ⁊ tepida. Refert Ouidi⁹ li. viij. methamorphoseos. et Isido. li. xv. ethimo. q⁹ Dedalus fecit q̃ndã domũ cũ varijs vijs ⁊ ita ꝑplexis q⁹ nullus eaz exire potuit sine glomere. ⁊ illa domus vocabatur laborintus. qz maximum

laborē intus habuit. z in illa domo inclu/sit q̄dā monstrū. qō ex vna medietate fuit homo z ex alia fuit bos. ea intentiōe vt in ppetuū ibi pascerek z nunq̄z exiret. Sic sacit diabol⁹ q̄busdā cōsciam ita pplexaz di/uersis modis. nunc timore. nunc pudore. nūc negligētia nūc dilatione. z sic intus occultat monstrū. i. pctm̄ mōstruosuz. vt nullus cōfessor possit intelligere nisi cū maxi/mo labore. Et vere isti sunt mlti fatui. qz p talē cōfessionē volūt abscōdere pctm̄. qō tm̄ deo est notū. Cōtra q̄s dic̄ Aug⁹. super Johem Omel'. xlj. Quocūq̄z fugerit nō fugit seipam mala cōscia. nō est q̄ eat. seq̄tur se. imo nō recedit a se. pctm̄ enī qō facit in/tus est. Si vis a deo fugere ad ipm̄ fuge. nō latendo sed cōfitendo. Cōfiteri potes. latere nō potes. z Jsido. lib. ij. de sūmo bono ca. xxvi. dicit. Q̄ hō omnia poterit fuge/re p̄ter cor suū. Non enī pōt recedere q̄s q̄z a seipo. Ubicūq̄z enī abierit reatus sui cō scientia illū nō derelinquit. Quānis enim humana iudicia subterfugiat ois q̄ male agit. iudiciū tm̄ pscientie sue effugere non pōt. Hā si alijs celat q̄d agit. sibi tm̄ celare nō potest. q̄ plene nouit malū quod gessit. Hec ille. ¶ L) Sed hic occurrit dubiū Quare videlicet hoies hodie nō discutiūt bene p̄riam pscīam. nec p̄rios psiderant defectus. Ad qō rndeo. q̄ h̄ est ideo. qz pl⁹ aliena facta ponderāt q̄z p̄ria. Juxta illud Math̄. vij. Quid vides festucaz in oculo fratris tui. trabē aūt in oculo tuo nō considerasti. Unī Prosper in li. ij. de vita ptem/platiua dicit. Tamdiu q̄s pctā sua q̄ nosse z flere deberet ignorat q̄diu psiderat alie/na. Q̄ si mores suos ad seipm conuersus aspiciat nō requirit qō in alijs reprehendat. sed quod in seipo lugeat. Et ideo Marci xij. dr. Videte vosmetipos. Quare autez hoies facil⁹ alieā dūdicāt q̄z p̄ria dic̄ Basilius in Exameron lib. iij. Q̄ ideo difficile est cognoscere seipm. quia sicut oculus oīa alia a se pspicit. se autē non videt. sic dicit esse z de conscientia. que acute aliena delicta ptemplans. tardior est erga suorū cognitionē pctōrū. ¶ Sed adhuc occurrit fortius dubiuz. vnde videlicet puenit ista negligentia p̄rie discussionis z pside/ratio peccati alieni. Rndeo cm Greg. xxxj. libro moza. Q̄ hoc puenit ex supbia z elatione. que cordis oculuz p elationis tenebras extinguit. ex qua vt dicit Crisō. sup Math̄. puenit cōmuniter h̄ q̄ alter alterius culpā cito intelligit. suā autez difficile. Quia homo in causa alteri⁹ tranquillū habet animū. in sua aūt turbatū. Perturbatio aūt cordis nō pmittit hominē psidere quod bonū est. Et ideo dicit Aug. li. iij. de ciuitate dei. Q̄ remotis obstaculis insane opinionis. scelera nuda iudicent. nuda pensent. nuda inspiciant fallacia tegimina z vane laudis glorie auferant z appareant miserie pctōr. Ex q̄bus oībus infero q̄ nullus melius ad cognitionē sui peruenit q̄z qui humiliter de se sentit. Istud patet p beatū Bernā. de. xij. gradibus humilitatis. vbi sic dicit. Humilitas est vtrus q̄ verissima sui cognitione homo sibimetipi vilescit. Et Crisō. in suo policraticon lib. iij. dicit. Qui humilis ē corde. indigniorez se alijs arbitrat. Ex quo dicto patet q̄ p humilitatē facile venit ad sui cognitionez. z ecōuerso. Refert Macrobius li. j. Q̄ apollo cōsultus a quodā que cērvia certior pueniendi ad beatitudinē. Rndit. Si te/ipm cognoueris. Un apud gētiles cōmunis erat opinionis hoc dictuz. Gnotosolitos. i. cognosce teipm. qō dicebant de celo descendisse. put ait Johes policrat⁹ lib. iij. ca. ij. Hec est g̃ prima scientia homis scire seipm. prout dicit Bern⁹. sup Cantica sermone. xxxvj. Que quidē scientia sm ipsuz nō inflat sed humiliat. Unde Aug⁹. li. xiij. de ciuitate dei ca. j. p̄refert eam oībus scientijs. z Jsaac in lib. de diffinitionib⁹ dicit summā philosophiam cognoscere seipm. Postq̄z autē domus pscientie nre p̄ sufficientem discussionē pfessionis fuerit mūdata z purgata. extunc necesse habet ornare decorari. Ornatus aūt iste seu pictura cōsistit in sancritate fructū z iusticia bonorus operū. Juxta illud Pss. Domū tuā dec de/cet sanctitudo. Et Lu. j. In scitate z iustitia cora ipo. seruiam⁹ illi. Hoc ē qō Aplus admonet di. j. Thes. iiij. ca. Sciat vnusq̄sq̄ q̄z vas suū possidere in scificatiōe z bonore. ne. s. in honorē alieq̄ turpitudie vicios. sicut faciūt illi de q̄b⁹ in Pss. Nō cū i bonore eēt nō intellexit. Duo g̃ req̄runt ad ornamētū isti⁹ dom⁹. s. puritas mētis interior. z bonestas conuersatōis exterior. Refert Aug. li. v. 5 Julia. z. ij. retractatōnū. c. xv. q̄ rex q̄da Affrī deformis specie thalamnz suum fe/

cit depingi pulchris imaginibꝫ. vt earuꝫ aspectu vxor sua pareret pulchrã prolẽ. Sicut hõ deberet i mẽoria sua collocare pulchras imagines. i. honestatẽ ꝓuersatiõis z puritatẽ ꝓscientie sctõrꝫ patrũ. vt ipos inspiciendo silr faciat. Nõ cũ fuerit. tũc ꝓscientia nra erit dom⁹ pulcherrima z ornatissima in q̃ libenter recꝛescet qlibet. cũ sit ad inhabitandũ apta. Vñ Sap. viii. Intrans domũ meã ꝓquiescaꝫ cũ illa. s. sapia. z sequtur. Non enĩ habet amaritudinẽ ꝓuersatio illius. nec tediũ ꝓuictus illi⁹. sed letitiã z gaudiũ. Certe sic est q̃ hõ nullibi melius quiescit q̃ in ꝓscia sua bona. Alibi enĩ quiescere nõ põt in bonis exterioꝛibꝫ. quia diuitie honoꝛes. voluptates habẽt amaritudinẽ. z tediũ generãt z fastidiã z satietatẽ. ita q̃ homo illud qõ prius optauit. itex fastidit z remittit. Ideo dicit Rabanus in glo. libꝛi Sapie ca. viii. Ex coꝛpales diuitie coꝛpus grauãt. spũales vero mentẽ releuãt. z tanto magis esuriunt q̃nto magꝫ comedunt. In illis apperit⁹ placet. experientia displiceꝛ. Augent spũales delicie desideriũ. q̃nto magis sumunt auidius amant. Vnde ille. Eandẽ sniam ponit beat⁹ Hre. In tali ergo loco bonũ est q̃escere. Sed q̃ parũ valeret purgatio z ornat⁹ istius dom⁹ nisi bene cooperirek. ideo cooperimẽtũ ei⁹ est honesta exemplaritas ꝓuersatiõis exteꝛioꝛꝫ vt qlibet illud qõ habet interi⁹ in ꝓscia. pferat exteri⁹ in ꝓuersatiõe alioꝛ ad exemplũ Iuxta illud Math. v. Sic luceat lux vra coꝛã hoĩb⁹ vt videãt opera vra bona z glorificent patrẽ vrm q̃ in celis ẽ. Et h̃ est qõ dꝛ Math. x Qõ in aure auditꝫ ꝓdicabitis sup tecta. i. sup honestã ꝓuersationẽ. Sic q̃ patet scõm quõ hec domus ꝓscie nre debet ornari. purgari z operiri ad laudẽ nominis xpi.

D

Dixi tertio q̃ ꝓsiderandũ ẽ circa ꝓmissa in quem vsum domus ꝓsciẽtie nre sit deputãda. vt sic habeat officiũ z acrũ seu opus honestũ in se. Ex quo enĩ est domus purgata. ornata z bene cooperta. nõ licet in ea q̃cq̃ praui aut inhonesti agere. Unde dñs de domo sua eiecit ementes z vendẽtes boues z oues z columbas di. Auferte ista hinc. q̃si dicat. nõ licet talia officia z tales actus in domo tam egregia exercere. Sic est dõ domo ꝓscientie nostre cum sit habitatio spiritussancti. nõ licꝫ in ea aliq̃d aliud exercere q̃ quod ꝓcernit honoꝛẽ spiritussancti z salutem nostrã. Pro quo sciendum q̃ ꝓscientia nostra habet multiplex officiũ honestũ seu actum multiplicẽ nimis vtilẽ. Sicut enĩ in domo bene recta. quattuoꝛ ꝓsone ꝓsueuerũt deputari ad singula coꝛ officia. Nam vna deputat vt accuset oĩes transgressoꝛes in domo inobediẽtes patrifamilias. Secũda deputat vt releuet oĩs defectus q̃bus videnk opprimi in domo habitantes. Tertio vt ꝓseruet oĩes possessiones sub bona custodia. Et quarta vt vlciscatur oĩes iniurias in alterutruꝫ cõmissas. Hic est de domo ꝓscientie nostre. que est accusatrix ꝓpraue transgressionis. releuatrix nostre depꝛessiõis. vindicatrix fracte ꝓfessionis seu ꝓmissionis. Primo igit ꝓscientia est accusatrix ꝓpraue transgressionis. Iuxta illud Roma. ii. Testimonium reddente illis ꝓscientia ipoꝛ. z inter se inuicẽ cogitationũ accusantiũ. Istũ accusatorẽ maxime debem⁹ timere. Nam vt dicit Seneca in libꝛo de moribꝫ. Nullũ ꝓsciuꝫ petoꝛũ tuoꝛ timueris magis q̃ teipm. Alienũ enĩ pores effugere. te nunq̃. Sicut autẽ caritatiuus accusatoꝛ ꝓmo coꝛrigit ad partẽ. z si nõ emendauerit extunc publice ꝓclamat eum vt dꝛ Math. xviii. Sic ꝓscientia nostra ꝓmo secrete h̃ in ꝓsenti vita nos arguit. z si nõ emendabim⁹ vitã nostram. extunc in generali iudicio ꝓclamabit. Et ideo. j. Coꝛ. xi. Si nosmetipos iudicarem⁹ nõ vtiq̃ iudicaremur. Cũ iudicamur a dño coꝛripimur vt non damnemur. Secũda ꝓscientia est releuatrix nre depꝛessionis. In oĩ enĩ depꝛssione vel turbatione terrena. singularis ꝓsolatio ẽ ꝓscientia nra bona. ii. Coꝛ. j. Glia nra hec ẽ testimoniũ ꝓscie nre. Vñ Ambꝛo. in li. de offic̃ dicit. Bene sibi ꝓscius falsis non debet moueri ꝓuicijs. nec estimare pl⁹ põderis in alieno ꝓuicio q̃ in sue ꝓscie testimonio. Et Grego. sup Ezech. Omel. ix. dicit. Quid ꝓdest si oĩes te laudẽt. z conscia te accusat. aut q̃d obest si oẽs derogẽt z cõscientia te defendit. Propt̃ qõ Aug. scribẽs cuidã manicheo dicit ita. Senti de Augustino q̃cq̃d velis dũmõ sola me cõscia ꝛoculis dei nõ accuset. xi. q. iii. Senti. Unde sicut liber sine accusatiõe esse nõ põt. quez sola que interius iudicat cõscia accusat. sic

liber est quem ꝓscientia defendit. liber etiã int' accusatiões. vt dic' Gre. Nic' qõ Aug. suadens custodire cõscientie innocẽtiã. super Ps. xxxvi. sic ait. Custodi int' innocẽtiam tuã vbi nemo oppꝛimit cãm tuã. pualebit in te falsum testimoniũ. sed apud homines nunqd apud deũ valebit. Vbi causa tua dicẽda est qñ deus iudex erit. ali' testis qꝫ cõscientia nõ erit. inter iustũ iudicez t cõscientiã tuã noli timere nisi causaz tuaz. Dec Aug' ¶ E) Sed ꝫ occurrit dubiũ Exquo enim. vt dictũ est. ꝫ homo nõ debet timere detractiões hoim dũ se sentit in cõscientia innocentẽ. Queritꝫ vtrũ ꝓpter cõscientiã sit ꝓdenda fama. t videt qꝫ sic. ꝗa dicit Grego. ad Constantinũ epm mediolanensem. xi. q. iij. In cũctis q̃ in hac vita aduersa pueniũt sola est sicut nostis oĩnipotentis dei districtio pensanda atqꝫ ad corꝓriũ semp recurrendũ. vt nulli' ibi lingua implicet vel rephendat vbi cõscientia nõ accusat. Dec ille. t glo. ibi dicit. Qꝛpter nullius linguã credat se ꝗs reum. Sed in cõtrariũ est Aug'. xi. q. j. noli. vbi dicit qꝫ nõ solũ nobis est necessaria cõscientia nra pꝛopter nos sꝫ etiã fama ꝓpter ꝓximos. Ad qõ rñdeo ꝶm glo. c. Senti. xi. q. iij. Qꝛ qñ sumus inter tales q̃ parati sunt imitari t nõ rephendere facta nra ne tales corrũpam' exemplo nro. niti debem' vt fama nra luceat corã eis. Sed si sum' inter tales qui parati sunt nos rephendere. tũc sufficit cõscientia. Vñ Matth. xv. xps dixit discipul' Dimite eos. ceci sunt t duces cecoꝝ. ꝫ est qꝫ in isto casu vt dicit Robert' Holgot super lib. Sap̃. ca. viij. Intantũ ꝓponderat bonũ ꝓscientie bono fame qꝫ ꝓ salute ꝓscientie perdi debet bonũ fame cum gaudio vbi necessario alteꝝ oporꝛtet obmittere. vñ Seneca. lxxxiij. epla dicit. Qꝛ nemo plus valet estimare virtutem in hoie qꝫ qui pdidit famã hoim ne ꝓderet ꝓscientiaz. Vult dicere qꝫ ꝓ hoc virtuoso exercendo etiaz ꝓ mediã infamiã est ꝓcedenduz. Hicqꝫ ptz solutio dubij. Tertio ꝓscia est ꝓseruatrix bone possessionis. De q̃ dicit Bern̄. Sanũ vas ꝓscientia t fuandis secretꝫ idoneũ nullis patens insidijs. nullis violẽtijs cedens. vtpote nec manu nec ocul' accessibil' Quicqd in eã posuero. secur' sum. fuabit viuo. restituet defuncto Dec ille. Propter qõ Holgot cõparat eam carte in qua merita nra scripta sunt. ꝓ quaz assecuramur de ꝓmio paradisi. j. Thimo. j. Finis ꝓcepti ẽ caritas de corde puro t ꝓscientia bona. Ecce finis scz premiũ vltimatuz ꝓ ꝓcepto debitum. vñ ꝓscientia est sicut ꝓulegiuz super aliquã hereditatẽ. qõ est bene fuandũ a rineis t vermibꝫ. qõ etiã sepius est reuidendum t purgandũ. Illud fecit Paul' Act. xxiij. Studeo sine offendiculo ꝓsciaz habere ad deũ. Quarto ꝓscientia est vindicatrix fracte ꝓmissionis. Omes siqdẽ ꝓpiani ꝓfessi sunt fidẽ seruare deo et ei' ꝓcepta implere. Ideo q̃riens hoc infringũt. cõscientia nõ solũ accusat sed etiã vindicat mordendo t pungẽdo. iuxta illud ꝓuer. xij. Est q̃ ꝓmittit. t q̃si gladio pungit ꝓscientia. Est qui ꝓmittit t nõ ꝓmpler. Et vere magꝫ pena est remorsus ꝓscie in pctõre qui semper timet penã sibi ꝓ peccato debitaz. nec solũ timet debitã penã sed etiã multo maiorem qꝫ actualiter sibi infert. Iuxta illud Sap̃. xvij. Frequẽter enim ꝓoccupat pꝛsuma redarguente ꝓscientia. t sequit. Semper enim ꝓsumit seua ꝓturbata cõscientia. Vbi dicit Holgot. Qꝛ iniqui sepe ꝓoccupant. i. ꝓconcipiũt pessima. i. maxime penalia eis inferenda. redarguente eos ꝓscientia. que iudicat sibi maiorẽ penam deberi qꝫ actualiter infertur. Viere. ij. Arguet te malicia tua. Unde Aug'. j. ꝓfessionũ dicit Iussisti dñe t sic est vt sit sibi pena inordinatus animꝰ. Et Aug'. in libro de vera innocen. lib. ix. ca. xix. Nulle pene grauiores sunt qꝫ male cõscientie. in qua cũ nõ habet deus. ꝓsolatio nõ inuenit. Est aũt mulcz mirabile qꝫ qñtũcunqꝫ pctõr ab alijs iudicatur t innocens. nihilominꝰ ramẽ cõscientia sua eum mordet t torquet. dignũ supplicio iudicat. Unde dicit Juuenalis lib. v. Qꝛ sic est ꝺ ꝓscientia sic fuit anriquꝰ de iudice. qui cum aliquem iudicare deberet dignum morte. misit in vrnam lapillos nigros. t eos effudit coraz populo. t sicrem ostendit esse ꝓdemnandũ. Quãdo autem debuit hominẽ innocentem liberare. effudit albos lapillos in testimoniũ innocentie. Et hoc dicit Juuenalis. Qꝛ quis aliquis conscius sue malicie euadat iudicium iudicis. ramen a seipso condemnatur. et dignus supplicio iudicatur. Et ideo dic' Seneca in lib. de moribꝫ. Mala ꝓscia sepe tuta ẽ. secura nunqꝫ. Est aũt sciendus

q̄ diuersi diuersas hñt ꝓsciētias. Quidaz eni hñt ꝓscientiā dilatatā. alij infirmā. alij pturbatam seu lesam. alij cauteriatam seu signatā. Dilatatā ꝓsciam hñt illi q̄ nō ponderant nisi grauia pcā. z istoz ꝓscia est sic rethe hñs lata foramina. vbi nō cōprehendunt nisi magni pisces sed parui euadunt. Sic tales nō ponderāt ociosa verba vl' iuramenta vel mēdacia. nisi essent cozā iudice. vel nisi grauiter offenderēt primuz. Apud istos nulla sūt venialia. Mortalia vero raro nisi grossissima. q̄ clamoze pl'i eis innotescunt. Alij hñt ꝓsciam infirmā p oppositū. q̄ nō solum magna sed etiā parua z minima grauit ponderāt. z de nō pctō faciunt pctm. z hec ꝓscia freq̄nter a temptatione diaboli puenit. q̄ sic inducit hoies ad pplexitatē peccādi. Sicut legit de quodā beremita. q̄ omnē feminā videns despiciebat z post eā spuebat. cum tñ femina nō sit malū in se nisi male q̄uersanti. Tales sunt etiā illi q̄ pectere caput in sabbato dicunt esse pctm. z tñ ducere fimū nō dicunt pctm illo die. Alij sunt q̄ hñt ꝓscientiā pturbatā vt sunt illi q̄ pter pcā cōmissa desperant. Cōtra q̄rū ꝓsciam nihil ita efficax est sic meditatio vulneꝝ xp̄i. vt dic̄ Bernū. sup Cantmone. lxiij. Alij sunt q̄ hñt ꝓsciam cauteriatā. vt sunt illi q̄ ponderant parua. sed de magnis nihil curāt sic̄ pharisei fuerūt. colentes culicē. cameluz autem glutiētes. Matth. xxiij. hoc est obseruātes mīma. negligentes maxīa. Sm q̄ exponit Orige. z hi sunt veri hypocrite. vt dic̄ Apl's. j. Thim. iiij. In nouissimis inq̄t diebꝫ exurgēt q̄dā cauteriatā hñtes ꝓscientiā. Cozra. i. cozruptam cū erroze doctrine. q̄s culpe q̄z etiaz ꝓcupiscētie. Isti sunt signati cauterio diaboli. de q̄ Apoc. xiij. Isti oīes hñt ꝓsciam erroneā. z ita domū male fundataz. peius edificatā. z pessime oznatā imo deformatā

F Sed di. vnde. puenit iste erroz cōscientie. Rñdeo q̄ ex octo causis. Primo ex ignozātia. q̄n hō nescit q̄d eligendū sit vel quid declinandū. De hoc dz. ij. Paral'. xx. Cū ignoramus q̄d agere debeam⁹ hoc solum habem⁹ residui vt oculos nr̄os dirigam⁹ ad te. Secūdo ex negligētia. vt cum q̄s negligit ꝓsciam excutere. vel si nescit se expedire z negligit. tunc eni ab alijs querere debet. Tertio ex supbia vt q̄n q̄s n̄ humiliat intellectū suū. vt scz melioribꝫ z sapientioribus se velit credere. Contra q̄s Apl's captiuantes omnē intellectū in obsequiū fidei. Hoc est dicere. q̄ in credēdis plus debet hō ꝓsentire fidei q̄m sibi. z in agēdis pl⁹ alijs q̄m sibi. Quarto ex singularitate q̄ homo sensum sequēs. p̄rium non ꝓformat se alijs. nec sequit vias cōmunes bonoꝝ. Nume. xi. Extrema castroꝝ cōsumpsit ignis. Quinto ex affectu inordinato. q̄ sepe cōscientiā inclinat ad illud qō hō tunc appetit. z sic facit eū a sua rectitudie deuiare. Seneca. Perit oīne iudiciū cū res venerit in affectū. Sexto ex pusillanimitate q̄ quis timet nō timenda sm rectū iudiciū rationis. Isa. xxxv. Pusillanimes ꝓforamini. Septimo ex pplexitate. q̄n se hō credit inter duo pcā positū esse. q̄rū alterū est impossibile declinare. pplexitas tamē nihil est nisi simplicitas in se. pōt tñ aliqs esse pplexus sm quid. scz sm erroneā ꝓsciam. q̄ deposita crit liberat⁹. Octauo ex būlitate z coridis puritate. Vñ Grego. Bonaꝝ mentū est tibi culpas agnoscere vbi minime reperitur. Primis septē modis erroz est reprehensibilis. octauo vero modo est cōmēdabilis. nec erroz dici potest. sed humilis suorum defectuū cognitio. dūmodo nō sit nimia. Preter oīes istas est ꝓscientia bona q̄ est in fide vera z caritate non ficta. De q̄ dicit Hugo lib. ij. de anīa ca. ix. Tranquilla ꝓscientia est q̄ est oīb⁹ dulcis. nulli grauis. vtens ad gr̄am amico z inimico ad patientiā. cunctis ad beniuolentiā. quib⁹ potest ad beneficia. cui nec deus sua pcā imputat. quia nō fecit. nec aliena. q̄ nō approbauit. nec negligentiā. quia non tacuit. nec supbiaz. quia in humilitate p̄manſit. Hec ille. Istam ergo ꝓscientiā studeam⁹ seruare vt in ea quiescentes p gratiā. tandē possimus gaudere p gloriā. Qō nobis z̄c.

Dominica Letare. I.
Sermo LII.

Et puer unus hic. q̄ habet q̄nq̄ panes ordiaceos z duos pisces Joh. vj

Sicut dicit Aug. in li. Soliloquioꝝ c. xij loquēs ad deum in p̄sona totius generis humani in hec verba. Scio domine deus z hoc confiteoꝝ. q̄a vbicūq̄ sum sine te. male est mihi p̄ter te. non solū extra me sz etiā intra me. q̄a oīs copia que nō ē de⁹ me⁹.

mihi est inopia? egestas.? subdit. Exaudi me Exquo'a bonitate tua vnica ? sūma ?pali/ um rerū multiformitas p carnales sensus lapsum nature nr̄e desubstātiauit seu de/ formauit.? dū multa ab vno diuisit. facta est habūdantia laboriosa ? egestas copio/ sa. dū aliud ? aliud seq̄bar ? a nullo imple/ bar. dū te nō amplectebar incōmutabilē ? singularē ? indiuisuz. quē secut? non erro. quē ?secut? nō doleo. quē possidens satiak totū desideriū meū. Hec Aug. Vult dice re Aug. q? sicut fuit de ip̄o sic ante aduētuz x̄pi hūanū genus non potuit in aliq̄ bono creato satiari. Vñ licet habuerit tūc mul/ tiplices delectatiões. in creaturis celestib? terrestrib?. aq̄ticis. ? alias ?solatiões mul/ tipliciter exq̄sitas. om̄es tñ ille nō potue/ runt satiare desideriū gener? hūani donec veniret filius dei. Quia vt dicit ?pha. Desi/ deriū pauper exaudiuit dñs. ? iter in alio Desideriū anie ei? tribuisti ei. nō vtiq̄ de/ sideriū carnis aut ?cupie voluptatis. sed anie ? spūs. Iste g dñs veniēs repleuit de sideriū anie nr̄e. q? satiauit aiam inanez. ? aiam esurientē satiauit bonis. Bonis vti/ q̄ celestib? ? gratuitis. Hoc signare voluit saluato? nr̄ satiādo istā turbā. de q̄ in euā/ gelio. quā q̄dē q̄nq̄ panib? o? deaceis ita p fecte saturauit vt insup. xij. cophini rema/ nerent. significās vtiq̄ q? ip̄e copiose ? ha bundāter oīb? escā anie admīstrat Jaco. j Dat oīb? affluenter. De q̄ quidē satiatōne loquit nr̄m thema. describens panes ? pi/ sces q̄b? x̄ps satiauit turbā illā vnde erāt. q? a quodā puero. de quo o?. Est puer vn? hic q̄ habet ?c. In q̄bus verb̄ describū tur tria hoc sacro tpe cuilibet x̄pifideli necessa/ ria. Primo q̄dē describit innocentie puri/ tas cū o?. Est puer vn? hic. Secō pnie au steritas. cū addit. qui habet q̄nq̄ panes o? deaceos. Tertio cōsolatiōis iocūditas. cū subditur. ? duos pisces. Ista sunt q̄ h̄ tpe maxime peccato?ib? sunt post remissionez pcō?um multū necessaria.

¶ A Dixi primo q? in ?bis premis/ sis describit ino/ centie puritas x̄pifidelib? post remissionez necessaria. Sicut enī dicit Hiero. sc̄a ta bula post naufragiū est pnīa p quā hō re/ uertit ad innocētiā baptismalē. q̄ q? mari me isto sacro tpe oīb? digne penitētib? resti tuta ē. ideo maxie debēt esse cauti ? solliciti ne eis quoq̄ modo auferat. Vñ Ps. āmo/ nens oēs tales q̄b? restituta ē innocentia. dicit. Custodi innocētiā ? vide equitatem. Dicit glo. Custodi innocētiā ne sc̄z error/ queak a te. Juxta illud Apoc. iij. Tene q̄ habes ne alius accipiat coronā tuā. Et vi de equitatē fm Innoc. i. fide ne facias ali/ q̄d nisi equū. Et in his ?bis tanguntur due partes iusticie generalis. q̄b? se hō habz er ga deū debite ? p̄timū. Vñ quo ad deū di cit. Custodi innocentiā. Quo ad p̄timū. et vide equitatē. vt sc̄z nō facias alīs q̄ tibi nō vis fieri. q̄m̄ sunt reliquie boī pacifico id ē. q̄m̄ dñs reliq̄t hec duo. sc̄z innocētiaz ? equitatē q̄si in testamēto pac? Eccl. xliiij. Stratuit ei testamētuz pacis. ? Joh. xiiij. Pacē meā do vobis. In pace aūt ?currit hec duo sc̄z innocētia q̄ nulli noceam?. ? eq̄ tas qua cūctis vt equū est subueniam? Cu stodi g̃ innocentiā. vt nulli malū inferas ? vide equitatē vt oīb? bona facias. q̄ē esse pacificū. Vñ Tull?. Primū fundamētuz iusticie est ne cui noceas. deinde vt cōi vti/ litati deseruias. Istā innocētiā etiā deseri bens idē Ps. ait ps. xxxiij. Diuerte a malo ? fac bonū. inq̄re pacē ? p̄sequere eā. Et po nit hic latius partes iusticie seu innocētie. Primo enī ad puritatē innocētie p̄tinet co hibere manū ab ope malo. iō dicit. diuerte a malo. quia in via hui? vite occurrūt sepe pe?ius ? malū. ? ab vtroq̄ diuertendus est.

¶ Sed diceres q̄re nō dicit por? relinque a malo. Rñ. fm Jnno. q? iō. q? nos sum? de biles. modo vbi nō ē fortitudo. ?silior est dū est. Prouer. xxiij. Vir sapiens fort? ē. ? vir doctus robust? ? validus. q? cum de spositiōe itur ad bellū. ? erit salus vbi mul ta sūt ?silia. Secōo ad puritatē innocētie p tinet promptitudo ad bene agendū. vñ ad dit. Et fac bonū. nō enī sufficit diuertere a malo nisi istud sequatur. sc̄z facere bonū. Hoc debent pensare penitentes hodie. vt nō credāt eis sufficere si iam cauent a ma lo de q̄ penitent. nisi etiaz bonis opib? de/ mosynis et oīb? et ieiunijs intendant. Tertio ad puritatē innocētie req̄rit inqui sitio pacis ad deū ? ad p̄timū. ne si q̄s ini riam fecerit. p̄timo incidat in manus dei. ? ideo addit. inquire pacē. fm Innoc. i. in/ quire quō pacē habeas cū deo ? primo e cū teipo. Rom. xij. Cū oīb? pacem hūere cū in q̄scieris p̄sequere eaz. i. p̄fecte sequere cam

Necessaria enī est diligētia in ingrendo. et ideo dicit nō tm̄ quere sed ingre. i. intente gre. Itē necessaria est pseuerātia in sequendo pacē. z ideo dicit nō tm̄ seqre sed pseqre. i. pseuerāter seqre Matth. x. Qui pseuerauerit vsq; in finez hic saluus erit. Uel dicit ingre. i. interi⁹ gre pacem in cōsciētia. qa exterius nō est nisi bellū z turbatio. Joban. xvi. In mūdo pressurā habebit⁹. i. me aūt pacem. Eccs. j. Vidi cūcta que sub sole erant. z ecce vniuersa vanitas z afflictio spirit⁹. qa cor semp vult ad exteriora vagari. Unde cōquerit Ps̄. Cor meū dereliqt me. z ideo bene addit pseqre eam q̄si fugientem Heb. xij. Pacē seqmini cū oīnibus. Et p̄missis colligit q̄ innocētia xp̄iana cōsistit in trib⁹. scz in abstinētia a malo. Secūdo in exercitatione in bono. Tertio in pseuerātia vtriusq;. Et hec tria reqrunt alia tria. Nā abstinentia a malo requirit bonam voluntatē z rectā que semp ad bonū tendit. z nō flectitur ad malū. Als nō esset recta. Exercitatio in bono reqrit puritatē operationis. vt opus nostrū nō sit pmixtum aliq̄ macula. Perseuerātia vero in vtroq; reqrit cōstantiam. vt homo nūq; recedat a bono. Hec tria tanguntur Ps̄. xvij. vbi dicitur. Et retribuet mihi dn̄s sm̄ iusticiā meam. z sm̄ puritatē manuū mearū retribuet mihi. Quia custodiui vias dn̄i nec ip̄ie gessi a deo meo. Ecce ista tria. Nā bonam voluntatē tangit. cū dicit. Et retribuet mihi dn̄s sm̄ iusticiā meā. Bonā operationem tangit. cū dicit. z sm̄ puritatē manuū mearū. Perseuerantiaz tangit. cū addit. Quia custodiui vias dn̄i. Est g̃ sensus. Retribuet mihi dn̄s sm̄ iusticiā meā. Innoc. exponit. i. sm̄ bonā voluntatē meā. Anselm⁹ dicit. Q iusticia est rectitudo volūtatis p̄opter se seruata Et sm̄ puritatē manuū mearū retribuet mihi. Puritas manuū. i operū. Ubi sciendū q̄ opus dr impurū ratiōe carnalis affectionis Isa. j. Man⁹ vre plene sunt sanguine. Itē cū fit p̄pter mūdi cōpiscentiam Hiere. vi. Ut qd mihi thus de saba affertis. z calamū suauc olentē de terra longinqua. Et etiā cū fit causa inanis gl̄ie Matth. vj. Attendite ne iusticiā vram coram homib⁹ faciatis. vt videamini ab eis. Alioqn mercedē nō habebitis. Un̄ Greg. Uecordia magna est magnum agere z laudi inbiare. qa vnde celum mercari potuit inde numū transitor⁹ q̄ sermonis q̄rit. Ultimo addit de pseuerātia qz custodiui vias dn̄i. Uie dn̄i sunt opa vel viuendi ordines. Itē vie dn̄i sunt p̄cepta z phibitiones p qne itur ad deuz Matth. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mādata dei. Ps̄. Uiam mandator⁹ tuor⁹ cucurri. Et bene dicit. custodiui. nō solū ambulaui. Quia mlte sunt insidie z laquei i his vīs. Ps̄. In via hac q̄ ambulabā absconderūt superbi laqueum mihi. Jō dicit Hiere. vi. State sup vias vr̄as z videte. z interrogate de semitis anti/quis q̄ sit via bona. nec postea impie gessi a deo meo recedēdo Joh. vi. Dn̄e ad quē ibimus. v̄ba vite eterne habes. Aug. in li. p̄fes. Dn̄e si vis vt fugiā a te. da mihi alterū te. vt a te fugiā ad te. a te iusto. ad te misericordē. hec est g̃ puritas quā necesse ē custodire cuilibet penitenti. ℂ B

Dixi secūdo q̄ in v̄bis p̄missis describit penitentie austeritas. cum dr. habet q̄nq; panes ordeaceos. Recte aūt pnia cōparatur panī ordeaceo. Tum qz dura. tum qz aspera. tum qz pungitiua est. Grauis enī videt oīb⁹ incipientib⁹ nōdū assuetis. Un̄ Isa. xxv. Dabit tibi dn̄s panē artū z aquā breuem. Sed certe si hō incipit pensare gravitatē sue culpe z asperitatē iehenne future. dulcescet ei sine dubio iste panis Nāvt dr Prouer. xxvij. Anīa esuriens etiā amarū p dulci sumet. Talis fuit dauid q̄ de se ait Lineruē inqt tanq; panē manducabā. Un̄ aūt. pueniat ista austeritas z prosperitas in pctōre. ita q̄ pnia videt sibi panis nō triticeus sed ordeaceus. videam⁹ breuit. Hic aūt dr in v̄bis thematis. panes isti ordeacei erāt nūero q̄nq;. ad significādū q̄ pnia habet q̄nq; gra impedimēta q̄ amarricant homī pniam. p̄pter q̄ q̄nq; videt pnia eis multū austera z dura. Primū impedimentū ē pudor p̄alandi seu revelandi. Secūm timor recidiuādi. Tertiū ardor delectādi. Quartū torpor p̄stolandi. Et q̄ntū desperatio veniā obtinēdi. Primus igit q̄d facit austeritatē pnie ē pudor p̄alandi seu revelandi pctm̄. Qui obuiat oīb⁹ penitere volētib⁹ z maxīe hypocritis z superbis q̄ volunt apparere hoīb⁹ deforis sani z pulchri. cum tū sint int⁹ fetidi. Pudet enī z p̄fundūtur revelare hoī q̄d soli deo notū ē. Et ꝑ ei suspect⁹ habebor z videbor et q̄si nulli⁹ esti/

mationis reputabor. q̃ tñ pri⁹ videbar bominib⁹ pudicus. castus. sobrius. humilis. z quietus. Ecce quō asper z amar⁹ ē iste panis ꝑmus volenti penitere. Sed certe mirū est q̃ diabolus aufert homi pudorē. cū autē vult penitere tūc ingerit sibi eundez. Unde q̃dā sctūs vidit diabolū in eccl̃ia cum hoīes voluerūt ꝓfiteri discurrere ad quēlibet. z cuilibet volēti in facie insufflari. Et adiurat⁹ q̃d faceret. Rñdit. Reddo q̃d abstuli. Reddo enī eis mō in ꝓfessione pudorem cū volunt ꝓfiteri quē eis abstulerā cū voluerī peccare. Cōtra hunc pudorē ē triplex medicina. Prima. s. ꝓsideratio rōnis naturalis Si enī nō erubuisti facere qō inbonestum z inutile fuit. non debes erubescere ꝓfiteri. qō honestuz z vtile ē. Unō Bern̄. dicit. O insania nimia hoīm. pudet ablui. et nō pudet coinq̃nari. pudet sordes abstergere. z nō pudet ꝓtrahere. Abstergit caliga. z ꝓtemnit ablui aīa. Scōa medicina ē virt⁹ diuine intuitiōis cui nihil celare potes etiā minimā cogitationē. Deb. iij. Omnia nuda et apta sunt oculi ei⁹. Et Boetius. v. de ꝓsola. in fine dicit. Quia agim⁹ ante oculos iudicis cuncta cernētis. Ad q̃d ḡ illi erubescis cōfiteri q̃ hoc nouit anteq̃ factū eēt. Tertia medicina ē reuelatio future ꝓfusiōis Naum. iij. Reuelabo pudēda tua z oñdaz gentib⁹ nuditatē tuā et regnis ignominiā tuā Diere. xx. Cōfundentur vehement⁹ q⁹ nō intellexerūt obꝓbrium sempit⁹nū. qō nūq̃ delebit Sopho. j. Scrutabor hierl'm in lucernis. z visitabo sup viros defixos in fecib⁹ suis. Eccl̃i. iij. Est ꝓfusio adducēs ignominiā. z ē ꝓfusio adducēs gl'iam. Bona ꝓfusio ꝑm Aug⁹. in pñti q̃ hō erubescit h̄ pctā vt in futuro nō erubescat. Sic ḡ ꝓz de ꝑmo pane ordeaceo. Scōs panis ordeace⁹ siue scōm impedimentū agēde pnie qō amaricat hoī penitentiā est timor recidiuādi. z iste multos retrahit. q⁹ q̃daz timent q⁹ nō possint a pctis abstinere. de q̃b⁹ ponunt penitere. vel q̃a nō pñt ferre pniam eis iniunctā. Dicūt ei. Ad q̃d vis penitere hodie cū cras in idem redibis. Cōtra h̄ impedimētū ē triplex remediū. q̃d dulcoꝛat istū panē ordeaceum. Primū ē ꝓsideratio pene pñtis. q⁹ modicitas. Scōm eiusdē leuitas. Tertium tpis mom̄tanea breuitas. Cū ecōuerso intuet future pene magnitudo incōparabil'acerbitas intolerabil'. eternitas interminabilis De q̃b⁹ omib⁹ Mat. xxv. Ite maledicti in ignē eternū. Unde Job. vj. dicit. Qui timet pruinā. i. penā tpalez. irruet sup eū nix magna. Igit̄ alleuiatio z dulcoꝛatio pnie ē re cogitatio futuroꝝ suppliciorꝝ. De q̃b⁹ Isa. xxxiij. Quis poterit habitare cum igne deuoꝛāte. z q⁹ habitabit cū ardoꝛib⁹ sempiternis. Ecce scōs panis ordeaceus. Tertius panis seu tertiū impedimētū agende pnie est ardoꝛ delectandi. q̃ diabolus ꝓsuadet homi di. Recollige hō miser delectationez in q̃ versaris. et vide q⁹ sine ea nō possis ducere vitā tuā. Sed certe ꝓtra h̄ est facile medicina. Recoꝛdari videlicet q⁹ momētanee um ē qō delectat. sz eternū q̃d cruciat. vt dicit Bre. Aliud remediū ē recoꝛdari ꝑbilius q̃d dic̄ Apl's. Omnia possuz i eo q̃ me ꝓfoꝛtat. Nō solum ḡ talē delectationē possibile ē vitare sz etiā qualēcunq⁹ maiorem. Quia vt dic̄ salnatoꝛ. Omnia possibilia sunt credēti. z marie q⁹ nō ꝑmittit de⁹ temptari nos sup id qō possum⁹ sustinere. Quare⁹ panis oꝛdeaceus seu q̃rtū impedimentum agēde pnie ē toꝛpoꝛ pstolandi. q̃ oriē et duplici ꝑsumptiōe. vicz ex ꝑsumptiōe vite p̄ te z final' venie. Vere maxia difficultas et asperitas ist⁹ panis q̃ pctoꝛ sibi blandit vitā longā z largā dei ꝓpiatione. Sz ꝓtra h̄ est remediū illud Aug⁹. Qui tibi veniaz spopondit die crastinā non ꝑmisit. ne tardes ḡ conuerti ad dñm Eccl̃i. v. Quia breues dies hoīs sunt Job. xiij. Quin⁹ panis oꝛdeaceus seu q̃ntū impedimētū agende pnie ē desperatio veniaz obtinēdi. Hāc inducūt tria. Primo ꝓsideratio q̃ntitatis pcti. sicut Cayn Gen̄. iij. Maioꝛ ē iniquitas mea q̃ vt veniā merear. Sz ꝓtra h̄ est passio xp̄i. quā si q⁹ ꝓsideret. nō ꝑt hr̄e tanta pctā q̃ p eius passionē nō possent expiari. vt dicit Bern̄. Quia vt oꝛ in Ps̄. Nō solum sufficiēs. sz copiosa apud deū est redemptio. Scōo desperationē inducit frequens casus recidiuatiōis. Cogitat enī pctoꝛ et desperat. di. Ad q̃d penitebo. cum hodie facā z cras cadā. Sz cōtra h̄ habet remediū q⁹ dulcoꝛat istum panē. illud dictū saluatoꝛis Matth. xviij. Nō dico tibi vsq⁹ septies. sz vsq⁹ septuagies septies. Un̄ xp̄s ē sicut medic⁹ q̃ nouit centies infirmū curare reciduantē. sicut dic̄ Aug. de pe. di. iij. §. Itē q⁹ frequenter. z ca. sequēti. Tertio de-

sperationē inducit ꝓsideratio diuturnitatis. ꝙ quā sibi hō dicit. tantū inueterat⁹ sū in ꝟ pcō z tādiu in eo steti q̄ nunq̄ magis misciam obtinebo. z tō nō ꝓficebo. Hz ꝓtra ꝟ est illud qō dr ī Ps. Misericordia dñi ab eterno z vsq̄ in eternū. sup timētes eū. Et Ezech. xviij. Quacūq̄ hora ingemuerit pcō. de pe. di. iij. Adhuc instāt. Unō Leo papa. Misericordie domini nec mensuras possum⁹ ponere nec tpa diffinire. Ecce q̄z austeri panes ordeacei sunt ista q̄nq̄ impedimēta penitentiū. q̄ tñ si bene masticati fuerint faciles z dulces sunt ad māducandū ex grā diuina. q̄ vnicuiq̄ hodie ꝓsto est Et ideo nulli ē dubitandū q̄ si velit voluntatem apponere. ꝓmiā. oīa erunt sibi facilia q̄ mentiri nō pōt q̄ dixit. Jugū enī meum suaue ē. z onus meū leue. Math. xj.

Dixi tertio q̄ in ꝟbis ꝓmissis describit penitētiū ꝓsolatiōis iocūditas. cum dr. Et duos pisces. Licet nāq̄ penitētib⁹ aliq̄ vident aspera austera z amara ex vna parte. tñ ex alia multa sunt delectabilia z iocūda. q̄ ita faciliant z leuigāt onus pnie q̄ nō videtur homo in aliq̄ grauari. Hūt autē ista duo. scz amor z spes. q̄si duo pisces dulces. Amor enī est piscis ita dulcis q̄ q̄ gustat de eo nō sentit oēs tribulatiōes z amaritudies h⁹ seculi z oēs difficultates pnie. z oīa q̄cūq̄ sibi occurrerint in bonū ꝙuertit. Unū Roma. viij. dr. Scim⁹ q̄m diligentib⁹ deū oīa cooperant in bonū. Et enumerat ibi ap'lus multa genera penaꝝ. passionū z tormētoꝝ que oīa penitēti sunt dulcia. ꝓpter amorez quē hz. Dicit enī ibi. Quis nos separabit a caritate xpi. q. d. nullus. nec aliq̄ tribulatio pnie. eo q̄ sola pcā diuidūt inter nos z deū nr̄m Isa. lix. Quis g̃ separabit nos a caritate dei. An tribulatio. s. corpis afflictio. que fit in pnia. certe nō. q̄z gliscūq̄ sit pena penitentis ipe semp dicit. Si bona suscepimus de manu dñi. mala aūt q̄re nō sustinemus Job. ij. Queritur vltra. An angustia. i. anteras mēris. Sicut susanna dixit. Angustie sunt mihi vndiq̄ Dan. xiij. q. d. non. Nec angustia. i. tristicia poterit nob nocere dūmodo fiducia cor nr̄m habeat ad deum. Unū dr Dan. xiij. Querit vltra. An pscutio. z certe nō. q̄z dauid multas pscutiones passus est a saule. que sibi nihil nocuerunt vt ptz. s. Reg. p totum. Querit vltra. An fames. i. penuria cibi. que iniūgit communiter penitenti. z certe nihil nocebit. q̄z amor dei in homie oīa ista suffert. z p̄ dulcedine interiori nō facit sentire famē. sicut patuit in helia z moyse. q̄ vltra humanam estimationē ieiunauerūt. z tñ ita alacres z leti fuerunt ac si delicatis cibis pascerent Et idē patet de Daniele exp̄sse z socijs ei⁹. q̄ solis leguminib⁹ vtentes z cibos regios spernētes. valde alacres z formosi videbātur. sicut ptz Dan. j. Querit vltra. An nuditas. i. penuria vestiū. z certe itez nihil nocet. Quia iobes portabat vestimētū de pilis camelorz. et tñ fuit maxime cōmendat⁹ Math. xi. Querit vltra. An periculū. z certe nō. q̄z paulus in multis periculis erat. z tñ in oīb⁹ lei⁹ fuit. vt dr. ij. Cor. xi. Querit vltra. An gladius. z certe nō. q̄z multi martyres lapidati sunt. secti sunt. in ore gladij occisi sunt. z tñ oīa vicerūt p fidē z amorez xpi. vt dicit Heb. xi. Propter qō concludit ap'l's Rom. viij. Q̄ in his oīb⁹ positi superam⁹. i. vincim⁹ ꝓpter eū. i. p ꝟtutē z amorem ei⁹ qui dilexit nos. Ecce q̄nta iocūditas ꝓsolationis cuilibet vere penitēti pueniat ex amore dei. quez neq̄ mors neq̄ aliq̄ creatura pōt separare a deo. z p ꝓsequens nulla tribulatio vel sustinēria corpalis vel mentalis pōt esse sibi difficilis vel amara. si vere diliget deum. Quia vt dicit Piero. Amanti nihil ē difficile. Hinc dicit in Ps. Gloriabunt in te oēs qui diligūt nomē tuum. nō dicit. Tristabunt Unū Bern̄. de. xij. gradib⁹ hūilitatis. Q̄ q̄s dulcis et suauis ē cibus caritas. q̄ fessos alleviat. debiles roborat. mestos letificat. iugūq̄ veritatis facit suaue z onus leue. Hec ille. Deus piscis dulcoras austeritatē pnie et leuigans oēs tribulatiōes pūtis vite est spes z certitudo aūtiū diuini in oīb⁹ aduersitatib⁹ ex certa expectatione futuroꝝ gaudioꝝ pueniens. Unū fm mgr̄m sniaꝝ li. iij. Spes ē certa expectatio future beatitudinis ex dī grā z meritis puenies. Quisq̄ g̃ asperitate pnie se grauari sentit. recurrat ad spē z oīa leuia inueniet. oīa dulcia estimabit. Hā sicut amor oīa lenit in hoīe eo q̄ vt dictū est. Amanti nihil est difficile. sic et sperāti. Unū Isa. xl. dicit. Qui sperant in dño mutabunt fortitudinē. assument sibi pennas z volabunt z non deficient. Hinc Bern̄. sup illud Ps. xc. Quoniā tu es dñe

spes mea. dicit. Si seniat mundus. si fremat malignus. si caro concupiscat aduersus spiritū. si exurgat aduersum me plūz. in ℞ ego sperabo in te Isti aūt duo pisces sic se hūt q vnus scz amor capiē in aqua dulci scz caritatis. q dulcor est sup mel ⁊ fauum. Iuxta illud. Spūs meus sup mel dulcis Spes vero capiē in aq amara. eo q nō pt esse sine meritis hūanis. q vrigz cū difficultate ⁊ amaritudine puenīūt. virtus enī est circa difficile. vt dr. j. Ethi. Vñ qui sperare vellet pmiū sine meritis psumptuosus eēt Et ideo iste piscis est ex aq amara. Amor aūt est ex aq oīno dulci. Quia amor n ponderat merita. vt dicit Gre. in omel. de maria magdalena. Audax enī et intrepid⁹ irruit ad pmiā maiestatis. Et bñ isti duo pisces iunguntē. Sicut enī in cōuiuijs magnatoz apponūtur diuersa diuersa. ⁊ nūc pisces recentes ⁊ dulces. nunc vero salliti. vt q nō pōt gustare de istis gustet saltez de illis. Sic in cōuiuio xpi pūtis vite apponūtur ista duo. vt q nō audet accedere auda/cter ad pmiam diuine maiestatis. vtpote pusillus in amore sicut ē incipiēs. saltē speret de dei gra. ⁊ meritis suis q̄libus talibz. ⁊ sic nichilomin⁹ reficiat pane pnie ℞ p gram vt in futuro possit refici pane eterne psolationis p gloriā. Ad quam nos ꝛc.

Dñica Lerare. II. Sermo. LIII.

Et Tullius libro primo de officijs. capitulo tertio. Unde narrat Julius frontin⁹ et etiam Valerius libro quinto. Q Lodrus rex athenienſium conſuluit Appollinem deum ſuum quomodo victoriam de hoſtibus ſuis Peloponenſibus reportaret. accepit reſponſum. vt non aliter niſi ipe moreretur in bello. Quo audito ſe in habitu pauperis inter bellantes miſit. ibiq; occiſus eſt. Sicq; maluit mori dum vincerent ſui q̄z viuere ſuis ſuperatis. Duo enim erant precepta Platonis volentibꝫ prodeſſe reipublice. vt ait Tullius libro primo de officijs. Unum vt vtilitatem ciuium ſic tueank vt quecunq; agāt ad eam referant. obliti comodorū proprioꝝ. Alterum vero. vt totum corpus reipublice curent. nedum partem aliquā tueantur reliquas deſerant. Quod quia antiqui ita fecerunt. ideo paruam rempublicam magnam fecerunt. Sicut ait Carbo. Cuius verba recitat Auguſtin⁹ q̄nto de ciuitate dei. capitulo. xiij. Unde et antiqui iudices nunq; volebant eſſe ditiores in officio iudiciario q̄z ante. Sicut narrat Vegeci⁹ libro octauo de re militari de Aulio regulo. qui adeo pauper fuit q̄ vxorem liberoſ q̄z i agello paruulo collocauit. qui ab vno villico colebatur. Idez narrat Auguſtin⁹ q̄nto de ciuitate dei. capitulo. xviij. de Quintino dictatore qui primus fuit poſt imperatorem q̄ nō plus in dignitate voluit habere q̄z quatuor iugera agri. que pri⁹ ipſe colebat ſuis manibus. Unde Cambiſes rex Perſarum iudicem corruptum muneribus excoriari fecit. z ſuper cutem patris filium collocauit. vt diſceret melius iudicare q̄z pater. Attendant hoc iudices qui ex culpis et penis pauperum volunt ditari. Narrat Auguſtinus vbi ſupra. Q cum quidam iudex romanus compertus eſt habuiſſe decem pondera argenti in vaſis ſuis. ex ſenatu pulſus eſt. Tertio requiritur vt iudices cum deliberatione ſententiam ferant. non precipitanter. Iuxta illud Job. xxix. Cauſam quam neſciebam diligenter inueſtigabam. De quo per Gregorium. xix. libro moraliuꝫ. Ad ferendam inquit ſententiam nequaq; precipites eſſe debemus. ne temere et indiſcuſſa iudicemus. Et ibidem. Maiora crimina tardius credenda ſunt. ſed cum probata fuerint citius ſunt punienda. Exēpla in p̄mpto ſunt q̄nta mala fecit facilis credulitas cōtra aliquē. Ecce Joſeph ad facilem credulitatem Putifari incarceratus eſt. Geneſis. xxxix. Suſanna ſine diſcuſſione debita condemnata eſt. Danielis. xiij. Unde Theodoſius imperator ſtatuit. vt nulla ſententia niſi poſt triginta dies exequeretur. Quod et nūc ſeruat eccleſia ad vnguē. Sicut patet de appellationibus in capitulo Ab eo. libro ſexto. Narrat Pollicratus de athenienſibus iudicibus q̄ in quadam cauſa dilationem fecerunt centum annorum. Cauſa autem erat. q̄ quidam vir cū ſuo filio preuignum ſuū. id eſt. vxoris ſue filium priorem occiderat. Illa vero virū et filium eius occidit viceuerſa. Accuſabatur ergo mulier de duplici homicidio. Illa pietatem maternam quam habuit ad filium allegabat pro quo vlcionem fecerat. Cum ergo dubitarent multi iudices. ad philoſophos anthenienſes cauſa deducta eſt. Quam ipi videntes dubiam. et ſatis pro vtraq; parte ambiguam. centum annis dilationem fecerunt. Non quod poſt illud tempus negocium diffinire vellent. ſed q̄ nullus eorum ſuperuiueret. et ſic negocium indiſcuſſum remaneret. ne pietati preiudicarent. Ecce quanta fuit in antiquis iudicibus maturitas. (L)

Q De tertio quomodo iuſticia debet ornari virtutibus dicit Macrobius ſuper ſomnum Scipionis libro p̄mo. et Bernhardus ſermone. iij. Q iuſticia eſt virtus ſeruans vnicuiq; quod ſnum eſt. De qua veniunt innocentia. amicicia. concordia. pietas. religio. affectus. et humilitas. Innocentia debet eſſe primo in his que iuſticie veritatem adminiſtrant. vt nulli iniuriam faciant. Talis fuit Titus imperator. De quo dicitur q̄ nullum factum recolit in morte quod penitendum eſſet. vno excepto. quod tamen non prodidit. Unde et in morte conqueſtus eſt vitam ſibi eripi immereti. Narrat etiaꝫ Solinus libro p̄mo Q in quadaꝫ inſula rex eligitur. qui eſt ſenex moribus. et clementia inueteratꝰ qui ſine filijs eſt. ne regnum fiat hereditarium. qui ſi in aliquo peccato deprehendatur. morte mulctatur. Item amicicia quā ta fuit in antiquis. Quilibet enim bonus alterius vt proprium procurabat. ſicut q

fert Tullius libro tertio de officijs. Narrat Auicus florus in historia Romanorū Q̄ medicus Pirri regis nocte ad Fabricium venit promittens se Pirrum occisurum veneno si sibi aliquid polliceretur. Quem Fabricius vinctum iussit reduci ad dominū suum. Pirrus autem admiratus dixit. Difficilius ab honestate Fabricius q̄ sol a cursu suo auerti potest. De cōcordia que maxime iusticie vtilis est. vt dicit Augustinus Epistola quinta. Qualis fuerit in antiquis narrat Elegecius libro quarto. Q̄ obsidente Hanibale Cassilinam ciuitatem. tantam inopiam perpessi sūt. vt murem centum denarijs emerent. eiusq̄ venditor fame periret. Quod ideo fecerunt ciues vt fidem Romanis seruassent. et concordiam cum eisdem. Consimile narrat Valerius libro quarto. de vera amicicia et concordia duorū sociorum scilicet Amonis et Phistie. quorum vnus fideiussit pro alio apud Dyonisium cuz certa die et hora statuendum. veniente hora cū ille non rediret. oēs fideiussorez morte damnabant. Et ecce subito redijt ille. De quo admiratus Dyonisius. se in eorum societatem tertium assumi postulauit. De pietate que est cultus veri dei vt dicit Augustinus Epistola. xxxiij. quanta fuit in antiquis dicit Valerius libro primo. Q̄ nō dubitauerunt sacra impijs seruire. et inde se humanarū rerum regimen habere estimantia si diuine potentie fuissent bene et constanter famulata. Unde pari vindicta deorum et parentum violatio expiāda erat. Similiter erat in illis affectus et humilitas etiam erga inferiores. ita q̄ legitur de Trayano sicut refert Helynandus. q̄ cum filius eius equitaret indomitum equum habens. ex cuius pedibus filius cuiusdam vidue fuit interfectus. ei dem vidue sibi conquerenti filium pro filio illius vidue dedit. Hec sunt septem columne que debent sustentare domum iusticie Proverbiorum nono. Sapientia edificauit sibi domum. excidit columnas septem. His enim adornatur veritas iusticie. et sine ipsis iusticia est sordida et vilis infirma et debilis. Unde Augustinus de ciuitate dei libro secundo. capitulo. xx. narrat Ennium poetam dixisse. Moribus antiquis res stat Romana virisq̄. Quasi dicat. Q̄ sine moribus nec viri profuissent reipublice. nec mores sine viris valuissent.

¶ D ¶

Dixi secundo q̄ spiritussanctus est perfectus et vtilis doctor in episcopis et prelatis et viris spiritualibus scilicet predicatoribus. per quos docet veritatem doctrine. His enim dictum est illud Marci vltimo. Euntes in mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. Unde Paulus instruens Thimotheum dicit. Predica verbum. insta oportune importune. argue. obsecra. increpa. Circa quod tria sunt consideranda. Primo quis est ydoneus veritatis doctrine annunciator. Secundo qualis debet esse doctrina veritatis. Tertio quante reuerentie et honestatis debet esse annunciator doctrine veritatis. De primo scilicz quis est ydoneus veritatis doctrine annunciator. patet per Augustinum de Ancona. tertio libro de ecclesiastica potestate. questione. xv. articulo secūdo. dicentem talī esse necessaria septem. Primum est. si per eum veritas fidei non peruertatur. Secundum. si per eum ecclesie mandatum non contemnatur. Tertium est. si per eum peccatum accusatione dignum toto conatu fugiatur. Quartum est. si per eum nouus viuendi ritus non inueniatur. Quintum est. si per eum verbum dei etiam delectabiliter audiatur. Sextum est. si per eum charitas christi non spernatur. Septimum. si per eum de operibus bonis mūdi gloria non queratur. Probationes horum obmitto propter prolixitatem. Cum autem talis fuerit. Extunc vltimo requiritur. vt ab ecclesia ad predicandum veritatem doctrine mittatur. Hoc est contra Hussitas docentes et asserentes cuilibet sacerdoti licere predicare etiam sine licentia superioris. Contra quem errorem sunt multe scripture. Et primo patet de christo. qui cum esset filius dei. habens omnia in potestate sua Johannis. xiij. tamen non prius cepit predicare q̄ de coelo intonans et parte patris diceret. Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacuit.

Et sequitur. Ipsum audite. Luce tertio. et Matth. xvij. Horra super epistolam. ij. Thime. ij. Cōmenda fidelibus qui sunt ydonei et alios docere. dicit. Idonei tri/plici idoneitate. vita. scientia. et facundia. Propter quorum defectum clamat Hie/remias. A. a. a. domine deus. Ecce nescio loqui. Hoc idem patet Isaie. vt dicit Lu/ce quarto. vbi christus probans se missuz a deo. accepto libro Isaie prophete. legit illud quod de eo scriptum erat. lxj. capitl'o in hec verba. Spiritus domini super me eo q' vnxerit me. ad euangelizandum pau peribus misit me. Hec ille. Secūdo idez patet de Johanne baptista qui licet sanc/tificatus in vtero tamen non nisi p missio/nem predicauit Johannis. j. Fuit homo missus a deo. Missionē autem suam quia interior erat probauit auctoritate scriptu/re prophetice que ō eo dicta erat. Ego vox clamātis in deserto. sicut dicit Isaias. nec tamen predicare cepit donec fieret ad euz verbum domini in deserto. vt patet Luc. iij. Vbi dicit Albertus magnus q' p hoc data est sibi auctas predicandi. Tertio idē patet de Paulo. qui cum esset doctor om/nium gentium a deo electus. vt dicit Actu/um nono. tamen non audebat predicare sine licentia Petri. vt dicit Augustinus ad beatum Hieronimum in epistola. Sicut etiaz ipe refert de se ad Gal. scribens. De/inde inquit ascendi hierosolimam et con/tuli euangelium cum Petro ne forte inua cuū currerem aut cucurrissem. Unde Ro manorum. x. dicit. Quomodo predicabūt nisi mittantur. Et sic patet primū. Secū/do videamus qualis debet esse doctrina veritatis. Et patet q' doctrina veritatis debet esse honesta et vtilis et etiaz docilis. Et primo honesta. vt sit honestis verbis. Et quo enim doctrina veritatis est verbū dei. certe cum maxima honestate dicendū est et etiam audiendum. Unde Augusti/nus dicit. j. q. j. Interrogo. q' eadem reue/rentia debet haberi ad verbum dei ne ali/quid de eo inuanum obmittatur quē ha/betur ad corpus christi ne in terram mit/tatur. Secundo debet esse vtilis. Hō em multis sed efficacibus opus est. Inquit Seneca. Tertio debet esse docilis vt gra tanter audiatur. Hoc autem quia non po test predicator habere a se cum sit donum dei. debet multuz orare ad deum. vt deus det verbo suo virtutem. Unde Prouer/biorum. xvj. dicitur. Hominis est prepa/rare animū. domini autem est gubernare linguam. Ante omnia etiam vigilandum est vt doctrina veritatis careat omni adula tione. Nam dicit Chrysostom' sup Mat/theum. Si propter timorem mortis tace re veritatem impium est. propter miseruz ventrem et honoris vani spem. grauioris culpe est. Nemo ergo propter fauorez hu/manū veritatez occultet sciens quia nō est nouū sed antiquum q' libere et sine adula tione veritatem predicantes et gesta pra/ue vite arguentes. gratiam non habebunt apud homines. Inquit Ambrosius sup epistolam primā Corinthior. iiij. Et Hie/ronimus super epistolam ad Gal. quarto dicit. Hec est conditio veritatis vt ei sem per inimicicie consequantur. sicut per adu lationem perniciose inimicie conquirun/tur. (E) De tertio quante reuerentie debent esse annunciatores veritatis dicit apostolus ad Thimotheum. Presbyteri qui bñ presunt duplici honore digni sunt maxime qui laborant in verbo dei. Dicit etiam beatus Gregorius ānto libro Re/gistri sui scribens Mauricio imperatori in hec verba. Non indignetur domin' me us sacerdotibus. sed eis debitam reue/rentiam impendat propter eum cuius ser ui sunt. quia illi quandoq; dij. quandoq; angeli in scripturis appellantur. vt dicitur Exodi. xxij. et Malachie. iij. Unde Con stantinus vt refert tripertita historia libro quinto. Cum in concilio trecenti essent cō gregati et contra se mutuo querelas con/scriptas in libellis sibi obtulissent. omnes libellos igne facto in medio ipsorum com bussit dicens. Non est dignum vt ego ho mo existens deos iudicem. Deus enim deos iudicare debet. Ego enim debeo a vobis iudicari. vos autez a nemine. Et idem imperator legitur dixisse. Si aliquē in clericali habitu turpiter agentem vide/rem. amictu z clamide mea ipsum cooperi rem ne videretur. Et ideo vt dicit Augu/stinus. Iste imperator diu in magna pro/speritate regnauit. libro ānto de ciuitate dei. capl'o. xxv. Idem patet de Theodosio

qui propter maximam obedientiam et reuerentiam quam exhibuit bō Ambrosio diu regnauit z psperabat contra inimicos in oībus. Econtra vero inobediētes ꝓphetis z sacerdotibꝫ semper pessime finierunt Sicut patet de Saul. Unde Ecc̄i.x. dicitur. Sedes ducum superbozū destruxit dominus. et sedere fecit mites pro eis.

¶ F

Dixi tertio q spūssanctus est perfectus z utilis doctor veritatis vite. que necessaria est omnibꝫ hominibus. Nec autē consistit in sanctitate et in iustica coram deo. vt dr Luc.j. Ita vt homo innocenter viuat ad deum z proximū. seruando mandata dei diligēdo deum super omnia z proximū suum sicut seipm. habendo etiā deuotionē ad deum z miscōiam ad proximū. Nec est veritas vite que homini multa bona facit. Nam primo facit placere deo. Juxta illud ps. Cō placui in veritate tua. Et recte. quia misericordiā et veritatē diligit de⁹. Secundo quia talis veritas in quocūq; fuerit. oīa pcellit vt dr.ij. Esdre.iiij. Omes em dicūt z clamant. q magna est veritas et omnibꝫ pualet. Et reuera pualet. Nam tales apud deū multa mirabilia legunt fecisse. vt apostoli et eoz sequaces. quia erant simplices sicut colūbe. Tertio q veritas operatores suos in oībus custodit Ecc̄i.xxvij. Uolatilia ad sibi similia ꝙueniūt. et veritas ad eos qui operantur bonū reuertet. Quarto quia regnū celoz ingredi facit Isa.xxvj Aperite portas z ingredietur gens iusta in eis custodiens veritatē. Quinto ꝺa opus quodlibet meritoriū efficit Isa.lxj. Dabo opus eoz in veritate. Sz pch dolor hodie est verum illud ps. Diminute sunt veritates a filijs hominū. Diminute dicit. quia et veritas insticie et doctrine et vite in omnibus diminuunt. Unde hoīes hodie diuersimode se habēt ad veritatē. Hā quidā eam odio habent. vt hoīes supbi Joh.xv. Odio habuerūt me odio gratis. dixit xps pharisēis de supbis pharisēis. alij vero detrahunt veritati Job.vj. Quare detraxistis sermonibꝫ veritatis. et hoc faciunt inuidi. Alij em captiuam detinēt. vt Romanoz.j. Veritatem in iniusticia detinēt. Alij eam impugnāt. vt necesse sit eā cadere Isa.lix. Corruit in plateis veritas. Alij eam ꝓ vili precio vendunt Prouerb.xxviij. Pro buccella panis deserit veritatē. Sed quicq; sit. i fine veritas triumphabit. z inimicos suos prosternet. et amicos suos liberabit. Joh.viij. Uos cognoscetis veritatem. et veritas liberabit vos scz a culpa. z tandez a pena et miseria pīsenti. deinde dabit gloriam. Quam nobis cōcedat christus qui est via veritas et vita. Amen.

¶ Dominica quarta post pasca. II

¶ Sermo. LXVIII

Cum uenerit paracletus. ille arguet mundū de peccato et ō iudicio z de iusticia Joh.xvj. Inspicientes sane et considerātes totum illud seculi euum quod a mundi exordio vsq; ad christi defluxit aduentum. absq; dubio nihil in eo inuenire poterimus nisi tribulationes et dolores tristicias turbationes et lachrimas. oppressiones iustorum et angustias multiplices et varias. paucos autem vel nullos consolatores aut liberatores ab eisdem. Juxta illud Ecclesiastes.iiij. Uidi calūnias que sub sole geruntur. et lachrymas innocentum. et neminem consolatorem. nec posse resistere eorum violentie cunctorum auxilio destitutos. Prouide clamabāt iusti ad dominum tantis oppressi calamitatibus. tantis afflicti mesticijs ac tantis destituti auxilijs vt mitteret eis consolatorē z propugnatorem. protectorem et liberatorem. Juxta illud Isaie.xix. Et clamabunt ad dominum a facie tribulantis et mittet eis saluatorem et propugnatorē qui liberet eos non solum saluatorem. sed et protectorem postulantes. Hec mirum q sic clamabant cum oppressi fuissent non solum tribulationibus multis sed etiam malis. Psal.lxx. Quantas ostendisti michi tribulationes multas et malas. Multas propter diuersitatem temptationis. eo q dyabolus tūc non solum impellebat ad peccatū sed etiā attrahebat. et malas propter crudelitatez afflictionis. eo q dyabolus dire et crudeliter deseuiebat in sanctos. Unde et tempore christi chananea de filia sua confessa

est. quia male a demonio vexabatur Matthei. xv. Et vere multiplici malo vexabantur antiqui patres tunc Juxta illud. Repleta est malis anima mea. salicz miseriis presentis vite. et vita mea in inferno appropiquauit. vbi timor erat ꝺ̄ varijs supplicijs perpetuo tempore. Videns igitur ꝺ̄s pater affectionem populi sui qui erat in egypto huius mūdi tanq̄ pater misericordiarum. et deus totius consolationis miseretus est in misericordia et miserationibꝫ. et et magna misericordia misit filium suum vnigenitū in saluatorem. ad Thitum. iij. Qui ꝑm suam misericordiam saluos nos fecit. et et miserationibus multis post hoc misit spm̄ sanctū nobis in protectorē et cōsolatorem. qui ꝑm multitudinem doloꝝ nostrorum in corde nostro consolationibꝫ suis letificauit multipliciter animas. nostras. vt dicitur p̄s. lxxxiij. quatinus et si ostēdit nobis tribulationes multas et malas ad tempus. tamen conuersus ad nos iterum oculo pietatis et misericordie consolatus est nos. et de abyssis terre. id ē. de profunditate tristiciarū reduxit nos. Ps. lxx. propter quod idez spūs sanct⁹ paclit⁹ dr id est. consolator. cuius aduentū saluator noster mundo vtilem et necessarium p̄dicens in verbis thematis ostendere dignatus est. dicens. Cum venerit inquit paraclitus. In quibꝫ verbis describitur spūs sanct⁹. Primo vt merentium z deficientiū consolator. quia paraclitus. Secundo vt negligentium et errantiū reprehensor. ꝺa arguet mundum. Tertio ostēditur culparum et negligentiaꝝ quas arguit dignus vltor. quia de peccato. de iusticia. et de iudicio.

¶ a

¶ Dixi primo q̄ primo describitur spūs sanct⁹ vt merentium et deficientium consolator. quia paraclitus. Ipse enim ꝑm Bernbardum sermone. lxxiij. est spiritus bonus. spūs sanctus. spiritus rectus. spirit⁹ dulcis. spūs fortis. infirma roborans. aspera planans. corda purificans. quicquid in ℞ seculo nequaz videtur difficile et angustū leue facit et latum. obprobrium gaudium iudicat. despectionem exaltationem esse persuadet. Dec Bernbardus. Que oīa certe magne sunt hominis consolationes Circa quod notandum q̄ quando nutrix recedit a puero. puer tristatur et ploꝛat. et licet ipa puerum hortetur z moneat q̄ nō ploꝛet nec doleat. puer tamen cum recesserit statim clamat et ploꝛat. quantumcunq̄ cito se rediturā promittat. nec cessat a fletu donec nutrix lac in os suū mittat. Isto modo christus nutricius fuit apostolorū Osee vndecimo. Ego quasi nutricius ephraym. Effraym interpretatur frugifer. et figurat apostolos. qui fruges doctrine seminabant. quibus totus mundus fuit saturatus. Iste ergo nutricius accepit licentiam ab apostolis recedendi in celum. vt dicitur Johannis. xvj. Vado et venio ad vos. et tamen isto non obstante ipsi se a tristicia non poterant continere. vt dicā hic. Sed quia hec locutus sum vobis. scz de meo recessu. tristicia implenit cor vestrum Ideoq̄ christus spm̄ sanctum eis consolatorem promisit mittere tanquam lac dulcissimum Isaie. lx. Lac gentium sugges. et mammilla regum lactaberis Istud lac est dulcissimum super mel Ecclesiastici. xxiij. Spiritus enim meus super mel dulcis. Isto lacte hodie consolatur nos spiritus sanctus et reficit de die in diem mitigando amaritudines huius vite et dulcorando eas. Verūtamen spiritussanctus facit interdum sicut prudens mulier que scies lac non posse durare in propria substātia et dispositiōe naturali quin corrumpatur et resoluatur a caliditate simul et corrumpatur admiscet dulcedini lactis amaritudinem mordicinioꝝ. id est. quorundā bolorum que preseruant lac a putrefactione et condensant illud in caseum solidum. qui dudum durare potest. Isto modo spiritussanctus videns q̄ habens gratiā cuius et consolationem posset de facili extolli et superbire. non estimans se similem esse ceteris. sicut phariseus Luce. xviij. ad incutiendum timorem proponit diuine iusticie equitatem. et ad incutiendum doloꝝ proponit proprie culpe iniquitatem. et sic amaricat sibi consolationes presentis vite et conseruat eam a putredine superbie. Si tamen videt animā multum timentez seueritatem iusticie aut excessiue turbatez de iniquitate proprie culpe. statim ne de-

speret misericordiam proponit propicia/
tionis diuine. per quā erigit ad spem. Sic
mater filio quem interdum acu pungit ta
cit ad os ne nimis lacti insistat. Sed vi/
dens eum nimium flere. finaliter consola/
tur lactando ad plenum ipsum filiū. Sz 4
circa hoc aduertendum quibus datur ista
consolatio. Et certe non datur illis qui h̄
habent consolatiões proprie voluntatis
et temporalis voluptatis. De quibus di/
citur Luce. vj. Ue vobis diuitibus qui
habetis hic consolationem vestram. id est
qui abutimini diuitijs ad voluptatem. vt
exponit Lira. Unde dicit beatus Bern/
hardus. Delicata est nimis diuina conso/
latio et non datur admittentibus alienaz 5
Nec consolatio est vana propter durario/
nis paruitatem. Zacharie decimo. Uane
consolabantur. Nec solum vana sed etiam
onerosa propter fastidiū generationem.
Nam scōm beatum Augustinū. Bonum
temporale dilectum cum non habetur de
sideratur. cum adipiscitur vilescit. Hinc
est q̄ Job omnibus amicis eum in dolo/ 9
re cōsolantibus dixit. Consolatores one/
rosi vos omnes estis. Job sedecimo. Con
solatur ergo spiritussanctus illos qui ni/
hil consolationis habent in mundo. qui
sunt quasi populus eius specialiter elec/
tus. De quibus dicitur Isaie. xlix. Con/
solatus est dominus populum suum. Cō
solatur autem eos scōm diuersos status.
Consolatur nāq̄ primo contemplatiuos
infundendo eis dulcedinem sue cognitio
nis. per quam vident bonum eternum. et
in eo delectātur. De quo dicitur Isaie ān
quagesimo p̄mo. Consolabitur dominus
syon. Syon interpretatur specula. Et si/
gnificat illos qui speculantur et vident de
um per speculum scripture et in enigma/ 2
te fidei. Secundo consolatur sperantes.
resurrectionem corporum expectantes.
Psalmista. Hec me consolata ē in humili
tate mea. Unde de talibus sperantibus
dicitur prima Thessalonicen. iiij. Conso/
lamini inuicem in verbis istis. Et per hoc
infundit deus suis dulcedinem sue dilec/ 3
tionis. Tertio consolatur proficientes
in virtutibus Actuum nono. Ecclesia edi
ficabatur in timore domini et consolatio/
ne spiritussancti replebatur. Quarto con/
solatur lugentes pro peccatis propriis et
alienis. Mathei quinto. Beati qui lugēt.
quoniam ipsi consolabuntur. Isaie sexa/
gesimo p̄mo. Ad annunciandum mansue
tis misit me. vt consolarer omnes lugen/
tes. Quinto consolatur omnes caste viuē/
tes. Job vicesimo nono. Cor vidue con/ 5
solatus sum. Sexto consolatur in libris
sacris legentes et studentes. primi Ma/
chabeorum duodecimo. Habemus sola/
cium libros sanctos. Et Romanorū ān/
decimo. Quecūq̄ scripta sunt ad nostraz
doctrinam scripta sunt. vt per pacientiam
et consolationem scripturarum spem ha/
beamus. Septimo consolatur patientes
acerbitatem presentis tribulationis. secū
da Corinthioz. j. Consolatur nos in om/
ni tribulatione nostra. Item in eodem.
Sicut habūdant in nobis passiones xp̄i
ita per ip̄m xp̄m habundant p̄solationes 8
Octauo cōsolatur būiles in factis suis. ij.
Cor. vij. Deus būiles cōsolatur. Et Ju/
dith. viij. Expectemus humiles consola/
tionem eius. Nono consolatur deū timen
tes. sicut patz de Symeone timorato Lu
ce. ij. qui expectans p̄solationē erat iustus
et timoratus. Decimo p̄solatur pusillani/ 10
mes. id est. illos qui non audent aggredi
difficilia opera virtutū. timentes succum/
bere. Uel penitentiam non audent assu/
mere. timentes non posse perficere. Qui/
bus dicitur Isaie. xxv. Dicite. pusillani/
mes confortamini. et nolite timere. Nec
autem consolatio spiritussancti non est va
na. sicut illa mundana sed plenissima Isa.
vltimo. vt repleamini ab vberibus conso/
lationis vestre. Item non est vilis sed pre
ciosissima. Isaie. lxiij. Oculus non vidit.
Item non est fragilis aut momentanea. sz
durabilis et longissima. Isaie tricesimo
quinto. Letitia sempiterna erit super ca/
pita eorum.

B

Dixi secundo q̄ in verbis p̄missis de/
scribitur spiritussanctus vt negligentium
et errantium reprehensor. cum dicitur. ar
guet mundum. Et merito mundus argu/
endus est tanquam plenus malicia. Nam
sicut dicit. j. Johannis vltimo. Mūdus
totus in maligno positus est. Quicqd est

cm̃ in mũdo aut est concupiscentia carnis aut cõcupiscentia oculor aut superbia vite. j. Joh. ij. Quo ~~g nõ est arguendus~~ q̃ nihil boni in se habet. Vbi notandũ q̃ merito mũdus arguit a spũsancto. qz ipe mũdus cũ suis socijs sc̃z carne z dyabolo ꝓtra nos arguit. Arguit autẽ spũsanct⁹ veraciter et demõstratiue. sz mũdus arguit cũ suis socijs fallaciter z sophistice seu seductiue. Arguit xps p certas demõstratiões. mũdus p rethoricas psuasiões. demon p sophisticas obligatões. caro p insolubiliũ deductiones. Primo arguit xps p spm̃ sanctũ disputando demõstratiue. vt nos doceat et corrigat. Procedũt em̃ sue demõstratões ab inuẽtis ꝓncipijs z notissimis nobis. q̃ de peccatis nr̃is. vñ dr̃ h̃ arguendũ mundũ de peccato. Isti argumẽto nõ est inter nos q̃ sciat respõdere. Quia si dixerim⁹ q̃ pctm̃ nõ habem⁹. nosmetipsos seducim⁹ z ver̃itas in nobis nõ est. j. Joh. j. Vñ Job. ix dr̃. Quãtus ego sum vt respondeã ei. z loquar verbis meis cum eo q̃ etiaz si habuero quippiã iustũ nõ respondebo sed meum iudicẽ deprecabor. Sic rñdit ei mulier deprehensa in adulterio Joh. viij. qñ xps ei geometricas demõstratiões digito ꝓtraxit in terra. Et ideo ꝓfusionẽ z ꝓclusionẽ euasit. dicente sibi xpo. nec ego te condẽnabo. vade et amplius noli peccare. Sic respõdit Dauid ad Nathan. ij. Re. xij. cum eum argueret de adulterio et homicidio. Ille dixit. peccaui dño. Cui statim Nathan dixit Translulit dñs pctm̃ tuũ. nõ est ergo melior rñsio xpo arguẽti nisi hũilis confessio pcr̃z. Hcõ arguit mũdus p rethoricas psuasiones Apoc̃. iij. Suadeo tibi emere a me aurũ ignitũ z probatũ vt locuples fias. z vestimentis albis induaris. Est em̃ psuasio mũdi vt colligas lucreris z vnde/cũq̃ poteris pquiras. z cum diues factus fueris tũc p opera pietatis satisfacies deo ꝓ peccatis tuis. Unde mũdus ꝓmo suadet querere q̃ sunt mundi et postea q̃ sunt dei. Xps vero oppositum Math. vj. Primũ querite regnũ dei et iusticiã ei⁹. Unde sicut rethor per vera exempla suadet. Sic mũdus dicẽs. Hõne Abraham diues fuit Dauid rex magnific⁹. Gregorius elemosinarius et tamen amici dei singulares fcr̃i sunt. Et sic de multis alijs sanctis qui cũ sanctitate diuitias habuerũt. Sed cerne mẽtira est iniquitas sibi. Nam diues epulo ad tormenta rapt⁹ est. et alter diues dilatans horrea sua. animã demonibꝫ rapiẽdus exalauit. Et beatus est diues qui est inuentus sine macula. Semper enim diuitie maculant et inquinant ꝓpter anexas voluptates z alia vicia. Ideo ist̃e rationes mundi nõ debent christianos mouere. quia licet cũ diuitijs xpo bene seruire sit possibile. eo q̃ ẽm Ambro. super Lucam. diuitie sunt electis adiuumenta virtutũ. tamẽ beatus diues qui nõ abijt post aurum. nec sperauit in thesauris pecunie. Quod Salomon ꝓ miraculo cõputat. Ideo securius est viam pauptatis eligere et maioris est perfectionis. ideo respõdeamus mundo illud Actuum. xxvj. In modico suades me christianum fieri. Et queramus ab eo quam securitatem nobis faciet q̃ tamdiu viuemus donec diuites efficiamur. et q̃ tunc bonam habebim⁹ voluntatem ad elemosynas faciendas. Jõo Psalmista bene respondit mundo sic sibi promittenti. Pauciratem dierum meorum nuncia michi. Et numerum dierum meorũ quis est. Refert Marcialis libro Epigramatum. Epigramate. xiij. de quodam rege Romanorũ qui dicebatur Priscus. qui frequenter quesiuit a Marciali tali magistro qualis ipse foret si ipse fieret diues et potens. Cui Marcialis respondit Q̃ vellet ꝓius scire a prefato rege qualis esset ipse et si esset vt leo. Quasi dicendo. Tantando eum et sibi tacite respondendo. q̃ talis ipse esset si fieret diues et potẽs qualis est leo. eo q̃ esset superbus ratione diuitiarum. quia vermis diuitum est superbia. Juxta illud apostoli. Diuitibus huius seculi precipe non sublime sapere. Secundo q̃ etiam esset crudelis ratione potentie quia potentes sequitur crudelitas Juxta illud Jaco. ij. Nonne diuites per potẽtiam opprimũt vos. Interliniar⁹. sc̃z auferendo bona vel ꝓberando pauperes. Unde Marcial⁹ ponit pdictã historiã i his vꝫ Sepe rogare soles qualis sim prisce futurus. Si fiam locuples simꝫ repente potens. Quemꝫ posse putas mores narrare futuros. Dic michi si fias vt leo qualis eris. Non ergo mundus audiendus est

cum istis sophisticis et deceptoriis argumentis. Unde ⁊ si nobis talia persuadeamus tanquaz surdi non audientes ⁊ nō aperientes os nostrum. Mittamus eum latrare sicut canē vbiq; scientes eius astuciam. Quia que promittit non adimplet. aut si implet in malum nostrum conuertit. Ad hoc enim nobis blanditur vt decipiat. ſm Augustinum. Quantos enim vidimus ante nos qui mundi promissis illecti laborauerunt. fudauerunt. et vires exhauserunt. pro consequendis honoribus dignitatibus. aut prelationibus. Postq; autem melius eas sunt adepti. transierūt ad patres. ita vt verum sit illud p̄ma Johannis secūdo. Mundus transit et concupiscentia eius. Ideo dicunt reprobi hodie in inferno. Quid nobis profuit superbia. aut diuitiarum iactantia quid cōtulit nobis. scilicet lucri Sapientie quinto. Et sequitur. Transierunt omnia velut umbra. et tanquam nuncius precurrens. et tanquaz nauis que pertransit fluctuantē aquam. cuius cū pertransierit non est vestigium inuenire. neq; semitam carine illius in fluctibus. Certe multi se estimant felices si adipiscerentur honores. ille episcopatum. ille canonicatum. et sic de alijs. Sed ipis contingit q̄ multo velocius descendunt de illis honoribus ad infernuz q̄ prius ascendant ad talem gradum. Sepius vidimus nostris temporibus atq; vtinam non vidissemus. q̄ multi pro prelaturis litigauerunt decem annis. quas adeptivit vno anno ī eis manserūt. Unde ipsis ꝓtingit sicut illis qui in mari decipiuntur per insulam ceti. Cetus enim quando colligit in dorso arenam supra quaz crescunt gramina et herbe virescunt. vnde apparet nauigantibus quasi insula. qui nauigantes decepti descendunt de nauibus volentes pausare et faciunt ignem ad comedendum comestibilia. Sed cetus sentiens ignem mergitur in profundum. et sic illi precipitantur. Sic est de talibus. Jō contra talem deceptionem vtamur cautela ipī? vulpecule. que cum ascendit glaciē prius apponit aurem diligenter. et si sentit sub glacie fluentem aquam nullo modo in illa glacie moratur. quia signū est q̄ aqua est prope superficiem glacici. et sic glacies est tenuis Sic nos perpendamus prius. mundus non est durabilis sed fragilis. ideo non cōmittamus nos periculo. Tertio arguit demon per sophisticas obligationes. Obligat enim hominem ad falsitatem. vnde ante primum peccatum fecit falsam propositionem mulieri. Genesis. iij. Nequaquā moriemini sed eritis sicut dij. Sed qui tales obligationes admittunt adducet eos dominus cum operantibus iniquitatem. Et ideo dicamus nos sibi illud Danielis. iij. Non oportet nos de hoc respondere tibi. Quarto caro arguit p̄ insolubilium deductiones. quia ipsius argumentationes vix solutiones recipiunt. in quibus quotidiana est pugna. sed rara victoria. Jacobi p̄mo. Unusquisq; tēptatur a concupiscentia sua abstractus ⁊ illectus. Interliniaꝝ Bede. Abstractus a recto intinere. ⁊ illectus ad malum. Et quid ex hoc sequitur. certe pessima conclusio. sicut ibidem sequitur. Deinde inquit Jacobus. concupiscentia cum conceperit. scilz delectando et consentiendo. ſm interlinerem. peccatū parit. scilicet perducendo ad actum manifeste. Peccatum vero cū consumatū fuerit generat mortem. Sed nos scientes quia caro que concupiscit aduersus spūm non possidebit regnum dei. respondeamus carni illud apostoli. Debitores sumus non carni vt ſm carnem viuamus. Si enim ſm carnem vixerimus morieмur. Si autē spiritu facta carnis mortificauerimus viuemus. Unde caro est sic exactor. cuius vox ſm dictum Job nō est exaudienda. Et tantum de secundo.

Dixi tertio ¶ E

q̄ in verbis p̄miſsis ostēditur spiritussanct? culparum ⁊ negligentiarum quas arguit dign? esse vltor cum subdit. de peccato. de iustitia. ⁊ de iudicio. Ecce tres culpe et tres negligentie. propter quas homines mundani sunt arguendi in quolibet sermone faciendo per sacerdotem. De peccato quidem quod habent. De iustitia quam non habent nec faciunt. De iudicio quod non timent. Circa quod sciendū q̄ mūdani homines septez mortalibz laborātes merito sūt arguēdi a spūsctō. et p̄sequenter a p̄dicatoribz ⁊ viris spūalibz sicut illi qui permittunt optimos

fructus ortorum suorum depasci. ymo de
uastari a septem bestijs. Vel qui se volun/
tarie exhibent lacerando septem crudelis/
simis animalibus et bestijs horrendis.
Quas bestias enūerans Salomon Sa
pientie. xj. capitulo. dicit primam esse vsū.
per quam intelligitur gula. Tum quia vs/
sus est animal voratz in melle specialiter de
lectatur. Secundo quia fetum producit
informem. id est. turpem. et non habentez
expressam formam corporis et membro/
rum. quia tradūt naturales. q vsa mas/
sam carnis parit sine lineamentis et par/
tibus organicis ordinate distinctis. Sic
gulosi et voraces et delectationibus dedi/
ti. quicquid faciunt totum ad carnis com
modum conuertunt. Sicut patet de ar/
tificibus nostris qui omnia que laborant
perbibūt et deuorant. Et ideo partus eo/
rum et proles operum ipsorū non est nisi
carnalitas quam prohibet apostolus di/
cens. Carnis curam ne feceritis Roma/
nor. xiij. Secunda bestia est leo. per quaz
significatur superbia. quia ceteris anima/
libus appetit dominari. Unde Ambrosi⁹
in Exameron de opere sexte diei dicit. Q
et natura sua est ferocissimus z superbus
aliarum bestiarum seu ferarum quasi rex
consortia dedignatur. Sed neqz ei vlla fe
ra sociatur et cum rugit. cetera animalia
formidant. Dec est regula omnis superbi.
quia dedignatur alijs se sociare. et alij ti/
ment et verentur eum accedere. Propter
quod contra tales dicitur Ecclesiastici. vij
Noli esse q̄si leo in domo tua subuertens
domesticos tuos. Tertia bestia fuit ira ple
na. et vocatur iracundia Et hec figuratur
per quoddam animal quod ab Aristotele
libro. vij. capitulo secūdo de animalibz vo
catur Abane. quod est animal quoddam
magnitudine quasi ceruus. quod contra
consuetudinē omniū aliorum animalium
habz fel in aure simile felli hominis in co
lore. et est amarum valde. causatiuū vehe/
menter ire et ferocitatis. Sic homines ira
cundi videntur habere fel in aure. Quia
quantumcūqz quis eis loquatur dulciter
amicabiliter et pacifice et honeste et mo/
deste. et etiam rationabiliter semper eis vi
dek sonare in auribus iniuria. Unde sem
per portant fel in aure. quia quicquid au/
diūt in amaritudinem conuertūt. et quia
illud fel dicitur esse simile felli hominis. Ideo dicitur. quia talis homo iracundus
loquitur aut defendere intēdit semper ra/
tionibus probabilibus. sicut homo pru/
dens defendere ostendit se. Unde Actuū
vij. dicitur de Symone. In felle eā ama
ritudinis video te esse. Et Deutro. xxxij.
Fel draconum vinum eorum. et venenuz
aspidum insanabile. Uua eorum uua fel/
lis. et botrus amarissimus. Quasi dicat.
Siue verba eorum. siue opera. siue ratio/
nes. siue intentiones eorum. omnia sunt
insanabilia. Quarta fuit bestia ignora. per
quam significatur accidia. Homo enim
pigricie datus. non potest cognosci de fa/
cili. modo vult vnum. modo alterum Pro
uerbiorum. xiij. Vult et non vult piger. et
Prouerbiorum. xxj. Desideria occidunt
pigrum. Et ista bestia significatur per asi/
num. qui in quibusdam partibus est ani/
mal ignorum. sicut in Polonia. De quo
Boecius de consolatione. prosa tertia. lo/
quens de accidioso dicit. Segnis et stu/
pidus torpet. asinum viuit. Est autem pro
prietas asini q in anteriori parte videtur
quasi ad modum crucis in cruribus pro
ribus et brachijs dispositus. et ibi est val/
de debilis. sed in posteriori parte est mul/
tum fortis. vnde ibi onera portat. Sic est
de accidioso et pigris. quia ea que sūt cru/
cis. id est. penitentie aut mortificatōis car
nis nihil sufferunt. sed ad ea que sunt car/
nalia et lumbos respicientia sunt nimis for
tes. Similes diabolo patri eorum. De
quo dicitur Job. xl. Fortitudo eius in lū/
bis eius. et virtus eius in vmbilico. Sed
bonum esset q tali asino daretur dicrium
illud. De quo Ecclesiastici. xxxiij. Libaria
et virga et onus asino. panis et disciplina
et opus seruo. id est. seruienti corpori in
opere diuino. Quinta bestia fuit spirans
vaporem igneum. et vocatur luxuria. et fi/
guratur per duos dracones. qui in duo/
bus montibus Armenie viam publicam
tanta pestilentia infecerunt q nullus per
eam transire potuit quin subito morere/
tur. Sicut narrat Aristoteles libro suo
de proprietatibz elementorum. qd factū Socra
tes erecta sibi altissima turri i loco multū
distante a mōtibz q speculū factū de calide

deprehēdit. in quo speculo vidit illos duos manifestos draconēs. vnū exvno mōte aliū et alio vaporem emittere. quo aer infectus homines inter montes per viā euntes interfecit. Accidit autem istud tempore Philippi patris Alexandri magni sicut ibidem narrat. Per quod significant duo status. scilicet laycorū et clericorum. q̄ hodie dediti luxurie. illi adulteria cōmittentes. isti concubinas fouentes tanq̄ duo dracones venenosi. homines simplices in via mandatorum dei incedentes exemplo prauo scandalizant et inficiunt. De quibus Iohelis. ij. Dabo prodigia. id est. monstra in celo. id est. in spiritualibus. et in terra. id est in laycis. sanguinem scilicet peccati. et ignē id est. ardorem concupiscentie. et vaporem fumi. id est. famam malā volantem ab eis et inficientem alios. Vocat autē ea monstra seu prodigia. quia reuera monstruosum est vt in talibus dignitatibus constituti sic agant. Sed hodie non est ꝟ monstruosum propter vsitatam cōsuetudinem qua frequenter hoc videmus. Unde non miramur videndo prelatū lasciuū. nec cōiugatum adulterū. Sicut nec Balaam expauit aut miratus est ad vocem asine loquentis. quāuis monstruosum esset. quia in exercendo artem magicam talibus monstris fuit consuetus. Sicut magister dicit in historijs super. xxij. capitulū numerorū. Petro ponit Salomon odorem fumi qui naturaliter est liuidus seu pallid⁹ et obscurus. per quem designatur inuidia. Proprium est enim inuidi occultas detractiones. damnationes. et diffamationes quasi quendam liuidū fumum emittere. vt claritatem fame beatorum denigret. Hij sunt similes vulpi. que naturaliter fetet. hec habet proprietatem ſm naturales quia cum taxus quoddam animal valde bonestum parauerit sibi foueam. vulpis in absentia sui. statim currens mittit ibi fetidum fimum. ita q̄ superueniens taxus propter fediratem fouee relinquit vulpi foueam suam. abhominans et contemnens eam amplius. Et sic vulpis sibi acquirit alienum hospicium. non laboriose sed potius cautelose. Ista est natura inuidorum qui videntes bonestum statum aliquorū bonorum hominū. non valentes eos alicer de eorum sedibus aut dignitatibus vl officijs expellere. diffamant et detrahunt eis ac accusant eos crimine pessimo apud alios superiores. Et tandem contingit q̄ boni viri antequaz lites intrent cum eis. carius dimittunt et resignant illa beneficia quibus illi tanquam vulpis taxo sucedunt. sed certe non diu prosperantur in eis. Sicut Briccius post sanctum Martinum. qui multa passus est. Septima bestia est que ab oculis scintillas horrēdas emittebat. et significat auaricia Que q̄d videt in mundo cōcupiscit. et quasi ad omnes diuitias scintillas concupiscētie emittit. Unde comparatur igni qui crescit per appositionem combustibiliū. ij. de anima. Prouerbiorū. xxx. Ignis nū quā dicit sufficit. Et primo Politicorum dicitur. Concupiscentia crescit in infinitum. Scintille ergo ignee in auaro sunt concupiscentie et desideria plura habendi. Hec concupiscentia significatur per cattum qui habz oculos igneos et scintillantes. Unde ſm Papiam Catta grece idem est quod videt latine. Et ideo dicitur cattus quia videt in nocte sicut de die. Nam ita prudenter venatur predam suam in tenebris sicut in luce. Isto modo prudentes seculi tam spirituales q̄ seculares venātur in tenebris id est. in curijs et atrijs principum. tam a dextris q̄ a sinistris. iuste et iniuste. per phas et nephas. De quibus dicit Job. xxviij. Omne preciosum videt oculus eius. Et Ecclesiastes p̄mo. Non saciatur oculus visu. nec auris auditu implebitur. Et Ecclesiastes quarto. Laborare non cessat et non saciantur oculi eius diuitijs. Et per oppositum boni talia fugiunt. dicentes illud Psalmiste. Non proponebā ante oculos meos rem iniustam. Hec septem bestie significantur in dracone magno. qui habuit capita septem. vt dicitur Apoc. xij.

D Secundo mūdus est arguendus de peccato. sicut ille rex qui potens resistere inimicis suis permittit se vltro et spontanee seu volūtarie ab eis capi. Unde inimici nostri significantur per septem gentes pestiferas quas expugnauerunt et vicerunt filij israel. Sicut dicitur Sapientie. xvij. et Judicū. iij. Fuerunt autem gentes iste scōm eorum nomina Hergeseus. Amorreus. Lueus. Etheus. Abananeus. Jebuseus. et etiam Pherezeus.

vt dicit Deutro. vij. Hergeseus interpretatur colonū eiciens. et significat superbiaz que primū colonum celi. id est. angelum. z postea Adam colonū paradisi eiecit. Ista gens arguit per donum spūssancti scilicet per timorem dñi. per quem homo vincit aduersa. Unde p timorē dei homo depressus eleuatur ad superiora tanqz intrepidꝰ cōtra aduersa. Juxta illud. Qui timet dominū ñ expietur quicqz mali. Amorreꝰ interpretat amaricans vel amara loquens. z significat inuidum qui totus est felleus semper amara diffundens. Unde Ouidius p̄mo metamorphoseos. Pectora felle nitent. lingua est suffusa veneno. Risus abest. nunqz nisi fauere dolores. Iste arguitur per donum intellectus. quo homo intelligēs proximū sue nature cōpartitipē dulcem se proximo suo reddit. Terraeus. et interpretatur lapides colligens. et significat iracundū z riosum. qui semper colligit lapides offensionis et scandali. ꝯ bus alios offendit. Sicut Semei contra Dauid. ij. Regum. xvj. Iste arguit per donum cōsilij quo consulitur nobis p xp̄m. Juxta illud Math. v. Noli resistere malo sed si quis te percusserit ad vnā maxillam prebe ei et alteram. Quartus pl'us Ethe us. qui interpretatur stupor vel formido. et significat accidiam. que facit hominem stupidum et formidantē opera virtuosa. Iste arguit per donum fortitudinis. Gregorius. xvij. moral'. Fortitudo spiritus est carnem vincere proprijs voluptatibꝫ. presentis vite dilectionem extinguere. Econtra carnis fortitudo est transitoria sine cessatione diligere. contra flagella conditoris insensibiliter perdurare. Quintus populus Chananeus. qui interpretatur possessor vel negociator. et significat auarū seu cupidū. qui per varias negociationes possessiones acquirit et auget. Augustinus ō verbis domini sermōe. xv. Que ē ista auiditas concupiscentie. cum et ipe belue habeant modū. tunc rapiunt quādo esuriūt parcunt vero prede cum senserint satietatem. Insaciabil' est sola auaricia diuitum. semper rapit et nunqz saciatur. nec deum timet. nec hominē reueretur. nec patri parcit. nec matrē cognoscit. nec fratri obtemperat. nec amico fidem obseruat. viduam opprimit. pupillum inuadit. liberos in seruicium reuocat. testimoniū falsum proferres mortui occupat. Que est animarū insania amittere vitam et appetere mortem. acquirere aurū et perdere celum. Iste arguitur per donum pietatis. que monet ad tribuendū pauperibꝫ ex misericordia propter deum. Narrat sextus Julius primo libro stragematū. cap. iiij. Q cum emulus Paulus consul in lucanis iuxta littus angusto itinere exercitū duceret et tarētini ei classe insidiati. agmen eius essent aggressi. Ille captiuis eorum latus suum protexit. quos videntes Tarentini retrahere runt tela et sagittas. Ita qui vult euadere sagittas dyaboli habeat ad latus suū pauperes. qui sunt quasi quidam captui in ō mundo. Sextus populus est Jebuseus qui interpretat presepe. et significat gulā. que suadet homini semper stare ad presepe. Iste arguēdus est per donum scienne. per quā homo scit tempare viuere. Philippen. iiij. Scio habundare. scio et penuriā pati. Septimus populus est pherezeus. qui interpretat disseminans terram. et significat luxuriosum. qui illicite seminat semen suum. Hall'. vj. Qui seminat in carne de carne metet corruptionē. Iste arguendus est per sapientiā. id est. per sapidā scientiam. id est. saporem celestiū. quibus gustatis vilescit omnis dulcedo carnalis. fm Augustinū. Secūdo mundus merito est arguēdus de iusticia quā non habet. Cū enim iusticia omnibꝫ sit necessaria vt dicit Tullius. ij. li. de officijs. cap. xij. tantum q etiam solitario homini. id est. per se moranti opinio. id est. fama est necessaria. Et fm ip̄m cap'o. iij. Ad rem publicaz regendam tm̄ est necessaria. vt nec illi qui de maleficio vel scelere pascuntur sicut latrones possint sine vlla particula iusticie viuere. Cuius tanta vis est fm eum vt etiam latronum opes firmet atqz augeat. Imo vt idem dicit li. j. de offic. cap. xiij. nullū est vitium quod a iusticia vacare debeat. Propter quod idem dicit ibidem. cap. iiij. q iusti virtutis splendor est maximus. ex qua viri boni nominā. Et phus. v. Ethicorum vocat eā clarissimā virtutū. eo q fm Tullium li. ij. de offic. cap. iiij. fundamentū perpetue cōmendationis et fame iusticia est. sine qua nihil potest esse laudabile. Virtutis huius fm Ambro. li. j. de offic. prima

est pars in deū. vt scz que sunt dei deo reddant Math. xxij. Secunda in patriaz. vt scz defendat z in pace cōseruetur. Tertia in parentes. deinde in oīes. Et fm hoc iusticia describit q̄ est virtus per quā vnicuiq; quod suū est tribuit. fm Augustinū xix. de ciuitate dei. cap'o. j. Et Macrobi⁹ dicit. Justicia est quando vnicuiq; qđ suū est seruat. Quod exp̄essius declarat Ber. sermone. iiij. dicens Justicia est virtus q̄d suū est vnicuiq; tribuens. superiori scilicz p̄lato obedientiā et reuerentiam equali. id est pari consiliū et auxiliū. contra eius ignorantiā z infirmitatē. inferiori custodiam z disciplinā. Que omnia viguerūt i antiquis patribꝫ. nō solū deicolis sz etiā ydolatris z paganis. et ideo tūc aureū seculuz dicebat. Adeo eīm viguit in paganis iusticia q̄ etiā vtilitatē reipublice ꝓprie vite p̄ponebant. Sicut ait Aug⁹. li. v. de ciuitate dei. c. xvij. Et Tulli⁹ li. j. de officijs. iij. c. Nam sicut Julius frontin⁹ et Valeri⁹ li. v. narrant. Codrus rex atheniensium videns q̄ aliter ciuitas sua liberari nō posset nisi ipe interficeret. Ipe amore liberatiōis ciuitatis se libere obtulit morti. De quo ait Virgilius. et iurgia Codri. Maluit eīm mori dum vincerent sui q̄ viuere suis superatis. Aliqui amore patrie depauperabāt ad extremū. Sicut narrat Augustin⁹ libro. v. de ciuitate dei. ca. xviij. de lucio valerio. Et Vegecius ca. viij. de re militari. de Julio regulo. qui de summis diuitijs vix in vno paruo agro collocati sunt cum coz vroribꝫ. Et idem narrat Augustinus de Quincio et de multis alijs. Non mirū ergo q̄ tunc mundus ordinate steterit. Hūc aūt ꝓpter defectū iusticie quādo omnes in eccla xpi querūt que sua sunt non que ihu xpi. necesse est oīa deordinari. Eo q̄ fm Augustinū li. iij. de ciuitate dei. cap'o. iiij. Remota iusticia quid sūt regna nisi latrocinia. Ideo sapiens clamat vt rectores et p̄sides p̄lati z iudices ad reformandū statū mundi et eccl'e xpi diligant iusticiam dicens Sapie. j. Diligite iusticiā qui iudicatis terram. Notāter dicit. diligite iusticiam. nō solū. facite iusticiā. Nam fm Roberti bolgoth. multi sunt qui faciūt iusticiā. sed tamen eam nō diligūt. et ideo merito sunt a spū sancto arguendi. ¶ E Et sunt eorū quatuor genera. Primi sunt appetentes bonores et reuerentiā. Secūdi vindicantes rancores per impatientiam. Tertij lucratiui munerū. Et quarti dissimulatiui scelerū. Primi sunt qui licet non diligunt iusticiā. volunt tamen videri iusti i Arguūt delinquentes. vituperant vicia. et docent virtutes. puniūt sine misericordia. et tamen cū intentione corrupta. quia non ob aliud nisi vt honorificētur ab hominibus. et vt vocent iusticie zelatores. Tales fuerūt scribe et pharisei. De quibus Matthei. v. Nisi habūdauerit iusticia vestra pl⁹ q̄ scribarum. zc. Secundi sunt vindicatiui rancoris et impacientie. p̄rerendunt se amatores iusticie et nō sunt. Sicut enim iusticia vult vindicare delicta. Sic et ira iniuriam. Unde phus dicit. Ira est appetitus vindicte. Iratus autē dolet vindictam quasi patiens aliquid iniustū. Sed quādo punit delectat. sicut dicit. iij. Ethicorum. ca. xij. Tales fuerūt illi duo senes nequā. qui Susannam condemnabant. Daniel'. xiij. Unde inter passiones malas in iudice ira est peior. quia impedit animū ne possit cernere verum. et in penis nescit medium tenere. Sicut refert Seneca libro de ira ad nouatum. de iudice quodam ini quo qui furore accensus ꝑdemnauit tres milites innocētes. Unum iussit occidi. q̄a ꝺ via redierat sine socio cōmilitone impones ei q̄ eū occidisset. p̄cepitq; statim cuidā cōmilitoni astanti q̄ eū duceret ad supplicij locū vbi morte plecteret. Cum autē esset eductꝰ redijt socius eius sanꝰ z incolumis. p̄ro q̄ alius plectēdꝰ ducebat. Videns aūt scōs miles ꝺ q̄ primū ducebat ad supplicium redijt ad iudicē. z ambos milites cora eo p̃sentauit. Quos vt vidit tirānꝰ furore repletꝰ et succēsus iudiciū tale dedit. Primo dixit. te iubeo occidi. q̄ iussus es occidere z nō obediuisti. Scōo dixit. te iubeo occidi. q̄ damnatꝰ es. Tertio. te silr iubeo occidi. q̄ causa occisionis cōmilitoni tuo fuisti. Et subdit Seneca. O q̄ solers est iracūdia ad fingēdū causas furorꝫ. Tres eīm puniri sunt ob vnū innocentiā. Et iōo ꝺ Jac. j. Ira eīm viri iusticiā dei nō opat. Et certe nō solū nō opat sed etiā destruit. Tercij sunt lucratiui munerū. p̄tendūt eīm se iusticiā diligere. sed mentiunt. q̄ plꝰ diligūt pecuniā. ꝓpter quā faciunt iusticiā. Isti nō sunt amatores iusticie sed mercatores.

tur et late. Unde licet Psalmista prius dixerat. Ego custodiui vias duras. Tamen postea dixit. Viam mandatorū tuorū cucurri cū dilatasti cor meū. Econuerso mali ingrediunt latam viam in principio. sed in fine artabunt. Job. xviij. Artabuntur gressus virtutis eius. Est ergo vna condicio nauis. quia est stricta in extremis tam pla in medio. Alia vero condicio q⁹ est q clausa versus mare et aperta versus celū. Sic anima penitēs claudi debet ad mundū et aperiri versus celū. Unde sicut nauis facta est ad calcandum mare. Sic anima penitentis debet calcare mūdanā gloriā. Secūdo comparat penitentia naui pter vecture cōmoditatē. Faciliter em̄ deportant merces de terra ad terrā p naues Jtez existens in insula nullo modo potest exire nisi per nauē. Isto modo nos sum⁹ in insula hui⁹ mūdi. nullo sensu exire potrim⁹ ad celū nisi per nauem penitentie. Et ideo istā nauiculā xp̄s et eius discipuli primo intrauerūt vt nos audaces efficerent. Illi q̄ non sunt experti cū timore intrant naues. experti vero et assueti sine difficultate. Jn cuius figura dicit Matthei. viij. Ascendente ihu in nauiculā secuti sunt eū discipuli eius. Item nauis est vas cōmune pciosa et vilia oīa recipit et saluat et ad portū perducit. Isto modo penitentia nullū respuit peccatorez q̄ntūcūq sit turpis dūmodo se proiciat in nauem penitentie saluabit. Jn cuius figura Genes. viij. legim⁹. q oīa animalia que nō intrauerūt nauem. q̄ fuit archa Noe. mortua sunt. Tertio penitentia cōparat naui ꝓpter iacture possibilitatem. Est em̄ nauis quasi in continuis periculis ꝓpter scopulos. ꝓpter fluctus. ꝓpter voragines. Jsta em̄ sunt periculā que bene noscunt nauigātes maria. Eccī. xliij. Qui nauigant mare enarrāt pericula eius. Et ideo nauī periclitanti q̄drupliciter succurrit. Primo p exonerationē. Secūdo per foraminū obturationē. Tertio per aque eiectionē. Quarto p anchore fixionē. De primo prudens nauta quādo venit ad passum piculosum vbi timet submergi exonerat nauē suā sicut dr Actuum xxvij. Q illi qui cum Paulo erant in nauī armamenta nauis eiecerunt. Isto modo qui sunt onerati diuitijs vel peccatis

mortis. exonerent se per confessionem et elemosynaz largitionē. Secūdo iuuatur nauis cōtra periculū p foraminū obturationē. Sensus sunt quasi quedaz foramina vel fenestre per ꝙs aque temptationuz ingrediunt. Et ideo isti debent obturari p custodiā bonā rationis. ad quā quia hō ex se nō sufficit debet inuocare diuinū auxiliū dicens. Saluū me fac deus quoniā intrauerūt aque vsqz ad animā meā. Debet ergo tertio aqua eici. ita ꝙ si aliqua noxia delectatio intrauerit mentē debet eici per confessionē. Quarto debet figi anchora in re firma. Hoc est. in deo qui nō mutatur. Anchora est spes. ad Hebreos. vj. Confugimus ad tenendū ꝓpositam spem. quā sicē anchorā habemus tutam et firmā. ad Romanos. viij. Si deus pro nobis quis cōtra nos. ¶ D ¶ Sed est notandum ꝙ inter pericula maris insolita tria sunt metuenda scilicet sirenū cantica. cirtis poculā. ceti fallax insula. Sirenes ꝑm fabulas fuerūt ex parte virgines et ex parte volucres habitantes in mari. Et dicebantur Sirenes quasi attrahētes. Syren vel syrene grece trabo dicitur latine. eo ꝙ p dulcissimā armoniā homīes auscultantes ad se trahūt. et attractos occidūt. Una enim canebat voce humana. alia tybijs seu fistulis. et tertia lira sonabat. Hiē refert Alexāder nequā in scintillario poetarū. Ulixes igitur trāsiturus per eas tali cautela vsus est. aures sociorū suorū obturauit cera ne aliquid de armonia audirent. semetipsum malo. id est. arbori que erat ī medio nauis alligauit. et sic euasit. Moraliter vlixes sapiens interpretat. et designat mentem in qua prudētia inhabitare debet. Tres iste Syrenes corporales designāt illecebras que per diuersas lasciuias attrahunt ad peccatū nauigantes per mare huius mundi. Sed mens prudens aures sociorū. id est. sensuū corporeoz potēcias obturat cera. id est. memoria nostre fragilitatis. et alligat semetipm ad lignum crucis quod est malus nauis penitētie. et sic euadit. Secundus periculū in mari est cirtis pocula. Narrat Boecius de cōso. metro. iij. li. iiij. ꝙ Ulixes rediens de bello Troiano decēnio errauit per mare. vno vero tempore videns quandā insulam in qua Circes pulcerrima domina. que filia solis dicebatur habitabat. ad eam applicuit et intrauit Ista per incantatiōes et carmina miscuit quedā pocula per que oīes bibētes trāsmutauit sicut voluit a natura humana in bestias. Unde socijs Ulixis porrexit de portione sua. et mutauit vnum in aprū. aliū in leonē. tertium in ceruum. et sic de alijs. Ulixi vero dederat Mercurius vnuz florem quo posset contra tales incantatiōes resistere. Unde nō patiens tantā iniuriaz euaginato gladio magam insequitur. et eā in reparationē sociorū coegit. Moraliter ista maga fuit cupiditas seculi. que p incātationes suas homīes trāsformat in bestias spoliando eos ratione et mansuetudie Per que duo homo efficitur bestialis z inabilis ad conuictū. Unde ex hoc fiūt quidam quasi lupi rapaces. vt iniusti milites. quidam vulpes subdoli. sicut mercatores quidā canes minaces. sicut falsi aduocati. qui cōtra quēlibet latrant nisi ab eo aliqd recipiant. Tertiū periculū est ceti fallax insula. Est em cete belua marina que colligens arenā in dorso apparet exterius. sup quod lutū crescunt gramina z herbe virescūt. Unde quasi monticulus virens navigantib apparere dicit. qui decepti applicant vela et soluūt z ibi figūt. Cum autem estimātes se in terra ignē accendūt pro necessarijs coquēdis. bestia ignem sentiens se in mari subtrahit z submergit. cum qua oīes pariter ferunt. Hec bestia statū nobiliū et honoratoz significat. Nam multi simplices in seculo desiderant dignitates estimantes in eis securitates. Unde vnus desiderat episcopatū. alter prelaturam. alter parrochialē curā. alter pallatinatū. alter iudicatū. et sic de alijs. putantes se felices si status huius mūdi assequant. Hz postqz se credūt securiores tūc submergūt et multo velocius descendūt ad infernuz qz prius ascendebant ad talem gradū. Et tantum de secundo.

¶ E ¶

Dixi tertio ꝙ considerare debemus que sit sapientia et scientia quā christus legit sedēs turbis predicasse. Duo autem dicuntur ō christo. Primo ꝙ predicabat. Secūdo ꝙ predicabat sedens. et vtrūqz sue dignitati cōuenit. Est em magister verus. Johānis xiij. Vocatis me magister et domine. z bñ

p z

dicitis. sum etem. Et ideo merito sedens docebat. Matthei qnto. Et cum sedisset aperiens os suū docebat apostolos. Vbi dicit Beda. Sedens docet quod ad magisterū pertinet dignitatez. Est etiam iudex equissimus. et ideo sedens sententiaz fert de operibꝫ singulorū. Nam sententia non est ferenda nisi sedendo. De sen. et re iudi. Cum eterni. de sen excom. Cum medicinalis. libro. vj. Est insuper remunerator largissimus. et ideo nature vnicuiqꝫ deliberat reddere iuxta opus suuz. De primo scz cum sit magister doctissimus. ideo sedens docet de nauicula. quietus docet. quia sedens. vt quietos esse doceat qui docentur. Nullus em doceri potest ab hoc magistro melius nisi sedeat. id est. quiescat a peccato. Iuxta illud. Quiescite agere peruerse. discite bene facere. Docentur autē ab isto magistro diuersimode. Nam reges z prīncipes z omes iudices terre docentur iuste iudicare. Sapie. j. Diligite iusticiā qui prestis populis. Et ꝑ psalmista. Recte iudicate filij hominū. Et ponitur Luce. vj. ratio. In quo em iudicio iudicaueritis iudicabimini. Sed heu iusticia et veritas corruit in plateis. Isaie. lix. Docet mercatores vt non habeant diuersa pondera. Deutronomij. xxv. Nō habebis in sacculo tuo diuersa pondera. scz maius quo ad te. et minus quo ad proximū. Nec erit i domo tua maior et minor modius. Docet agricolas et mechanicos ne vile pro bono vendant. ne fraudem faciant. ne contra primū false iurent. ne ad vsurā mutuent. De quibꝫ psalmista. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. Et sequit. Qui loquitur veritatē in corde suo q̄ non egit malū in lingua sua nec fecit proximo suo malū ꝛc. Docet mulieres esse obedientes suis soceris diligentes maritos. sicut parētes docuerūt Sara m vrorez Thobie minoris. vt habetur Thobie. iij. vbi dicitur. Apprehendentes parentes filiam suā monuerūt eam honorare socerꝫ. diligere maritū. regere familiā. gubernare domū. z seipaz irreprēhēsibilem exhibere. Scdo sedet xp̄us vt iudex equissimꝰ z secretissimꝰ. Unde in ps. dicit. Thronus tuꝰ deus in seculū seculi. virga directionis virga regni tui. Virgaz vocat gladiū bis acutum. quo pscindet corpus ab anima in iudicio. Unde in Pō. Reges eos in virga ferrea. Nec virga corriget illos qui hodie se non corrigūt. j. Corinth. xj. Si nosmetipsos iudicaremus non vtiqꝫ iudicaremur. Unde. Qui se corrigit nō est corrigendus. Tertio xp̄s sedet vt remunerator largissimꝰ. Istud erit qn̄ vocabit operarios reddere illis mercedē suā. Matth. xx. Tunc em non qualitercūqꝫ cuīlibet sed mature deliberate et successiue reddet vnicuiqꝫ ꝓm opera sua. ꝛc.

Dñica qnta post trinitatis. II Sermo. XCIII

Per totam noctez laborantes nihil cepim⁹. Luc. v.

Inter cetera mala penalia q̄ homini acciderūt ex peccato primoꝝ parentum est vnū precipuū. difficultas ad bona opera. ita q̄ non potest homo expedite ꝓm sua naturalia in operatione boni procedere. Unde ꝓm Robertū holgoth sup li. Sap. cap̄. ix. Si primꝰ homo in statu innocēte pstetisset oīs eius posteri meruissent sine labore. Cuius rō est ꝓm ipm. qa perfecta fuisset obediētia carnis ad spm̄. Dicut em mouet celū sine fatigatione z labore. eo q̄ suo motori non resistit. ita corpus tunc ab anima sine labore fuisset motū. Jam vero nec cogitare deum. nec de eo loqui possumus sine labore corporis. et multo forꝫ nec operari meritorie et nobiꝫ sine magno labore. Unde in ps. Et tristima bā vt cognoscerē. hoc labor est ante me. Intm̄ vera e in ꝓtrariū nostra conditio. vt q̄ nati fuissemus ad quietē si pctm̄ non esset. generaliter et q̄si naturaliter nascimur ad laborez. dicente Job. v. Homo ad laborē nascitur. Sicut aūt pegrinus veniens ad concursum viaz. eligere poterit ꝑ quā viā voluerit ambulare. nullā tm̄ ibit sine labore. Ita homo posit⁹ in hac vita multas vias viuendi inuenit. in diuitijs. in pauptate. in honore. in seruitute. in delicijs. in miserijs. sed nullā arripiet in qua nullū laborē nō inueniret. Si diues esset. voluerit in diuitijs ꝙgregandis seruādis z dispēsandis necessario laborabit. Eccl. xxxj. Laborabit diues i cōgregatiōe substantie sue. Et pauper. seqr̄. Laborabit paup in diminutōe vict⁹. Et sic vbiqꝫ discurrēdo semp laborē inuenit. qm̄ hec est maledictio toti generi humano

no inflicta Gen.iij. Maledicta terra i ope tuo. In laboribꝫ comedes ex eo oibꝫ diebꝫ vite tue. Propter qd Salomon attendens tanta antiquitate dixit Eccs.j. Vidi oia que cunqꝫ sub sole erāt. z ecce labor et afflictio spūs. Et q necessario ꝓcludit q boies ex suis naturalia quātūcūqꝫ laborauerint sine auxilio gre diuine nō pnt aliqd meritorie agere seu mereri quātū ad vitā eternā. Uñ laborare pnt. fatigari pnt. sed vltimo sine gre diuine auxilio nihil possunt capere. eo q gra dei vita eterna Roꝫ.vj. Et ob h post omnē corpis fatigatiōem. post totale viriū ꝓsumptōem nihil innenientes vtilitatꝫ vltimo habēt clamare z pfiteri coram deo suū defectū dicentes. Preceptor p totā noctē laborātes nihil cepim⁹. Nos igit vt aliqd capere mereamur ex pūti sermone nō in nostris viribꝫ ꝓfidētes recurram⁹ ad ꝑceptorem. In cuius verbo laxare debemus retia ꝑdicatōis cuius grām vt impetrare valeam⁹ ad matrē eius benedictā recurram⁹ vt nos doceat laxare retia. salutātes eā cū angelo Aue maria. zc. In qbꝫ verbis tria describunt. Primo humane vite deformitas. quia p totā noctē. Scōo mūdane calamitatis penalitas. quia laborātes. Tertio hmōi laborioſe penalitatis vanitas. qz nihil cepim⁹. Et ita tangunt h tres defectus homis. obscuritas ex pte tpis. quia p noctē. Scōo penalitas ex parte oneris. qa laborātes. Tertio vanitas ex pte operis. qz nihil cepim⁹. Contra qs tres defectus ponunt cōsequēter tres pfect⁹ gre in statu gre et gle. scz luciditas et ꝑclaritatꝫ pulcritudo contra obscuritatē. quia in ꝓbo tuo. Facilitas amenitatis. qa laxabo. cōtra penalitatē sacietas z capacitatꝫ plenitudo. qz rebe zc. contra vanitatem.

Ca C

Dixi primo q h describit humane vite deformitas. qz p totā noctē. Stat⁹ em vite humane compat nocti ꝓpter tenebras culpabiles. Uñ peccata qbꝫ ista vita plena ē designant p tenebras i scripturis. Iuxta qd dr de Egyptijs peccatoribꝫ Sap.xvij. Qꝫ ipis fuit supposita grauis nox z ymago tenebraꝝ q supuentura illis erat. Ipi igitur graviores sibi erant tenebre. Designātur aūt peccata p noctē z tenebras quadruplici ratione. Sūt em corporales causa erroris et deceptōis. causa horroris z stupefactionis. causa languoris z desolatōis. causa timoris et dormitōis. Sic etiam est de peccatis. De primo qūo tenebre corpales sunt causa erroris z deceptōis. Uñ q ambulant in nocte faciliter deuiant. faciliter cespitant. z faciliter cadunt. Job.xij. Qui ambulat in tenebris nescit q vadit. Et generaliter nullus artifex nullus operarius potest in tenebris artē suā sine erroꝛ periculo exercere. Uñ sicut narrat Marcialis cocus Epigramatū.li.j. Pictor qdā redargutus fuit a qdaꝫ parasito. quare tam pulcerrimas ymagies pingeret z turpissimos filios generaret. Ille rñdit q ideo. qa generauit in tenebris z pinxit in luce. Unde metrice dicit. Halba pictor bonus boies pinxisse decoros. Ferē. et indecoros progenuisse natos. Intrā etiā mortis tenebre decipiūt boieꝫ vt ois q vult male facere vt aptius faciat odit lucē. qz p tenebras malefactor se pregit z alios improuisos circūuenit. et ideo oia vicia vt cōmuniter fiunt de nocte. Sic patet de Loth peccāte cū filiabꝫ Gen.xix. Et de duabꝫ mulieribꝫ quarū altera subtraxit alteri filiū viuū.iij. Re.iij. Et xps de nocte fuit captꝰ. vt pz p oēs euangelistas. Uñ Luce.xxij. dixit eis xps. Hec est hora vra et ptās tenebraꝝ. In tenebris noctis capta fuit Troya. sicut narrat Dares frigius. In tenebris furant fures. Job.xxiiij. Perfodiūt in tenebris domos. Sic igit iste tenebre corpales multi sūt occasio pcti. ita z tenebre spūales q sunt subtractio gre diuīe ab aia. sūt occasio homini ad peccandū. Nam ꝓcito aufert lumen seu sol discretōis a rōne in homīe. statim cadit in tenebras peccati. Juxta illud ps. Nescierūt neqꝫ intellexerūt. Ecce defectus ꝑ discretōis in cognoscēdo. Et seqt. in tenebris ambulant. Iste tenebre mortū essent plus metuēde qꝫ oculoꝝ. Sicut dicit Augustin⁹ in sentētijs prosperi. cap. xxxiij. Et fingunt poete. Et sicut tāgit Claudiā⁹ in maiori.li.j. Q omes pestes infernales q dicunt esse vicia z supplicia nate fuerūt de nocte z achirōte. Est aūt achiron fluui⁹ infernalis. Et dr ab a qd est sine. et chiron gaudiū. qi sine gaudio. Uel ab a qd ē sine. z cheron qd est salutatio. qi sine salutatiōe. Eodē mō moraliter oia vicia generata sūt p noctē. i. dyabolū. et Euā q nō fuit salutata

ta a dyabolo gaudio sed decepta a dyabolo. et maledicta a dyabolo. vt patz Gen. iij.

¶ B ¶ Sed diceres. Et quo vt supra dictum. nox et tenebre culpe causantur in homine per subtractōem luminis diuīe gratie. videk q homo sit excusabilis qui tales tenebras incurrit. cuz deus subtraxit sibi eas sine voluntate. Ad quod respondeo. q aliter causatur nox ista materialis ꝯ spiritualis. Nam materialis causatur p recessum luminis a nostro emispherio seu aspectu. Quoniam postꝯ sol incipit sub terra moueri z a nostro aspectu subtrahitur. statim causat nox. et sic subtractio solis et recessus eius a nobis causat noctem. Sed sic non est de nocte spirituali que nō fit p recessum gratie diuine a nobis. sed per recessum nostrum ab ea. Ipsa em̄ gratia q̄ntum ad se semper presto est adesse homini et illuminare cōtinue animā eius. Sic q postꝯ se voluntas nostra subtrahit ab ea per inclinatiōem et conuersionem a bono incōmutabili ad bonum cōmutabile. tūc recedit ab eo gratia diuīa. Propter quod Innocencius quartus dicit. Q christus est fidelis socius. quia non dimittit hominem nisi prius dimittatur. Et Augustin⁹ in libro Supputationū capitulo. iij. dicit. Deus a quo auerti cadere est. ad quē conuerti surgere est. in quo manere consistere est. Deus quem nemo amittit nisi decept⁹. nemo querit nisi ammonitus. Nemo inuenit nisi purgatus. Dicit etiam Robertus bolgoth super. x. cap. libri Sapientie. Q Cayn recedendo a sapientia incurrit homicidium. et ex hoc dicit quia prius ordine nature homo dimittit deum et recedit ab eo. Prius em̄ ordine nature homo peccat ꝯ priuatur gratia. licet simul tempore. Unde Bernhardus. Dulcis ih̄s primus est in accessu. vltimus in recessu. Unō Job xxj. dicitur de peccatoribus. qui dixerunt deo. Recede a nobis. scientiā viarū tuarū nolumus. Et glosa ordinaria super illud Threnor. Misericordie domini q nō sumus consumpti. dicit. Fons misericordie non exiccatur nisi tu prius fueris exiccat⁹. Unde ymaginandum est. q sicut suspensio nubis cōdensat tenebras hic inferius. Sic quando in anima est ira et rancor vl' inflatio superbie. vel obnubilatio carnalis concupiscentie. Tunc ex recordatōne rancoris vel delectatione superbie. vel carnalitatis causatur nebula tenebrosa obscurans animā. que a se excludit gratiam diuinaz. Et ista vocatur macula seu tenebre interiores. sm̄ magistrū in libro sententiarum. Non ergo subtractio gratie diuine ē in causa huius noctis et macule tenebrose effectiue. sed ipsa voluntas liberi arbitrij. que principaliter remouet se z subtrahit ab hac luce. et obturat fenestrā cordis ne intret lumen solis diuine gratie. Unō sicut obscuritas causata in camera p clausuraz solis. non est effectiue a sole. sz a claudente fenestram. ita et hic. Bene tamē concedi potest sm̄ quosdam. q gratia diuina est causa permissiua h⁹ obscuritatis hois quia permittit obscurari animā per peccatum. sed cum operante libero arbitrio. cui totū hoc imputatur. Unde licet opus meritorium nō est soli arbitrio deputandum. sed magis gratie. ita econuerso opus culpabile et demeritorium totaliter est attribuendum libero arbitrio. Est ergo dicendum q hec nox culpe causatur per auersionem liberi arbitrij a deo. cui merito subtrahitur gratia. quia non est cōuentio lucis ad tenebras. Unde sicut recte post pluuie inundationē relinquūtur vapores ex quibus causantur nebule tenebrose et obscure. ita post pluuiam carnalis concupiscentie. vel alterius peccati. relinquitur tenebrositas q̄ prohibet ne homo clare deū videat. et quod plus est ne lucez a tenebris discernat. Intantū enim obtenebrant carnales homines vt illecebrosum amorem et fetidum verū factum esse dicant. Unde Job. xxiij. Perfodiunt in tenebris. sez carnalis amoris. domos. et ignorant lucem. sez spiritualis amoris. Secundo tenebre corporales sunt causa erroris et stupefactionis. Isaie. xxj. Tenebre stupefecerunt me. Et Genes. xv. Horror magnus et tenebrosus inuasit Abrahā. Eodē mō peccata in p̄senti vita reddunt hominez stupidum et timidū. dictante conscientia ꝓpria fore puniendum a deo Juxta illud. Testimoniū reddente illis conscientia ipsorum. Et Sap̄. Semper enim presumit. id est. p̄cogitat sibi penam futurā seua et perturbata conscientia. Unde potest peccator dicere illud. Ps̄. Timor et tremor venerunt super me z contexerūt me tenebre. Tenuo

tenebre corporales sunt causa languoris ⁊ desolationis. Omis enī infirmitas vt cōiter plus de nocte q̄ de die affligit infirmū et magis paciunt languidi in nocte q̄ in luce. Unde Thobie q̄nto. Quale gaudium mihi est qui in tenebris sedeo et lumen celi non video. Propter quod dixerūt antiqui quidam q̄ anima intellectiua coniūgitur corpori mediante quadā luce. Et iterū q̄ omnis sensus operatur quadam luce. Et Aristoteles. ij. de anima dicit. Q̄ intellectus agēs est habitus velud lumē quoddam. Et Augustinus dicit in diuersis locis. Q̄ veritas non videtur nisi in quadā luce sui generis. que omnia lucis nobilitatem ostendunt. Et ideo sicut in luce est vera hominis salus ⁊ solaciū. ita in tenebris est desolatio et omnis languoris augmentatio. Sicut autē gratia lux est. ita absentia gratie tenebre sunt. vt dictum est. q̄ hominem ad languorem desperatōnis inducunt. Unde omnes dies peccatoris sunt tristes et desolati. Justi autem solacioſi et leti. Juxta illud. Lucri dies peccatoris mali. Secura mens quasi iuge conuiuium. Hinc dicitur de peccatore Eccs. v. Cunctis diebus vite sue comedet in tenebris et in curis multis et in erūna et tristicia. Quarto tenebre corporales sunt causa corporis et dormitionis. Hec mirū. Absentia enī gratie diuine reddit potentias sensitiuas ligatas. ⁊ pcipue potentiā motiuā ligatā vt nihil bonū ⁊ meritoriū ad premiū vite eterne possit homo interim operari. ſ. Re. ſ. Impij in tenebris pticescent. Et re pticescent. q̄ non est speciosa laus i ore pctoris. Ps. Peccatori dixit de⁹. quare tu enarras iusticias meas. Unde q̄cito dyabolus peccauit factū est silentiū in celo. Apoc. xij. Qui mox vt peccauit a laude dei pticuit. vt dicit Hugo. Uñ ei ōr. Ubi eras cū laudarent me astra matutina. Additur aūt. ſ. Regū. ſ. in auctoritate predicta Quia nō in fortitudine sua roborabit vir Doc est dicere fm Robertū bolgoth sup li. Sap. Quia naturalia non sufficiunt ad merendū vitaz eternā sine lumie gre diuie coagente. Juxta illud apli. Non ego operor solus bonū. sed gratia dei mecū. Uñ gratia dei vita eterna. Romanoz vj. Unde sicut petm dicit nox et tenebre. ita gra dicitur mane et diluculū. ꝓpter multas causas quas ponit Innocenti⁹ quart⁹ super illud ps. Mane astabo tibi. ps. v. Primo quia sicut mane latrones fugiūt. sic ⁊ īfusiōe gratie fugiūt demones. Exodi. xiiij. Jam q̄ aduenerat vigilia matutina. et ecce dñs respexit sup castra Egyptiorum ⁊ interfecit exercit⁹ eoz Job. xxiij. Si subito apparuerit aurora arbitrat⁹ vmbram mortis Job. iij. Qui male agit odit lucem. Secūda ratio. q̄ fere tūc abscondunt. id est. praue cogitationes. Ps. Posuisti tenebras et facta est nox. in ipsa pertransibūt omnes bestie silue. Et sequitur. Ortus est sol et congregati sunt scz ad cubile. Tertia ratio. q̄a sic mane diei alleuiant⁹ infirmitates. sic in ortu gratie temptatōes mitigant⁹. Ysaie. xxxviij. Sperabam vsq̄ ad mane. Job. vij. Si diluculo consurrexeris ad deū et omnipotentē fueris dep̄catus si mūdus et rectus incesseris. statim euigilabit ad te ⁊ pacatū reddet habitaculū iusticie tue. Quarta ratio. Sicut mane diei cantant aues. sic in aduentu gratie cantat turtur contritionis. Canti. ij. Vox turturis audita ē in terra nostra. Item philomena leticie Job xxxviij Ubi eras cū me laudabāt astra matutina. Quinta ratio. quia mane excitant⁹ homines a somnis. Canti. vij. Mane surgamus ad vineas. Hoc significatū est. iij. Regum. xix. Ubi angelus domini excitauit Helyam dormientē. Sexta ratio. quia tūc homo ꝓparat se ad bene operandū. Psalmista. Exibit homo ad opus suum. Romanoz. xiij. Hora est iam nos de somno surgere. Septima. quia tūc homines surgūt de suis lectulis. id est. a carnalibus desiderijs. Canti. iij. In lectulo meo p noctem quesiui quem diligit anima mea. q̄siui et nō inueni. Octaua. q̄a tūc homies expellūt tenebras ignorantie Job. xxij. Ruri sus post tenebras spero lucez. Nona. quia tūc boies ad prandiū incipiūt preparare. Unde Exodi. xvj. dicit. Q̄ filij israel mane colligebant manna. Jn hoc ergo mane id est. in ortu gre. dicit ps. Astabo tibi. preparatus scz ad seruitiū. Et in isto mane q̄cūq̄ latrat rebia sua multū capit.

℣ ℟

Dixi secundo q̄ describit mūdane calamitatis penalitas. quia laborantes. ⁊ est ista calamitas et parte oneris. Tot⁹ nāq̄

decursus presentis vite ꝯntũcũqꝫ delectabilis apparet nõ est aliud i rei veritate nisi penalis laborint⁹ et onus ꝯuissimũ. Dꝭ q̃ ꝓquerũt tam iusti dicẽtes illud Math.xx. Portauim⁹ pond⁹ diei z estus. qꝫ etiaz reꝓbi. dicẽtes illud Sap.v. Lassati sum⁹ in via iniquitatis z pditõnis. Unde nõ est differẽtia in hoc inter iustũ et impiũ. oĩs homo indifferenter ad laborẽ nascit. Job q̃nto. Non est quicqꝫ sine labore sub sole. non est sine defectu sub luna. nõ est sine vanitate sub tempe. Inq̃t Innocent⁹ quartus de vilitate hũane cõditionis. capl'o. r. O qꝫ vana ẽm ipm sunt studia hominũ qꝫ diuersa sunt exercitia. vnus est tñ finis omniũ. et idem affectus et afflictio spũs. Occupatio magna creata est omnib⁹ hominibus. z iugũ graue super filios Adam a die exitus de ventre matris eorũ. in diẽ sepulture in matrem omniũ Eccl. xl. Et ibi deducit ꝺ diuersis laborib⁹ diuersoꝝ statuũ. Nam oẽs stat⁹ hominũ sunt i ꝓtinuo labore z afflictõe sic ꝓbat inductiue. Uerũtamẽ licz indifferẽter tã iusti qꝫ ꝓuersi z reꝓbi laborare nõ cessant sic ꝓbat inductiue. diuersimode tñ pcedũt. Ulñ diuersi sũt eorũ labores. Est eñ labor q̃dã cõis tã bonoꝝ qꝫ malorꝝ. Alter est labor tñ malorꝝ. et tertius labor tñ bonorꝝ. Prim⁹ labor bz vtilitatis tẽpalis fructũ. Scõus bz lucrũ pene iehẽnalis. Tertius bz fructũ mercedis eternal'. De ꝓio laboze scz cõmuni omniũ ꝓz. qz tam sapiẽtes qꝫ insipiẽtes. tã diuites qꝫ pauꝑes. tã serui qꝫ dñi. iusti z iniusti subdunt graui labori iuxta ꝓditõem stat⁹ sui. Nã sapiẽtes indifferẽter tã iusti qꝫ iniusti babẽt magnã difficultatẽ in cognoscendo veritatẽ. requirẽdo sapientiã z acquirẽdo. Sicut deducit Innocen⁹ q̃rt⁹ li. de vilitate humane conditõis. capꝫ. rj. Ubi ponit exemplũ de Salomone q̃ ꝺ se dicit. Dedi cor meum vt scirẽ prudentiaz atqꝫ doctrinã erroreſqꝫ z stulticiã. et agnoui qꝫ in his esset labor z afflictio spũs. eo qꝫ in multa sapientia multa indignatio. z q̃ addit sciam addit laborẽ. ꝓpter q̃d dicit idẽ cũctas res difficiles. nemo eas pt explicare sermone. Unde Ecclesiastes primo Et Eccs. viij. Est homo qui diebus et noctibus somnũ nõ capiet oculis suis. nulla opa dei potest undagare ratione. et q̃nto magis laborabit ad inquirendũ tanto minus inueniet. Dec Innocẽci⁹. Lũ g nullus sit sapiens a natura. vt dicit phus. vj. Ethicoꝝ. capꝫ. viij. Certe tã iust⁹ qꝫ iniust⁹ oportet eã acqrere non tñ sine labore z difficultate. Dicit eñ Aug⁹. de moribꝫ eccle z manicheoꝝ. lib. j. capꝫ. xxix. Sapiẽtia si nõ totis viribꝫ cõquisicaꝭ inueniri nõ pt. Propter q̃d narrat Hugo in li. Didascolon pte. ij. Q lectũ sapiẽtie q̃tuoꝝ iuuenes portabãt duo adolescentes. z due puelle. scz amoꝝ et laboꝝ. cura z vigilia q̃ omia plena sunt difficultate. Et Johãnes in Policraton li. iiij. narrat. Q sapia apud gentiles scribebat prefortibus in ymagine ꝓncipis. cum his ꝝbus. Usus me genuit mẽoria peperit Sophiã me vocant greci latini sapientiam. Dicit Salomon ponens modũ acquirẽdi eam. dicit q⁹ sit querenda et effodienda cum labore graui. sicut effodiunt thesauri de terra. Prouer. ij. Patet iste labor in antiquis phis qui ꝓ acquirenda sapientia multa sustinuerũt. Nam q̃nta sustinuit Plato peregrinando Egyptum et magnã Grecaꝫ vt sapiẽtiã acqreret. Similiter refert Valerius li. viij. Q Carneades laboriosissimus ac diuturnus phus fuit. qui vsqꝫ ad nonaginta annos studuit. Socrates vsqꝫ ad centum quatuoꝝ annos studuit. Crisippus vsqꝫ ad octuaginta ãnos studuit. Sophacles ꝓpe centũ vnum annos. Simonides vsqꝫ ad octuaginta annos. Si g illi tantũ studuerũt in acquirenda veritate et sapientia humana. et cum tanta difficultate et labore inquisierunt eam. q̃nto magis xpiani deberent subire labores acquirẽdo scizaz salutarẽ audiẽdo verbũ dei. in q̃ consistit tota sapiẽtia audiẽtis. Dico non tñ in iuuentute sed etiaz q̃usqꝫ ad senũ nũqꝫ desistẽtes. sicut audire z sic bñ facere. Eccli. xxxij. Fili accipe in iuuẽtute tua doctrinã vsqꝫ ad canos inuenies sapientiam. Sic z vsqꝫ ad canos inuenies sapientiam. Sic fecerunt sancti qui longo tempoze desiderabant ꝓ acquirenda sapientia diuina. Nam Hieronimus. Augustinus. Ambrosius. Gregoꝝius. et Bernhardus. et sic de alijs. qui etiã cã nobis in scripturis reliquerunt. Sed ecce bodie contrarium inuenitur in christianis. qui negligentes sũt in addiscendo modo bene viuendi. et morum sanctitatem. sed sunt diligentissimi in

acquirendo iura ciuilia propter temporalium vtilitatem artem bellandi propter rapacitatem. artem negociandi propter pauperatem. et sic de alijs. Que acquisierūt propter vite psentis promotionē. z administratoz Cum tñ dicit Seneca pagan⁹ Epl'a. xviij Vel fm cōmunes libros. xxxvj. Quia alia negligēda sūt. vt studio bñ viuēdi assidea/mus. cui nullū tps sat⁹ magnum est. et si a puericia vsqz ad bīani cui termios vita p/ducat. nō solū aūt in acqrēdo sapiaz sz etiā vict⁹ necessaria. m'lti sunt labozes omniuz mortaliū. eo q oēs in sudoze vescūt pane. Hen. j. Uñ oēs currūt z discurrūt p semitas. ascendūt mōtes. trāscēdunt colles. transuolant rupes. peruolant alpes. transgrediuntur foueas. ingrediuntur caūernas. rimāt viscera terre. profunda maris. incerta flumīs. opaca nemoz. inuia solitudinis. exponūt se vētis et ymbribz. tonitruis z fulminibz. fluctibz. pcellis. ruinis. z pcipicijs. metallū cudūt z conflant. lapides sculpant. lingna scindūt z dolāt. telas oz/diunt z texūt. vestes incidūt z psuūt. edificant domos. plantāt vineas et ozros. excolūt agros. succēdūt clibanos. exstruūt molendina. piscant. venantur. et occupantur. meditantur. et cogitant. consiliant. et oz/dinant. Et hec omnia fm Innocentium faciūt boies vt nutriant. Nō solū aūt hoc faciūt iniusti. sz etiā iusti z sancti. q labozes manuū suaz māducāt. vt dz in ps. Magis iūstis labozib⁹ iustis et licitis inuigilāt vt habeāt vnde necessitatē ppriā sustentēt. et vñ necessitatē tribuāt pacenti. vt dicit ap'lus. Iniusti vero q de mendacio viuūt. lz ali/quādo labozare vident. tñ magis fm Innocentiū furant. mercant. contendūt. preliāt. et innumerabilia talia vt opes congerant z questus multiplicent. sectant lucra vt dignitate excellant. vt potestate excedant Et hoc quoqz labor et mentis afflictio est. vt probat Salomon Ecclesiastes. Quid de pauperibus qui inedia premuntur. fame cruciātur. erumna. fame. siti. frigoze. z nuditate. frigescunt. tabescunt. spernuntur. et confundunt. O miserabilis conditio mendicantis. et si petit pudoze confunditur. et si non petit egestate consumitur. sed vt mē dicet necessitate compellitur. De afflictione dominozum et seruozum quid attineat dicere. At seruus minis terretur. angarijs fatigatur. plagis percutitur. Dominus si est crudelis oportet eum timere propter nequiciam subditozum. oportet esse vndiqz semper munitum vndiqz esse paratum. vt possit malignantium insidias precaue/re. impugnantiuz iniurias propulsare. hostes atterere. cines tueri. Hec sufficit dici malicia sua. Sed dies dici labozes cruciat. et noz nocti sollicitudinem indicat. Dies ergo laborioſi ducuntur. et noctes insomnes impenduntur. Nec Innocēc⁹ vbi supza capitulo. xiij. Et iste est labor cōmunis bonoruz et malorum. quia quo ad hoc equa est vtriusqz conditio. Secūdus labor est malorum tm. qui dicunt. Lassati sumus in via iniquitatis. Sapientie qnto. Hic labor est difficilimus et cum maiori labore perfici poterit. Peccatoz autem seruit mūdo dyabolo z carni. Niere. ix. vt inique agerent laborauerūt. Sz certe qz/uis sit labor iste difficilis. tamen a peccatoribus non sentitur. Sicut dicit Leo papa in quodam sermone de ieiunio. Q libētius suscipitur labor pro desiderio voluptis qz pro amoze virtutis. Et Gregozius super Ezechielē. Quibusdam prauis mēribus nihil est laboriosius qz si eis precipiatur vt hui⁹ mūdi actib⁹ nō laborent. et qntus est labor sustinere bastilndia torneamenta militibus. quantus labor trāsire maria. periculosos passus spaciari mercatoribus. seruire in curijs regum vel principum. adulari cum obiurgationibus dominozum. cum remorsu consciencie. cum inuidia sociozum. cum oñi infoztunio cozporali. pro prebendis et dignitatibus. pro episcopatib⁹ et prelaturis. Tertius labor est bonoruz tm seu penitentium et contrituz. per quem dimittuntur peccata et acquiritur consolatio eterna. De remissione peccatoz dicitur in Psal. Uide humiliatem meā et laborem meū. et dimitte oñia peccata mea. De consolatione eterna dicitur Math. xj. Uenite ad me oñes qui laboratis et onerati estis et ego reficiā vos. Narrat sextus Julius Stragematū li. j. cap. lj. q Cirus rex persaz volens milites suos cōcitare contra medos duxit eos ad quandā siluaz z ibi eos tota die fecit laborare succidendo ligna. In crastino aūt fecit

eis optimam cenā cum gaudio et leticia. et demū interrogauit. quis dies eis magis placuisset primus an secūdus. Qui respō/derūt q̄ secundus. Quibus ille subiunxit Sicut per laborē hesternū ad hodiernuz conuiuiū peruenistis. Sic felices beatiq̄ nō potestis esse nisi prius medos vicerit̄. Sic posset dici penitentib⁹ laborantibus quia felices esse non possunt nisi prius la/borauerint. Formā aūt laboris ponit p̄s. dicens. Laborauī in gemitu meo lauabo p singl'as noctes lectū meū lacrimis meis stratū meū rigabo. Iste labor licet sit du/rus et difficilis. tamen facilis potest eē tri pliciter. Primo per occupationū variatio nem. Secūdo per collaborantiū cōsidera tionē. Tertio per magne mercedis expec/tationē. De primo qūo labor bonor̄ sit fa/cilis per occupationū variationē. Nam si homo nūc orat. nūc legit. nunc scribit. nūc laborat. facile videbunt omnia Juxta illud Nūc lege nūc ora nūc cum feruore labora. Sic erit hora breuis z labor ipe leuis. Et ß etiā est q̄d docet Aug⁹. in li. de sancta vir ginitate. Diuersis inquit seminib⁹ pecto/ris tui colles sere. nunc iciunijs mediocri/bus. nūc parcioribus. lectione. opere. prece. vt mutatio laboris inducie sint quietis. Secūdo facilitat laborē collaborantiū cō sideratio. Si eīm cōsideram⁹ xp̄m ducē q̄ de se dicit per Psalmistā. Paup ego sum z in laboribus a iuuētute mea. Item apostol⁹ ſ. Cor. iiij. Usq̄ in hanc horā esurim⁹ z si/timus. et nudi sumus z laboram⁹. Unde ap'lus cōmendat nō solū viros sed et mu/lieres que multū laborauerūt in domino. ad Philipp. iiij. Propter q̄d dicit Greg. v. lib. Moral. Sublenatio laboris est visio collaborantis. Et Jacob. Exemplū acci/pite fratres laboris et pacientie, p̄phas qui locuti sunt in nomine dñi. Tertio laborez sanctū facilitat in p̄senti magne mercedis expectatio. Athletis hinc currentib⁹ ꝓponi tur brauium in fine stadij. Nullus ergo la bor durus est fm Hieronimū quo gloria eternitatis acquirit̄. Sap. iij. Bonor̄ ope rū gloriosus est fructus. Et Sap. x. Red det deus mercedem laborū sanctor̄ suor̄

D

Dixi tertio q̄ in verbis p̄mis/sis describit labo/riose penalitatis vanitas. cum dicitur. Ni/hil cepimus. Et iste defectus est ex parte operis. De q̄ quidē vanitate dicit Sap. iij. Uacua ē spes illor̄ z labores eor̄ sine fru/ctu. intellige sine fructu salut̄. licet nō sine fructu temporali. Nam receperūt hic mer cedem suā Matthei. v. Sed sunt sine fru ctu eterne remunerationis. Sapientie. iiij Fructus eorū inutiles et acerbi ad man/ducandū. Et reuera laborantium male in hac vita fructus acerbus erit. quia perpe/tua confusio. Romanor̄ vj. Quem fructū habuistis in quib⁹ nūc erubescitis. Est au tem sciendū q̄ tota vita mundialium quā quasi in quadā nocte ducūt. eo q̄ nō lucet eis lumen intelligentie superne nō est alid nisi vanitas inutilitas et finalis infructu/ositas. ita q̄ tales in fine nihil aliud dice/re poterunt nisi illud verbum. Per totam noctem laborantes nichil cepimus. Hoc patet. quia auarus q̄ntūcūq̄ cōgregat hic diuitias nichil capiet in futuro et eis cum eas secū capere nō possit. Ps. Cū dormie rit dives nō sumet secum omnia. Cū mori/to dicet. Nihil cepi. quia relinquet alienis diuitias suas. Similiter superbi q̄ntūcun/q̄ se glorificauerūt in hac vita. tamē fina/liter dicent. Nihil de gloria nostra cepim⁹ eo q̄ gloriā eorū in confusionem mutabit deus. vt dicit per prophetā. Et Psalmista dicit. Q̄ non descendet cū eo gloria dom⁹ eius in sepulchrū. Unde ipi superbi dicūt in inferno Quid nobis profuit superbia aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis transierūt omnia quasi vmbra. Sapiēte q̄nto. Et certe facilis est respōsio. q̄ nichil profuit sed obfuit. quia superbis deus re/sistit. Jacobi. iiij. Et bene cōungit superbiz ad diuitias. Quia vermis diuitum super/bia. fm Augustinū sermone. xxxj. Uñ eun dem fructū habent. scz vanitatem finalem quia tam dives q̄z superb⁹ cum dormierit nihil secum afferet. Job. xxvij. Et Boet⁹ iij. de consolatōe. Defunctumq̄ leues non comitantur opes. Et hoc est quod dicitur Job. xxvij. Q̄ dives aut superbus aperi/et oculos suos et nihil inuenier. Psalmista. Dormierūt somnū snū omnes viri diuiti/arum. et nihil inuenerūt in manibus suis Istud patet in divite purpurato. qui nec guttam aque inuenire potuit et omnib⁹ di/uitijs suis. Nec mirū. Omnia eīm terrena nichil sunt in hac vita Juxta illud. Aspec

terram et ecce erat vacua et nichil. Iere. iiij. Et ideo merito post hanc vitam reuertuntur in nichilum Juxta illud poete. Et redit in nibilum quod fuit ante nibil. Eadem eñ sunt principia resolutõis et compositõis. s. Phisicor. 7 primo de generatione. Nam omis res per quas causas nascitur per easdem dissoluitur. De regulis iuris. Omnis res. Econtrario vero erit de iustis laborantibus in luce. et de die gratie presentis quibus deus reddet mercedem laborum suoruz Sapientie. v. Reddet autẽ eis fructus claros et lucidos contra obscuritatẽ noctis. fructus leues et delectabiles contra fatigationem laboris. et fructus plenos contra vanitatẽ inutilitatis. vt dicãt sancti illud Philippẽ. iij. Reformasti corpus humilitatis nostre configuratũ corpori claritatis sue. Tunc enim fulgebunt iusti sicut sol et tanquã scintille discurrent. vt dicitur Sapientie. iij. Nec mirum. quia hic fulgebant claritate fame. vite. et doctrine. Unde merito tunc fulgebũt luce splendidi. vt dicitur Thobie. xiij. De ipis eñ dicitur in vita pñti et de qlibet ipsorum illud. Quasi sol fulgens. Et iterum. Quasi sol refulgens sic ille refulsit in templo dei. Propter quod ipsi merito in vita futura et beata fulgebunt sicẽ sol in regno patris eorum. prout eis promittit dominus Matthei. xiij Fulgebũt sancti sicut sol in regno patris eorũ. Vi. p cer. to dicent in gloria. Portauimus pondus diei. penitentie videlicet sancte. 7 estus scz tribulationũ. per totam diẽ transiuimus per ignem et aquã. et ideo eduxisti nos ad refrigeriũ. Unde ḋa in die laborauimus. merito multũ cepimus et plenum gaudiũ reportauim⁹. Johannis. xvj. Gaudiũ vestrum plenũ sit quod nemo auferet a vobis. Cuius gaudij participes nos faciat dominus noster ihus xps.

Dñica sexta post trinitatis. I Sermo. XCIIII

Nisi abundauerit n. iustitia vestra plus qz scribarũ et pharisecoz nõ intrabitis i regnuz celoz. Matthei. v. Sicut dicit Henricus de vimaria de perfectione interioris hominis libro septimo, capitulo duodecimo

Q lex naturalis homini in sua creatione indita. per abusum peccandi iam fuit obruta. et quasi oblitioni tradita. Ideo necessarium fuit eam per legem scriptam posteris innouare. Quia vero vt idem ait capitulo. xiij. ibidem. Antiqui patres sub lege veteri degentes. non fuerunt capaces legis euangelice. quam magister perfect⁹ dedit. et eam in seipso perfectissime adimpleuit. in eo q nõdum poterant audire illud perfectionis consilium. Qui te percusserit ad vnam maxillam prebe ei alteram Qui talionis lege nõ contenti pro vna alapa telorum vulnera mortalia rependebãt Hec etiam illis dici poterat. Diligite inimicos vestros. quibus propter sui cordis duriciam concessum fuit inimicos odire. ne amicum pariter odissent. Hec ille. At vbivenit plenitudo temporis. postq̃z videlicet deus pater misit filium suũ in mũdũ. vt dicitur Gal. quarto. Qui veniens fecit sibi populum acceptabilẽ sectatorem bonorũ operũ. vt dicit apostolus. Itaq̃z huic populo tanquã ad legem perfecte iusticie bene disposito et abili. tanquã dulcis 7 rectus dominus legem dedit perfectã delinquentibus in via iusticie. imperfecte scilicz legis antique. prout promiserat per prophetam Hieremie. xxxj. Dabo legem meã in visceribus eorum. et in corde eorũ scribam eam. Per quã quidem legem rectisicauit deuia. complanauit aspera. lenigauit difficilia. purgauit immunda. absterssit seda. et reliquit perfecta. Lex nanq̃z Moysi erat imperfecta. eo q neminem ad perfectum adduxit. vt dicitur ad Hebreos. vij. Et ideo christus venit vt daret legem perfecte libertatis. De qua Jacobi primo dicitur. Qui inquit perspexerit in lege perfecte libertatis. Interlinearis. Audiẽdo verbum euangelij. Et glosa ordinaria ibidez dicit. legem perfecte libertatis dicit gratiam euangelij. que perfecte liberos facit a seruitute timoris. Qui eñ legem tenebãt in timore seruiebant. Quisq̃s eñ eã transgrediebatur sine miseratione lapidabat. Sed hec lex neminẽ ad pfectum perduxit quia et si timore cogebat seruire. non tamẽ dabat gratiam vt complerent amore et a penis inferni non potuit liberari. Sed caritas que datur in euangelio foris mittit timorem, et ducit ad vitam, Hec Glosa.

Erat etiam lex illa in sua iusticia quodammodo immūda. quia perfecte mūdare nō poterat a pena ⁊ a culpa. in eo q̄ nihilominus necesse fuit suos obseruatores descēdere ad limbum. vbi et si nō fuit pena sensus. tamen erat pena damni tempalis que est grauissima. Et ideo Isaias vocat omnes iusticias veteris legis pannū mēstruate. Isa. lxiiij. Erat etiā q̄dāmō oblīq̄. Vñ Johes veniēs disponebat ad rectificādū viaz dñi. Dirigite inquit viam dñi. rectas facite semitas dei nostri. Sed iusticia xp̄i immaculata est lex. quia mūdat vtrūq̄. scz corpus et animā. Johannis. xv. Jam vos mundi estis ꝓpter sermonē meū quem locutus sum vobis. Et in Psalmo. Lex domini immaculata. Similiter est lex recta. Ps. Justicie domini recte. Et notanter dicit domini. id est. christi. cuius ꝓprie est lex noua. quia per ipm immediate data ⁊ promulgata ⁊ executa. quod de veteri lege nō potest dici. Quia et si fuit auctore deo imperata et dictata. tamen nō fuit per ipsum deū immediate promulgata. sed p̄ Moysen. et executa per populuz. Joh. Lex per Moysen data est. gratia vero per ihm christum facta est. Et apostolus dicit q̄ Moysi lex ordinata est per angelos i manu mediatoris. scz Moysi. Volens igitur dei filius ab imperfecto ad perfectū. ab immūdo ad mundū. ab obliquo ad rectū trahere. venit in hunc mundū. legemq̄ nouam. legem gratie. et gratiose ac perfecte iusticie dedit et condidit. et vt eam tanto gratiosi⁹ cōmendaret et perfectā ostenderet per se ipm eam docuit publicauit ⁊ promulgauit Sed ne adhuc in aliquo deficere videat volens amplius eius perfectionē declarare eam solus obseruauit ⁊ ei se subiecit. Cepit eā facere ⁊ docere. Actū. j. Itaq̄ iam recte clamat ad nos. nos docēs. Nisi abūdauerit iusticia vestra plus q̄s scribaruz ⁊ phariseoz nō intrabitis in regnum celorum. Sicut nec illi ꝓpter eorum imperfectum intrauerunt.

¶ In illo tempore. Dixit ihus discipulis suis. Amen dico vobis. Nisi abundauerit iusticia vestra. ⁊c. In quibus verbis tangitur saluatoris nostri durissima cōminatio timorem incutiens iusticiā pfectam nō obseruantibꝫ. Circa quod tria sunt considerāda. Primo siquidē describit xp̄iane iusticie copiosa perfectio. Cum dicit. Nisi abū dauerit iusticia vestra. Secōo subiungitur iudaice iusticie defectio. cuz dr. plus q̄s scribaz ⁊ phariseoz. Tertio describit pene formidabilis cōminatio. cum dr. nō intrabitis in regnū celoz.

¶ Dixi primo q̄ i verbis p̄missis primo describit xp̄iane iusticie copiosa pfectio. cuz dr. Nisi abundauerit iusticia vra. Pro q̄ sciendum q̄ xp̄iana iusticia ⁊ eius pfectio ꝓsistit i duobus. scz in ope ⁊ mō opandi. Nā dr Deut. xvj. Juste q̄d iustū est exequaris Ubi duo p̄cipit. scilz iusticiā facere. ⁊ iuste facere seu exeq̄. De primo igit videndū est. q̄ sic duo sunt stat⁹ xp̄iane religionis. scz platoruz et subditoz. Sic est duplex iusticia perfecta differēter necessaria vtriusq̄. Prelatorū iusticia dz esse abūdans supra vitā alioz triplicit. Primo q̄ntū ad primū. q̄ dz esse exemplū ad alioz edificatōez. Secōo q̄tū ad deū. q̄ dz fulgere boīby ad dei glām et honorē. Tertio q̄ntū ad seipm. vt pfecte impleat p̄dicatōez suā. Quantū ad primū dz plat⁹ se hz exēplariter. vt ei⁹ exēplo alii meliorent. Et ideo cōparat sali Matthei. v. Vos estis sal terre. q̄ eoz exēplo subditi sicut cibus sale condiunt. Quantū ad deū dz fulgere boīby. Ideo cōparat luci. Ibidē. Vos estis estis lux mūdi. Quantū ad seipm dz platus ope quod docet adimplere. Unde docēs et nō facies minim⁹ vocabit in regno celoz. Matth. v. Secōa iusticia perfecta siue sufficiēs que ptinet ad oīes consistit in incboatōne. non solum operis sed etiā cognitionis. Unde christus dicit. Dictum est antiquis. Non mechaberis. Ego autem dico vobis. Oīnis qui viderit mulierem ad concupiscendū eam. id est. ca intentione et animo vt concupiscat eam. sm Horam. iam mechatus est eam in corde suo. Dictum est antiquis. Reddes domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis non iurare omnino. id est. iurare sed non oīno. i. in oīni casu q̄a in aliquo casu iurandum est. et in aliquo non. sm Horam. Et ista erant quo ad moralia. Deinde describit ad iudicialia. ostendens quomodo deberent se habere christiani. Dictum est. et non dicit antiquis sicut supra. Quia moralia sunt iuris antique legis sed naturalis ab inicio impressa mentibus hominū.

Non sic autē de iudicialibus. Unde dicit. Audistis quia dictum est. Oculū pro oculo. dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo. scilz pene. Sed si quis percusserit te ad dexteram maxillam prebe ei aliā. id est. paratus sis ad ampliora paciēter sustinenda. Et ī hoc est consummatio euāgelij. Audistis quia dictū est antiquis Leuitici. xix. Diliges proximū tuū et odio habebis inimicum tuū. Istud vltimū non est scriptum in lege sed est traditio scribarū. Ego autem dico vobis. Diligite inimicos vestros. Tum propter deū. quia omnia dilecti diligenda sunt. nō tm filij sed etiā canes. non tm agri sed etiā sentes et spine et sepes. Tum propter se. qz filij sunt dei. licet insani. quia fratres tui. licet infirmi. Ideo magis indigent diligi. tum propter nos. O si deus faber et ipi lima siue mallei. Unde illi remouēt rubigi nem et soluunt debita peccatorum. Bene facite his qui oderunt vos. Tum propter nature conformitatem. quia homines sunt Isaie. lviij. Carnem tuam ne despexeris. Tum propter vtilitatē propriā. Chrysost. Si bene feceris inimico tuo amplius fe/ cisti. ꝓpter diuinā imitationē. Hieronim⁹. Noli negare quod deus nulli negat. ꝛ ora te pro persequentib⁹ vos. scz ꝓpter manifestam iniuriā. Et calumniantib⁹ vos pro/ pter apparentē iusticiaz. sed tamen occulte fraudulentiā. vel pro psequentib⁹ facto. calumniantib⁹ verbo. Uel psequētib⁹ in pso na calumniantib⁹ in rebus vel fama falsecriminātib⁹. Actuū. vij. Ne statuas illis hoc peccatū. vt sitis filij patris vestri qui in celis est. scz p imitationē nobilitatis paterne Qui solem suū facit oriri super bonos et malos. ꝛ pluit super iustos et iniustos.

¶ Secūdo de modo operādi pre/ dictam iusticiā est videndū. Est autē modus operādi christianā iusticiā multiplex. Primo vt quicqd facit christiā⁹ faciat simpliciter in operando. id est. intentōe debita nō ratione vane glorie. sed ratione salutis ꝓprie et honoris dei. Matth. vj. Attendite ne iusticiā vestrā faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. id est. ꝓpter gloriam et fauorē mūdi. nō ꝓpter laudem dei. nō pro/ pter edificatiōem primi. Unde cum facis elemosynā noli tuba canere sicut ypocrite faciūt q̄ mercedē suā h̄ receperūt. Secundo vt quicqd facit christiā⁹ faciat prudē/ ter in discernendo Matth. x. Estote g̃ prudentes sicut serpentes. Et Matth. vij. Attendite a falsis ꝓphetis. Et qa innumerabiles sunt circūstantie ad hoc vt aliquid fiat iuste. Ideo xp̃s reducit oēs ad vnum modū. scz ad debitā intentiōem dicēs. Attendite ne iusticiā vestrā faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. id est. ꝓpter gloriā ꝛ fauorē mūdi. nō ꝓpter laudem dei. nec ꝓpter edificatiōez primi. Gal. j. Si adhuc hominib⁹ placerē seruus xp̃i nō essem Uñ sequit. Alioqn mercedez nō habebitis apd̄ ꝓrem vestrū q̄ in celis est. cuius amore nō fecistis. Cum ergo facis elemosynam noli tuba canere ante te. id ē. innotescere ne glorieris in laude tua. ꝛ forte tuba canebant cōuocando ꝓp'um vt oēs cōuenirent q̄si ad spectaculū qū elemosynā dabant. Sic ypocrite faciūt. Augustin⁹. Ypocrita est q̄ simulat illud quod nō est. reprītator alicuius ꝓsone. Et dr ab ypos quod est sub. et crisis aurū quasi latens sub auro. Chrys⁹. Non est deo ingrata elemosyna que videt sed que ideo fit vt videat. quia tales prīcipaliter intendūt honorē vanū et transitorium. ideo amittunt verum et eternū. Ex quib⁹ omnib⁹ patet perfectio iusticie legis christiane. que excellit antiquā. ymo quācūqz aliā legem siue humanā siue diuinaz Sicut enim dicit Lira in prologo super Matthēū. Legis est proprium vicia extirpare. mores aut actus hominū ordinare. inducere ad felicitatem. et plane et lucide tradere veritatem. Hoc autez facit lex xp̃i melius oī quecūqz alia lex. Ideo eius iusticia est perfectissima. Nam primo vicia p fectissime extirpauit. quia omnia mala p/ hibuit et nulla permisit. Unde in hoc leges humane sunt defectuose. quia permittunt minora mala ne veniant maiora. Sicut permittuntur meretrices in ciuitate ne veniant adulteria. Ut dicit Augustinus de ordine. Uerūtamen ista mala que bono modo punire non potest relinquis diuino iudicio punienda. Ut dicit beatus Augustin⁹ in libro de libero arbitrio. Talis fuit lex Mosayca que permisit dare libellum repudij ne vxores interficerentur. Deutronomij. xxiiij. et tradere ad vsuras extraneis ne frēs ꝓpos grauarēt Deutro. xxiij. Que omnia data fuerunt populo

rudi ad euitandū maiora mala. Ideo dicit saluator Matthei.xix. Quia ad duriciam cordis eorū fuerunt permissa. Non sic autem lex euangelica. que prohibet oīa mala. quia etiā verbum ociosum. Matth.xij. Si de ocioso. mlto magis de nociuo. Si de verbo multo magis de facto. Secundo excellit in ordinatione mor. Quia fm philosophū .ij. Ethicor. Intentio legis est ciues facere bonos. In hoc autem deficit lex humana. quia de secretis cordium nō potest iudicare. sed tm̄ de exterioribus actibus. s. Regū.xvj. Homo videt ea q̄ patent deus aūt intuet cor. Similiter lex vetus in hoc fuit defectiua. ꝓpter quod antiquis doctrinis dr. Q illa lex prohibet manum nō animū. vt habet in glosa ad Philippen. ij. Sed hoc male intelligūt iudei. videlicet q̄ mala voluntas nō est peccatum nisi erupat in actū. vt patet p Josephū .xiij. lib. Antiquitatū. Et quādo arguit contra eos Exo.xx. vbi dicit. Non cōcupiscas vxorez proximi tui. Rndent. q̄ ibi nō prohibet concupiscentia interior. sed manifesta exterior id est. signa cōcupiscentie nō facias vt amplexus z oscula. Sed hoc est falsum. quia actus exterior nō habet maliciā vel bonitatē nisi inq̄ntum procedit ab actu interiori. quia peccatū nō est nisi voluntariū. Potest tm̄ intelligi sic ꝙd. q̄ lex vetus prohibet manū nō animū seu cōcupiscentiā interiorē. videlicz in vicio mechie et auaricie tm̄. Et adhuc licet prohibeat talē ꝓcupiscentiā. nō tm̄ transgressoribus infligebat penam aliquā. Et ideo in talibus inuenit imperfectio. Lex aūt euangelica prohibet generaliter cōcupiscentiā malā. et cōcupiscentibus indicit penā infligendā. Unde hic dr. Audistis q̄a dictū est antiquis. Non occides. Qui aūt occiderit. reus erit iudicio. Ego autem dico vobis. quia oīs qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Et eodem modo in aliis preceptis Ex quo patet q̄ ista lex noua nō solum ordinat actus exteriores. sed etiam interiores. Tertio excellit lex noua omnez aliā. q̄a perfectius ordinat homines ad felicitatē. Nam lex humana in hoc est defectiua. q̄a ordinat homines solū ad felicitatem politicam et terrenā. que est tranquillus status et pacificus ciuitatis in ista vita. Non autē ordinat immortale. Et ideo necessaria est lex diuina. que hoc facit. Uerū tamen lex mosaica in hoc defectiua est. q̄a beatitudo nō habetur supnaturalis nisi p grām. Romanor. vj. Gratia dei vita eterna. Hanc grām lex mosaica nō dabat. sed tamen ad eam disponebat. Propter hoc dicitur Hebreor. vij. Q nemine ad pfectū adduxit. sed hanc a christo dandā expectabat. per quam grā et veritas facta est. Johannis primo. Quarto excellit in hoc oīs leges. q̄a lucidius et planius veritatē ostendit. in quo deficit humana lex. que obscure et proxime posita est. cū tm̄ in multiplicatōe populi plures sunt rudes et grossi q̄s stabiles. Similiter lex mosaica. q̄a in velaminibus et figuris tradit veritatē de agibilibus et credēdis. In cuius figura Moyses velata facie loquebatur ad populum Exodi. xxxiij. Propter quod apostolus. j. Cor. x. Omnia in figura contingebant illis. Sz lex euangelica in hoc est perfecta. quia omnia que in veteri testamento erāt sub figuris velata. in ipsa sunt per euidentiam facti manifestata. In cuius signum in passione domini quando misteria noue legis fuerūt implera velū templi scissum est in duo media. Luc.xxiij. Propter quod saluator Johānis.xv. dicit. Uenit hora cū iam nō in proverbijs loquar vobis. sed palam de patre meo annūciabo vobis.

Dixi secundo q̄ subiungitur in duce iusticie defectio. cum dicitur. plus q̄s scribaz et phariseor. Est aūt quadruplex genus iusticie. Prima est deficiens. secunda sufficiens. tertia abundans. et quarta supererogans. Prima scilicet deficiens fuit scribarū et phariseor. quia fuit in ostentatione operis sine rectitudine intentionis. Oīa em̄ faciebant vt viderent ab hominibus Matthei.xxiij. Secūda fuit in mandicia exteriori sine interiori. Mat.xxiij. Ue vobis qui mundatis quod foris est calicis et parapsidis. intus aūt pleni estis rapina. Tertia fuit in iudicio alieno. relicto proprio. Matthei.vij. Quid vides festucam in oculo fratris tui. trabem autez in oculo tuo nō cōsideras. Romanor. ij. In q̄ alium iudicas teipsum condemnas. Quarta fuit in affectu et non in effectu. Quia habebant dei cognitionem et nō amorem. Lu. ce. xj. Ue vobis qui tulistis clauem sci-

entie. id est. cognitiõis diuine. et nõ introi/stis. scz per amorẽ. Quinta fuit in doctria. que erat eis in ore ⁊ nõ in opere Matthei xxiij. Super cathedraz Moysi sederunt scribe et pharisei. omnia quecunqz vobis dixerint facite. sed opera eorum nolite fa/cere. Et sequitur. Dicũt enim ⁊ non faciunt Et Math. xv. Populus hic labijs me ho/norat. cor autẽ eoz longe est a me. Sexta fuit in supstitione traditionũ. ⁊ transgressi/one mandatoz Matthei xv. Quare vos transgredimini mandata dei ꝓpter tradi/tionem vestrã. Septima fuit in discursu si/ne fructu. Math. xxiij. Ve vobis scribe q̃ circuitis mare et aridam vt faciatis vnuz pselitũ. et cum feceritis facitis eum filiuz iehenne duplo maiorem ꝯ vos. attrahe/bant enim gentiles ad ritum ꝓprium. Et cũ attracti fuerant ꝓpter eorũ mala exempla que viderunt. iterum ad gentilitatẽ reuer/tebantur. et ita prevaricabant legem. et sic grauius peccabant ꝯ prius. sm Hieroni/mũ. Istis autem sunt similes aliqui clau/strales. qui libenter attrahunt paruulos ad religionẽ. qui postea malis eorũ exem/plis scandalizati. fiunt magni neqz. Con/tra quos dicit Hieronim⁹. Non eo studio seruam⁹ quesita quo querim⁹. Octaua fuit iustitia eorũ in alligando et non portãdo. Matthei xxiij. Alligant enim alijs onera grauia et importabilia. Digito autẽ ea di/gito mouere nolunt. Contra prelatos ⁊ p/dicatores ac confessores multa de abstinẽ/tia et continentia et de alijs virtutib⁹ pre/dicantes. soli autem voluptuose et incon/tinenter viuentes. Nona fuit iustitia eorũ in presumptione cordis. Sicut patet de illo misero pharisco qui iactitando se de bonis presumptuose dicebat. Jeiuno bis in sabbato. Luce. xviij. Decima fuit iusti/cia eorum in exercitatione corporis ⁊ non pietatis. quia multa paciebantur sed non et pietate. id est. nõ bona intentione Ma/thei. ix. Quare nos et pharisei ieiunamus discipuli autem tui non ieiunant. Per hec ergo decem vana et superstitiosa ipsorum opera transgrediebãtur dei mandata. Et ideo iustitia eorum erat imperfecta. et per consequens defectuosa. Secũda iustitia est sufficiens. et est impletio mandatorum decalogi in charitate non ficta. quantuz ad actus exteriores. sicut fuit in veteri le/ge. Patribus sufficiebat decalogus imple/tus et charitate per actus exteriores. per quod sufficienter euadebant penã damna/tiõis inferni perpetui. licet quo ad ingres/sum regni non erat sufficiens et se. quia ia/nua nõdum fuit aperta. Similiter gratia dei cũ innocẽtia vite est sufficiens iusticia. Tertia iusticia est superabundans. Que habet fieri pluribus modis. Primo vt fi/at ex charitate. vt iam dictum est. et sic ad eam omnes tenentur sm Chrysostomum. Secundo vt impleatur. non solum actu exteriori sed etiam interiori. et vt cohibea/tur non solum manus sed etiam animus. Sic ad eam omnes tenentur scõm Augu/stinũ. Tertio vt non solum impleatur cor/poraliter. sed etiam spiritualiter intellecta. Unde non solum debet christianus non adorare deum alienum faciendo ydolum. et offerendo ei. vel flectendo coram eo. sed etiam non debet amore indebito adhere/re creature cuicũqz. vt in ea finaliter sistat. quia hoc est ydolatria spiritualis. Unde non solum non debet assumere nomẽ dei inuanum. sed etiã nec dicere verbum ocio/sum debet. Item non solum non debet ho/norare in die solenni corporaliter. sed etiã abstinere ab omni inquietudine mentis. que contemplationem eius turbare pos/set. Item non solum debet honorare pa/rentes corporales. sed etiam spirituales. Item non solum nõ debet occidere. sz nec irasci. nec maledicere. nec contumeliam in/ferre. Item non solũ non debet mechari. sed nec concupiscere vxorẽ proximi. Item non solũ nõ debet furari res ꝓximi. sz nec concupiscere. Item non solum falsum te/stimonium non dicere. sed nec verum sub/ticere nec celare. Quarta iusticia est super/erogans. sicut diligere inimicos. orare p eis. Et hec est perfectorũ. vt dicit glo. Lu/ce sexto. super illud Diligite inimicos ve/stros. licet in certo casu. etiam sit preceptũ omnibus. scz vt nullis nocemus nec op/temus malum per se. et eis benefaciamus quo ad bona spiritualia. et in articulo ne/cessitatis bona temporalia ministremus etiam inimicis. alias preter istos casus nõ est preceptum sed consilium. et hoc est de inimicis persone. quia de inimicis ecclesie nec est preceptũ nec consilium ecclesie. Et tantũ de secundo.

⁊ precepto vt consilio vnde gratia

Dixi tertio q̄ in verbis p̄miſſis tangit pene formidabilis comminatio cum dicit. Non intrabitis in regnū celoꝝ. Circa quod sciendū ſm Dyonisiū ca. üj. de celesti hierarchia. Noua lex est media inter veterem et celestē. quod patet. qa in celo dabunt aperte bona eterna. In veteri aūt solū p̄mittebant occulte. ad Hebre. x. Umbram habens lex futuroꝝ bonoꝝ. Ideo necesse fuit ponere vitam gr̄e in qua lex p̄mittit celestia aperte. Sicut ergo lex vetus p̄mittebat suis obseruatoribꝫ tē/ poralia manifeste. vt patet Deutro. vij. vbi dicit. Custodi ergo p̄cepta et cerimonias atq̄ iudicia que ego p̄cipio tibi. Et seq̄tur. Benedicet deus fructui ventris tui. z fructui terre tue et frumento tuo atq̄ vindemie oleo et armentis gregibus ouium tuarum super terram. Ubi apparet bene/dictio tēporalis in bonis terre. Sic econuerso transgressoribꝫ p̄ceptoꝝ cadē lex maledictionem tēporalē p̄dicebat Sicut patet Deutronomij. xxviij. vbi dicitur Si noueris audire vocem domini dei tui. vt custodias oīa mandata eius. maledictus eris in ciuitate. et in agro. et maledictum horreū tuum. et maledicte reliquie tue. maledictus fructus ventris tui. z fructus terre tue. et sic de alijs. que oīa sonant penam tēporalem. Quia vero lex noua p̄mittit suis operarijs vitam eternā p̄mercede Matthei. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mandata dei. Igitur econuerso suis transgressoribus cōminatur repulsam ab eadez. vt patet hic. Non intrabitis in regnum celoꝝ. Et quibus patz q̄ sicut iusticie legis christi obseruatiōis est maximus fructus. sic et transgressionis est maximū damnū. Sed quia deo p̄picio intendimus euitare damnū et consequi fructum. Ideo breuiter videndū est de eius fructu. Est autem eius fructus tam in vita p̄senti q̄ in vita futura. Nam ipsa iusticia est munimentū p̄liantis. instrumentum iudicantis. et ornamentū triumphantis. De primo q̄ iusticia est munimentum p̄liantis. Comparatur eīm lorice. Juxta illud Ephes. quinto. State induti lorica. Est eīm lorica genus armoꝝ defensiuoꝝ et inuasiuoꝝ. et disponit hominē ad sustinendum inuasiones aliorum sine lesione vulnerum. Isto modo iusticia munit hominem inter p̄secutiones. ita vt nichil ei noceant si iusticiam habeat. Matthei. v. Beati qui p̄secutionē paciūtur p̄pter iusticiam. Et p̄ma Petri. iij. Et quis est q̄ vobis noceat si boni emulatores fueritis. Ista lorica debet indui homo vt oīe op⁹ suum iusticia reguletur. Justiciam hic intellige virtutem generalem ad oīe opus bonum. ſm Chrysostomū. Unde sicut lorice armavalent ad caput. brachia. manus et corpus. ita iusticia ad omnes virtutes. Unde de viro iusto dicitur. Indutus iusticia vt lorica. et galea saluris in capite eius Isaie q̄nquagesimo nono. Dine Gregorius. xix. Moralium. capitulo. xij. exponens illud Job. xxix. Indutus sum iusticia et vestiui me sicut indumento. Dicit sic. Ille iusticia sicut indumento vestitur. qui se vndiq̄ bono opere protegit. et nullam partē actionis sue peccato nudam relinq̄t. Secundo iusticia est instrumentū indicantis Unde comparat regule seu mensure. vel linee qua regulatur opus. Sine enim iusticia nullus bene iudicat. nec disponit. Carbomus qui cedit et planat lapidem. duo semper facit in prompto. scilicet regulam et martellum. Cū martello percutit. z cum regula dirigit et examinat planiciem Ita bonus iudex vel p̄latus duo debet habere in manibꝫ. Malleum ad corrigendum delicta. et regulam legis et iusticie ne fiat excessus in vindicta. Isa. vicesimo octauo. Ponā iudiciū in pondere. et iusticiā in mensura. Unde Augustinus de doctrina christiana. Peruerse plus amas mortem q̄ vitam. Male mori times. et male viuere non times. Corrige male viuere. time male viuere. sed noli timere. quia nō potest male mori q̄ bene viuere. Dec Augustinus. Ecce quantum valet iusta vita. Tertio iusticia est ornamentū triumphantis. Unde cōparatur corone in ludis agoniarum. Sicut in palestra vel cursu brauium proponitur in fine stadij. et illud est p̄miū certantis. Sicut tāgit apostolus .j. Corinth. ix. Stadium in quo certamus

¶ Dnica sexta post trinitatis

et currimus est vita presens. cuius termi/nus est mors. In isto termino reponitur merces nostra finalis iusticia. Ecclī ḡrto. Usq; ad mortem certare pro iusticia. Bz certe contingit quibusdam in currendo q̄ deficiunt in via a triumpho. Sicut contigit Achilete ẽgini. De qua narrat Ouidius. r. Methamorphoseos prope finem. que tante agilitatis extitit in currendo. q̄ nullo viuente vinci potuit. nec aliquem virum dignabatur accipere nisi qui eam cursu vicisset. Et simul cum hoc fuit tante venustatis et pulcritudinis. q̄ ab omnib⁹ nobilibus hominibus amabatur. Currunt multi ofīces nuptias affectantes. sed deficiunt omes et capitibus plectuntur. Tandem iuuenis quidam ypomeneus informatus a venere nuptias Achilite offert se certari. Cui venus tria aurea poma dederat vt ea iuxta stadiū proiceret. et sic a cursu suo faceret virginem retardare. currūt agilime hinc et inde. Incipit ypomeneus fatigari proiecit pomum aureum. Illa videns pomum diuertit se a stadio. z ille eam preterijt et precucurrit. Illa deuiationem velocitate compensans celeriter eum attigit. Ille proiecit secundū pomum. de quo consimiliter illa fecit. tandem cum prope esset metam fortiter proiecit tertium. z lōgius a stadio q̄z prius. Illa cupiditate illecta cucurrit etiam ad pomum. et interim ypomeneus terram contigit et metam. et sic de virgine triumphauit. Sic in cursu vite presentis anime nostre tanq̄z pulchre virgini ad ymaginez dei create. cursor dyabolus. qui non potest eam virtute et velocitate vincere. vincit eam arte. proiciens tria poma. scilicet lasciuie iuuenibus. superbie viris. auaricie senibus. Et si cōtingat q̄ quis non capiatur duobus pomis primis. difficile tamen euadit tertiū. et sic a triumpho retardabit. Ideo necesse est ab istis pomis abstinere. Iuxta illud. j. Lor. nono. Omnis qui in agone contendit ab omnibus se abstinet Ecclesiastici. xv. Qui continens est iusticie apprehendet eā. Sic certauit Paulus. ij. Thimo. quarto. Bonum certamen certaui. cursuz consumaui. Ideo de reliquo reposita est mihi corona iustice. Que est quadruplex. Nam iusticia corozat corona de spina. corona de oliua. corona laurea, et corona aurea, Corona spinea datur peccatoribus propter remorsum conscientie ex peccato Isaie. xxij. Coronans coronabit te dominus tribulatione. Narrat Plinius in historijs libro vltimo. Q̄ corona qua coronabatur cesar rome olim fuit spinea. In signum q̄ difficile est in honore esse sine punctione. Secundam coronā dat de oliua penitētibus. quibus iusticia imponit opera pietatis et elemosyne. Danielis quarto. Peccata tua elemosinis redime. Narrat valerius libro .ij. capitulo p̄mo. de institutis Athenieñ. Q̄ Athenienses primo coronauerunt perichilem de duobus ramis oliue contextis adinuicem. Et postea statuerunt q̄ quilibet bonus ciuis sic coronaretur. Et nos sumus ciues ecclesie. Ephes. ij. Estis ciues sanctorum et domestici dei. Hij debēt coronari operibus pietatis. j. Thimo. ḡrto. Pietas ad oīa valet. Ecclesiastici. xxxij. Ornamētū gratie accipias coronaz. Tertiam coronā dat lauream iusticiā viris p̄fectis et coronam sapientie. qua virtuose se gerant in aduersitatibus et vincant vndiq̄z. Narrat Suetonius de vita duodecim cesarum. q̄ supra modum expauit tonitrua. Unde semper gestabat coronā de lauro. quia illa arbor prohibet fulmina. Sic nos portemus coronam sapientie et iusticie. ne feriamur fulmine diuine sentētie. Luce. xvij. Sicut fulgur choruscans de sub celo in ea que sub celo sunt fulget. Ita erit aduētus filij hominis in die suo. Ecclesiastici p̄mo. Corona sapiētie timor domini. Quarram coronaz dabit iusticia aureaz in vita futura. videlicet coronā glorie. Ecclesiastici. xly. Corona aurea super mitram eius Isaie. xxviij. In die illa erit dominus corona glorie et sertum exultationis residuo populi sui. Quā nobis concedere dignetur pater et filius et spiritus sanctus. Amen.

¶ Q̄ ¶

Unde nota q̄ q̄muis omnibus precipiatur iusticia ideo q̄ portam celestis regni nullus intrare potest nisi iustus. Psalmista. Hec est porta domini. iusti intrabunt in eam. Scōm Tulium de officijs cap. duodecio principibus et prelatis maxime est necessaria. Unde eis dicitur specialiter illud Sapientie p̄mo. Diligite iusticiā qui iudicatis

nō h̄ gñlr de historia q̄ plin⁹ dicit et fm̄ magiē p̄ pbo vbi supra de fabula

terrā. Nihil ēm ita claruꝫ reddit ꝓncipeꝫ sicut iusticia. eo ꝙ eius splendor inter omnes virtutes est maximus. vt dicit Tulliꝰ ħ. de officijs. capᵒ. quarto. ex qua boni viri nominantur. Et Phūs ānto Ethicoꝝ dicit. Q ipsa est preclarissima virtutum. Et quo prouenit. ꝙ principes scribuntur preclari non solum in hac vita sed etiam in futura. Eo ꝙ fm Tulium vbi supra. Fundamentū perpetue cōmendatiōis et fame. iusticia est. sine qua nihil potest esse laudabile. Unō in psalmo. In memoria eterna erit iustꝰ. Istud pz de imperatore Trayano. cuius laudes supprimi nō possunt. pro quo Gregorius legitur orasse. et animam eius de penis liberasse. Sed si queris in quo consistit hec iusticia Respondeo scōm Macrobium ꝙ in hoc si vnicuiq; sua reddantur fm Augustinū. xix. de ciuitate dei capᵒ. ꝓmo. Cuius tanta vis est vt etiam latrones sine ea substare non possunt. scōm Tullīū libro scdo. capᵒ. iij. Sunt partes eius lib. j. ō officijs quatuor. Prima pars in deum. vt que dei sunt deo reddantur. Hec intantum necessaria est vt fm mensuram timoris dei principes timeant. Unō dicit Ambrosius ad Theodosiū. Si vis diu regnare esto deo subiectus. Et ħ princeps debet instrui ad humilitatem. Quia licet se sciat dominū esse. debet tamen recordari quia etiam habet supra se dominū vt dicit Policratus libro. iij. capᵒ. vij Unde Deutrono. precipitur ꝓncipi vt discat timere deū et custodire verba eius. t vt nō eleuetur coꝝ eius in superbiam vt lōgo tēpore regnet ipe et filius eius. Ecce expresse habes ꝙ principatus taliū perpetuat q̄ iusticiaꝫ seruant. patet de Tarquino. qui propter superbiam suā nouissimus regnauit. post quē consules sunt inuenti. Plena est historia illoꝝ qui per superbiam et iniusticiam ceciderūt. Secūda pars iusticie est in patriam. vt scilicet defendatur et in pace conseruetur. Tertia pars est in parētes. vt honorēt et conseruent. Quarta in omnes. Scōm hoc describitur iusticia est tribuens vnicuiq; q̄d suū est. superiori scz deo honorem. equali consiliū et auxilium inferiori custodiam et disciplinam. Interdum tamen est talis ordo. vt dicit Policratus libro ārto. capᵒ. iij. Q princeps tunc gerit fideliter suū ministeriū cū sue condi-

tionis memor vniuersitatis se personā gerere recordat. et se non sibi suā vtā sz alijs debere agnoscat. et cam illis ordinata charitate distribuit. Totū ergo se deo debz. sz plurimū patrie. multū parentib; et propinquis. extraneis minimū. itaq; debitor est sapientib; et insipientib; pusillis et maioribus. Hoc contra illos qui libenter et ociosius audiūt causam potentū q̄ pauperū. cum tamen omnib; debitor est. Hec ergo iusticia requirit in principe vt vtilitatē rei publice ꝓponat vite ꝓprie. multo magis volūtati sue. Sicut fecerunt antiqui vt ait Augustinus libro primo de ciuitate dei. capᵒ. xij. Et Tulius libro primo de officijs. capᵒ. iij. Et Valeriꝰ libro septimo de Codro rege Athenienſi. qui pro liberatione ciuitatis seipm morti exposuit. Ideo Policratus libro ārto. capᵒ. v. Attendant ergo qua necessitate astrict⁹ est ad faciendā iusticiā princeps subditis. vt nisi ꝓpter illā ꝓnceps esse non meretur. Si ēm non esset opus iusticia. nec opus esset ꝓncipe. Unde fertur. ꝙ cū Alexander Bragmanos subiecere vellet ad quē ipi rescripserūt. Audimus inuictissime rex ꝓdia tua. et felicitatē victorie vbiq; subsecutā. Sed q̄d erit. habetis satis si totus non sufficat orbis. Diuitias non habemus. quarū cupiditate nos debeas expugnare. omnia bona omnib; cōmunia sunt. Ista est nobis pro diuitijs pro cultibus et auro vilis vestis. femine nostre non ornantur vt placeant. Nescīt enim affectare in pulchritudine q̄ nate sunt. Antra nobis in vita tegumentū. In morte sepulturam prestant. Regnū habemus non pro iusticia sed nobilitate. Quem enim locum haberet vindicta. vbi nulla iniuria. Hec audiēs Alexander eos in pace dimisit. Secundo astringitur ad iusticiam. quia si fuerit iniustus principatus eius deficiet. Juxta illud sapientē. Regnum a gente in gentem transfertur ꝓpter iniusticias iniurias contumelias et diuersos dolos. patet de Saule et alijs. Unde frustra recurrit ad munitiones si deū habet iratum. Unde iniusticia est cū nocet vt nocenti non resistit. Contumelia est quando manifeste per superbiaꝫ quis opprimit. alium nec ei honorem quem debet impendit. Dolus est quando aliud agitur aliud cogitatur. Iniuria est quādo alteri infert

quod sibi non vult. hec subuertunt cathedras presidentiū principum. et sic de alijs.

¶ Dñica sexta post trinitatis. II

Sermo. XCV

OMnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Mathei. v. Inter cetera que hominem elongant a deo. vnum est fraternū odium. quod ex ira sepius generatur. per ꝙd charitas dei et proximi faciliter amittitur. et in homicidium vel corporale vel spirituale peruenitur. Istud patet de impijssimo Cayn. qui factus iniustus per iram recessit a deo. et fratricidium cōmisit occidendo Abel fratrem suum. Unde Sapientie decimo de eo dicit. Ab hac scilicet sapiētia diuina vt recessit iniustus in ira sua homicidij. id est. per iram suā. ſm Robertū bolgoth fraternitas deperijt. id est. cessauit eē fraternitas. vel per iram homicidij frater deperijt. id est. amor et gratitudo que inter fratres debet inueniri. Propter quod Cayn factus est vagus et profugus a facie domini super terram. vt dicitur Genes quarto. Ad figurandum ꝙ homines irascendi elongantur a deo per iracundiam. Hec mirum. Nam cum deo sit cōnata pietas et mansuetudo. profecto quisquis ab hac degeneret per iracundiam vel furorez a diuine similitudinis participatione elōgatur. Propter quod Augustinus exhortans in sermone. viij. ad heremitas dicit. Discite fratres mei ab illo qui dixit se humilem esse et mitem. discite opere quod se pelegistis ore. Sol non occidat super iracundiā vestram. Si em̄ frater tuus in te peccauerit. vade ad eum et inuita eum ad pacem. Da ei osculum. et lucratus es fratrem tuū. Tu vero qui offendisti nō differas pergere. non differas fratrem reconciliari. vade ad eum pete veniaz. Et si verbo offendisti. et tu verbo reconcilia. Si vero facto. ꝺ deus auertat. placa eum facto. Sic em̄ decet seruos dei facere. sic eos decet demones expellere. et sanctos angelos introducere. Nam vbi ira regnauerit ibi omnino princeps dyabolus erit. nec inde aliquid boni exire poterit. Fugiamus igitur fratres iram. que rationez suffocat. mēsuram iusticie ignorat. solem iusticie nescit amicicias rumpit. de facili aufert pacē mētis. sapientiam calcat. sapientes infatuat. monachos deuincit. sacerdotes suffocat. castitatem euacuat. grauitatem in pastoribus dilacerat. Nec ira repletus cōsilij potest esse efficax. Hec Augustinus. Cū igit tot et tanta damna ex iracundie vicio proueniant. et presertim quia iracundus i corde suo dyabolo principi locuz parat. Qui quidem dyabolus tanq̄ princeps mundi iam iudicatus est. vt dicitur Johānis. xvj nō immerito quilibet iracūdus tanq̄ membrū suū sibi conforme et adherens. cū ipo consimili. sicut dignus est supplicio. sic et cōsili plectendus est iudicio. Dinc igitur recte per saluatorez dicitur. Omnis ꝙ irascitur fratri suo reus erit iudicio. In quibꝰ verbis saluator detestatur iracūdie vicium ostendēs imminēs periculū. Circa quod considerare debemus tripler genꝰ ire. Est em̄ ira impiorū culpabilis et nociua. et per consequens detestabilis et fugienda. Secunda est iustorū ira cōmendabilis et proficua. et per cōsequens amplexabilis et prosequenda. Tertia est ira diuinorū iudicioruz formidabilis et ardua. et per ꝙsequēs vitabilis et timenda.

¶ Dixi primo ꝙ in verbis premissis considerare debemus ꝙ ira impiorum est culpabilis et nociua. et per consequēs detestabilis et fugienda. Ira ira. vt dicit Augustinus nō est aliud nisi appetitus vlciscendi. Que quidem ſm Henricū de Urmaria libro ꝓmo de perfectione interioris hominis. ca. iiij. Eo ipo deordinat hominez. et q̄ntum ad deum et q̄ntū ad proximū. ꝺa vult expetere vindictam ex se. quam a solo deo debet expetere. vel etiam a iudice sub deo constituto. Cuius tria sunt genera ſm Serapionem in collationibus patrum. Primum quidem per cōmotionem anime solum intrinsecus exardescit. et fit ex causa leui et subita. vel ex leui vel ex facili facto vl̄ verbo. vel ex sola vacua suspitione. ſm quam vt dicit Hugo in libro de profectibus nouiciorum. etiam contra insensata cōmouemur et irascimur brutis et lapidibus et ligno. Unde autem hec generat̄ dicit Augustinus in epistola ad Nebridium. Ex affectu turbulento auferēdi ea q̄ facilitatē

actionis impediunt. Idcirco non homini bus plerūq; sed etiam calamis irascimur scribendo et eos confringimus et collidi/ mus. et aleatores tasseres. et pictores pin/ sulas. et quilibet illud ex quo se difficulta tem facti arbitrat. Et huius autem ire as/ siduitate dicunt medici fel crescere. ex cui⁹ cremento facile homo etiā sine oīi causa irascitur. Hec ille. Et hanc dicit Augusti/ nus in sermone. viij. ad heremitas irā hu/ manā. quia humanū est turbari et irasci. Et irā incurrere bonorū et malorū condi tio est cōmunis. sed in ira perseuerare vel odio dyabolicū est. Secundū genus ire ē quod extrinsecus in verbū vel opus pro/ rūpit fm Henricum vbi supra. Vel est ve hemens inflāmatio cordis. ex qua quādo q; facies inflāmat. fm Hugonē. Aliquan/ do etiā gestus et mores mobilitate quadā notabili agitant. ex qua interioris animi cōmotio demonstrat. vt sternutatio nariū pallor. rubor vultus. depressio palpebra/ rū. tremor labiorū. et inquietudo toti⁹ cor poris. Aliquando per verba erūpit in cla/ mores vel in cōuicia. contumelias. maledi ctiones. et minas. et periuria. z blasphemi as. Aliquando q̄si febris concutit corpus q̄si frenesis mentez in furorē vertit. Aliq̄ manus leuat ad ledendū aliū. Aliquando semetip̄m. ita vt sibi quādoq; inimicatur. et ea que parauerat abiciat et destruat. Ali quando non sinit audire que dei sunt et si bi vtilia. vt cibum. et huiusmodi. et multa alia ira operat. pacē cordis turbat. ratio/ nē obnubilat. et memoriā confundit. et si/ cut fumus hominez de domo expellit. ita ira spiritū sanctū. qui tantūmodo sup quie tum requiescere querit. de cordis habita/ culo excludit. Hec Hugo. Tertiū genus fm Henricū est perniciosum. quia non vt illa duo ad horam digeritur. sed p plures dies et tempora diutius reseruat. Et hec fm Hugonē est diuturna commotio q̄ ali quādo rancorē fouet. Hanc Augustinus vocat sup ps. liij. odium. quod sequit ex inueterata ira. Unde ira est quasi festuca. sed odiuz trabes. q̄d tunc fit quando iusti doloz admixta dulcedo diutius eā i vase detinet donec totū aceſcat. vasq; corrum/ pat. vt Augustinus dicit ad Dyoscor. De istis generib⁹ quidā habent primū. q̄dam secundū. q̄dam tertiuz. Et isti sunt pessimi fm Hugonē. Quāuis aūt prima species non sit interdū ira nociua et culpabilis. q; vt frequēter est venialis. tū est cū aliis duabus fugienda. q̄a est periculosa. Est autez ira sic culpabilis periculosa homini et tri bus. Primo. quia facit iniuriā deo. proxi/ mo. et p̄rio subiecto. Subtrahit enī effec/ tū deo sue potentie. proximo affectū bene uolentie debite. et p̄rio subiecto aspectum rationis et intelligentie. Primo enī contra nit deo ratione potentie. culpas iudiciali/ ter vindicare. bonos spūaliter inhabitare. et eis liberaliter bona sua legare. Sed cō/ tra ista iniuriat deo iracundus in oīib⁹. Primo aufert a deo vindictā. q̄a ira est de/ ordinatus appetitus vindicte. Et deus di cit. Mihi vindictā et ego retribuā. Roma nor. xij. Et Deutro. xxxij. Hec est vsio et ego retribuā. Deus enī duo sibi reser/ uit. gloriā z vindictā. Alterū aufert super bus. alterz aufert iracundus. Isaie. xlviij. Gloriam meā alteri non dabo. Secundo iracundus deo iniuriat. q̄a expellit eum a quiete sue habitationis. Unde in psalmo In pace factus est locus eius. Ira autem turbat pacem et destruit. Prouerbior. xv. Vir iracundus prouocat rixas. Domū q̄ tota die moueret et tremeret nullus mag/ nus domin⁹ libenter inhabitaret. Tertio deo iniuriat impediendo ne legatū dei sta re possit. Legauit enī deus pacē hominib⁹ Johannis. xiiij. Pacem meā do vobis pa cem meā relinquo vobis. Et ideo iracun/ dus tanq; excōmunicatus est vitandus. Prouerbiorū. xxij. Noli esse amicus homi ni iracūdo. neq; ambules cū viro furioso. ¶ B ¶ Secundo principaliter ira sub trahit proximo affectū debite benivolen/ tie. Tenemur enī proximi seruare substan tiā. famā. et personā. Et contra ista ira com pellit ad nocendū proximo. in substantia depredando. in fama diffamando. in pso/ na trucidādo. Ecclesiastici. xxvij. Ira z fu/ ror vtraq; execrabilia. Et Ecā. xxj. Obiur gatio et ira anichilant substantiam. Dicit Aristotiles. iij. de animalib⁹. Q̄ apis cum eicit aculeum morit. Et ira est moraliter d iracūdo et appetitiuo vindicte. Dū enī ex/ ercet malicia suaz contra proximū verbo vel opere. ledendo in substantia. psona vel fama. prius interficit spiritualiter semet/ ipm. Job. v. Virum stultū interficit iracū

dia. Tertio ira ꝓprio subiecto subtrahit et destruit tria bona. Ira nanq; destruit honestatē corpalis dispositōis. impedit potestatē naturalis rōnis. ⁊ minuit q̄ntitatem vitalis duratōnis. Primo igit destruit honestatē corpalis dispositōis. q̄ntūcūq; ꝑsona sit pulcra subuertit oculos. vel gene sūt nimi rubee vel nimis pallide. gest⁹ tremulus. lingua cespitat. ⁊ tot⁹ homo dehonestat. De isto loquit Seneca ca. ij. et. iij. de ira. Nihil eque ꝑfuit iratis. sicut intueri deformitatē rei scz ire. Nam in ea facies turbationū ora pulcerrima fedat. torquos vultus et tranq̄llissimis reddit. linquit decor oīnis iratos. Et seq̄t. Qualē putas cē animū. cū ymago tam feda. Ideo dixit quidā ꝑhus. q̄ ideo iratꝰ ꝑfuit aspexisse speculuz vt ymago repcussa oñderet homini suā deformitatē. Hec Seneca. Idē in lib. de ira dicit. Nulla facies terre q̄ntūcūq; agit est ita turpis sic hois ira flagrantꝰ. Narrāt fabule q̄ minerua aliq̄n est delectata ī musica tibiaz. cuz q̄ semel inflaret tibias iuxta quendā fluuiū. vidit buccas suas turpiter tumescētes statī fistulas suas ꝓiecit. Minerua est dea sapīe. ⁊ sapientes sunt interdū indignātis nature Eccs. j. In mlta sapientia est multa indignatio. Contingit q̄ q̄ aliq̄s sapiens ꝑ motū iracūdie q̄nq; tangitur sed statim sicut sapiens cōsiderat indecentiā sui status et alias sibi cauet. Secūdo impedit prātez naturalis rōnis Iuxta illud Catbonis. Ira impedit animū ne possit cernere vez. Et ido dyabolus facit sicut astut⁹ piscator. q̄ q̄n facilius vult decipere pisces. turbat aquā. ⁊ tunc est secur⁹ q̄ nō poterint p̄uidere rethe suū. Eodez mō dyabol⁹ facit in congregatiōe q̄ntūcūq; pt ī mittit turbatōez ꝑ aliquē iratū in totā cōgregatōez. ⁊ tūc ducit eos ad petā ⁊ ad malicias excogitādas. sicut sibi placet. ⁊ totaz congregationez reddit fatuā. Dicit Aristo. j. Thopicoz. q̄ irascibilis nō imperat rōnali nisi cū fuerit puersa anima bois. Et ira q̄n puersa fuerit aīa. dominat ⁊ nūq̄ alias. Dicit aūt Aristotiles. j. Elencoz. q̄ ista est cautela specialis zophiste. vt videlicet ꝓuocet sociū ad iram. quia impedit eum. ⁊c. Iste zophista est dyabol⁹ Eccī. xxxvij. Qui zophistice loquitur odibilis est. Item dicit Aristotiles ꝓmo de animalibz. capl'o. ij. Q̄ ista tria coniungunt. ira. insipientia. et indocilitas. Et ponit exemplum de apro agresti. Et ira est moraliter. Iracūdus nūq̄ bene docebitur. Et ideo bene dicit Ecclesiastes. vij. Ne velox sis ad irascendum. quia ira in sinu stulti requiescit. Tertio ira minuit q̄ntitatez vitalis durationis. Animalia em excessiue colerica sunt naturaliter breuis vite. Sicut maxime patet de cane. Et hoc est quod dicit Eccī. xxx. Zelus et iracundia minuent dies. ⁊ ante tempus senectā adducent. Unde antiqui dixerūt iram esse breuē insaniā. ſm Senecam. iij. de ira. Eque em impotens sui est decoris oblita. Hec est igitur ira ꝑcipue cauenda. que iustum canem facit. et quēlibet cum intuadit facit iniustum. Iuxta illud Jacobi. j. Ira em viri iusticiā dei non operatur. Un ira merito comparat cuidam gemme que vocatur onix. cui male ꝓprietates attribuūtur in lapidario. capitulo. ix. Ad collum suspensus onix in magicam versus ligat insomno lemures. et tristia cuncta figurat. multiplicat lites. et cōmouet vndiq; ritas Hec gemma venit de Jndia et de Arabia et nullam bonā virtutem dicitur habere. Et merito designat iracundiam que ad nihil vtile valet. Sed sapere facit lemures. id est. dyabolicas ymaginatiōes. seu ymagines que irruunt in hominē et turbant cerebrum. et cōmouent lites et ritas. Prouerbioz. xxvij. Graue est saxum et oneroza arena. sed ira stulti vtroq; est grauior. Unde Seneca de ira. iij. assimilat iram pestilentie. Et dicit. Sicut contra pestilentiaz nulla bona dispositio valet. ita nec contra iram aliqua compositio morum. Sz tam bonos mores q̄z malos corrumpit ⁊ lacesit. Sed tamen sicut in lapidario dicit cōtra maliciam predicte gemme inuenit virtus alterius que vocatur Sardius. in cuius presentia nō potest onix nocere. Moraliter autem ista secūda gemma designat pacientiā Prouerb. xv. Responsio mollis frangit iram. Seneca. iij. de ira. Si amicus est qui offendit. fecit quod noluit. Si inimicus. fecit vt debuit. Propter hec dāna et pericula ira a sapientibz est fugienda. Nec miruz. Est em ira sicut febris accuta. quā omes fugiūt. cuius accidentia sunt q̄ homo habet continuū calorem ⁊ sitim maximā. ſm Constantinū libro. vij. viatici capitulo. de causis. Et isto mō est de iracūdo

homine qui ad quodlibet verbum statim calorem suū exurit gestu verbis et vultu. habens sitim maximā vindicandi. et talis incendit oēs vicinos suos pro nichilo. Nec solum quēlibet incendit. sed quod deterius est intoxicat. Nam similis est cuidā animali. quod dicit Abbane. De quo dicit pbus. ij. de animalibꝫ. q̄ est animal magnitudine quasi cerui. quod contra consuetudinē omniū animaliū habet fel in aure. Sic iracūdus q̄ntumcūq; ei māsuete dicatur oīa accipit cum amaritudine. et sp amare respondet. Unde ei potest dici illō Actuū. viij. In felle amaritudinis video te esse. Et tm̄ de primo.

Dixi secundo q̄ secūda ira est iustoꝝ cōmendabilis z pficua. et p̄ p̄sequēs amplexabilis et p̄sequēda. Ista ira vocat ira per zelū. Hec est ira de qua dr̄ in psalmo Irascimini z nolite peccare. Pro q̄ sciendū q̄ iusti et electi in p̄nti sic imitant xp̄m p̄cipue in misericordia et pietate et mansuetudine ita etiā in seueritate z ira. Xp̄s em̄ i p̄priis iniurijs fuit pius et māsuet⁹. sed in dei iniurijs fuit multū seuer⁹ z q̄si irat⁹. Sicut patet de ipo q̄n̄ dyabolū ipm̄ tēptantem et sibi iniuriantē i p̄pria psona nō increpauit. Q̄n̄ aūt ventū est ad dei iniuriā. scz cum secit adorari. ipum serioſe repulit dicens. Vade sathana. Ibi enim erat iniuria dei. trāsferre honorē dei ad dyabolū. Et ideo q̄si irat⁹ z zelo p̄citat⁹ divino dixit. Vade retro sathanas. Sil'r Petrū increpauit q̄n̄ gloriā ei⁹ eternā impedire voluit dicēs Faciam⁹ h̄ tria tabernacula. sz audiuit. Vade retro sathanas. Quotiēs ꝫ xp̄s in psona p̄pria p̄uiciabat inique pacienter sustinuit Q̄n̄ āt honor dei minuebat nullo modo tollerauit. Et hec p̄prie dr̄ ira p zelū. nō autez ira simpl'r. Exemplo igit̄ iſti⁹ magistri optimi iniurias nr̄as pacienter ferre dēm⁹ Iniurias p̄o dei nequaq̄ sustineam⁹. Duplicit̄ aūt homini iusto p̄mittit irasci. licet im̄ p̄prie tūc irasci dicat. quia nō est ira p viciū. q̄ nullo casu p̄mittitur. sed per zelum. que non solū p̄mittitur. sed etiā p̄cipitur et multipliciter cōmendat. Just⁹ em̄ cōtra duo debet irasci. que ipe contra deum vel primū cōmittit. scz cōtra vicia propria et contra vicia p̄rimi. que in deū cōmittūt De p̄ma ira in psalmo. Irascimini et nolite peccare. Irascimini ſm Innocentiū vobismetipis p̄pter peccata vra. z amplius nolite peccare. Et ita ſm Innocēciū p̄ceptio est de hac ira. Unde Henric⁹ de Almaric de pfectiōe interioris hois li. j. cap. iij. dic. Q̄ in his p̄bis ostendit qualiter z quibus modis nobis vtile sit irasci. q̄a cōtra nosmetipos et cōtra passiones viciosas in nobis surgentes. nobis salubriter cōceditur irasci. cum dr̄. Irascimini et nolite peccare. Inuenit itaq; irasci salubriter. scz nobismetipis z nostris suggestionibꝫ prauis. et iubemur nō peccare. ipas passiones restringendo et eas ad effectū noxiū non p̄ducendo. Et ideo cū ap̄lus dixisset. Irascimini z nolite peccare. subiūxit. Sol nō occidat sup̄ iracūdiā vestrā. et nolite locū dare diabolo. Hec ille. De secunda ira scz qua debemus irasci cōtra vicia primoꝝ. q̄ cōmittunt in deū. Et dico notanter q̄ cōmittuntur in deū. nō in nosmetipos. q̄a iniurias nostras pacienter tollerare dēmus Iuxta illud Matthei. v. Ego dico nolite resistere malo. Et apostolus. Non vosmetipsos defendentes fratres charissimi.

Sed diceres. ergo non est iniuria p̄o sequenda coā iudice. scz pacienter tollerāda Rñdeo q̄ xp̄s z ap̄lus p̄hibet resistentiaz temerariā z defensionē q̄ fit p illos q̄ defendi aut resistēdi nō habēt p̄tem. Unde simplex psona non debet p̄pria auctoritate mouere bellū p̄ rebus suis repetēdis. sed debet implorare auxilij superioris. Non ꝫ p̄hibet nobis defensio iuris quelibet. sed solū illa q̄ fit p̄pria temeritate Nā scz hoīs p cipiat vt dimittat rancorē statī ꝫ primū ꝫ ipz q̄s peccat. etiā si ñ sit rogat⁹. etiā signū rancoris in exteriori p̄uersatōe si fuerit petitus. nō aūt ei p̄cipit vt cedat actiōi iuris z suā iniuriā nō p̄sequat in iudicio. q̄a hoc est solū p̄fectoꝝ. Iuxta illud. Tollenti tunicā relinquendū est ei z pallium. Matth. v.

Sed diceres quare deus voluit p̄hibere nobis vindictā nr̄aꝝ iniuriaꝝ. cū ita malus homo iniurias nobis peccat cōtra caritatē p̄rimi. sicut iniurias deo vni peccat cōtra charitatē dei. cum vtrobiq; peccat cōtra deum. q̄a prim⁹ in deo est diligendus. Rñdeo q̄ h̄ est ideo. q̄a nullus est dam̄nus dex in p̄pria causa durāte offensa fraterna Sicut dicit Tullius. Hoc aūt fit p̄ter i

peditū iudiciū rōnis in hoīe q̄d in ꝓpria iniuria maxime turbat. Propter q̄d nō solū sancti sz etiā phi gentiles legunt a ꝓpriarū iniuriaz vindicta abstinuisse durante ira. Sicut legit in vitis phoz de Archita tharentino. cui⁹ Pitagoras z Plato discipuli fuerūt. Qui irat⁹ villico ꝓpter quendā excessum. legit dixisse. Sumerē a te supplicium nisi iratus essez. Maluit em̄ impunitū relinquere seruū q̄m in ira iuste punire. Idez legitur de Platone cū seruū verberare voluisset z iratus fuisset. Interrogāti Spōsippo amico suo q̄d faceret. dixit. Exigere volo plagas ab homīe. sed q̄a iracund⁹ suz timeo excedere modū. Tu ergo Sponsippe exige. Idem legit de Plutarcho. q̄ cum seruū verberare iussisset et seruus sibi dixisset. Et hoc te iam non habeo vt sapiētez z pbm. quia iratus es. Respondit. nūquid q̄a te vapulo. irasci tibi videoz. Est ne ira in me. quia a me debitum accipis. Non sic aūt est in iniurijs dei. pro q̄bus nos ꝓtingit moueri zelo amoris z diuine dilectionis. Et dico notanter zelo dilectionis diuine. Nam plures sunt q̄ etiā iniurias diuinas vindicāt animo furibūdo z nō caritatiuo Quales fuerūt duo apli sc̄z Jacobz Johannes. De q̄bz Luce. ix. dicit. Q̄ cū samaritani xp̄m nollent suscipere hospitio. ipsi perebant ignē descendere de celo ad cōsumendū illos samaritanos. Qui licet dixerūt bono zelo fm Bedam. tamē indiscrete q̄a tanḡ impacientes. et sicut adhuc carnales volentes vindicari. Et ideo rep̄bendunt a xp̄o de indiscretione fm Ambrosiū et de impacientia fm Bedam. Unde eis dicitur. Nescitis cuius spūs est̄. quia fm Liram. In nouo testamento quod est lex amoris non timoris sicut vetus testamentū. procedendū est suauiter et benigne. fm Liram. Unde subdit ibidem. Filius hominis non venit homines perdere. statim sz inferendo penā mortis sicut vultis. sed sanare. In hoc datur exemplum prelatis vt non statim cum impetu peccata puniāt sed tempus et locum expectent. fm Liraz. Hoc est quod dicit Bernhardus ad prelatos. Et si correctione est opus. paterna sit non tirānica. Talis ergo ira que fit de iniuria dei. laudabilis est. dūmodo sit discreta et bono zelo facta. Unde in hoc casu q̄ irascitur tali modo scilicet ex causa iniurie diuine non fratri irascitur sed vicio fratrio vt dicit Rabanus super Mattheū. Sine em̄ tali ira nec doctrina proficit. nec iudicia stant. nec crimina cōpescunt. Itaq̄ qui cū causa nō irascitur peccat. Pacientia em̄ irrationabil' vicia seminat. negligentiā nutrit. et non solum malos sed etiam bonos inuitat ad malum. Inquit Chrysostom⁹ superverbum nostri thematis. Sed certe sunt nōnulli qui sub specie virtutis et zeli vltionis diuine iniurie palliant peccatum ire. In quib⁹ ira sub triplici specie virtutis se occultat. Primo quidem sub specie zeli iusticie et rectitudinis. De quib⁹ dicit Gregorius. xxv. Moraliū. Plerumq̄ mentē sub obtentu iusticie ire immanitas vastat. et dum scuit ex zelo rectitudinis. rabiem explet furoris. Justeq̄ se facere existimet. quicquid ira nequiter dictat. Secundo se occultat sub specie charitatis et vtilitatis proximi. Quod maxime apparet in illis qui dicunt se non irasci proximo. sed eius vicijs. quia res gesta per eum vergit contra ipsius salutem. Sed in hoc plerumq̄ homines decipiuntur. quia talis indignatio nonnūq̄ procedit ab eodem fomite. q̄ nō a charitate creditur emanare. Nec mirum scōum Henricum de Urmaria. si in hoc homines decipiuntur. Quia sicut in aqua turbata vera rei ymago non apparet Sic in mente turbata vere rei iudiciū nō apparet. Tertio occultat se sub colore māsuetudinis et pacientie. Quod maxime cōtingit in illis qui se grauius vlciscuntur tacendo et nichil respondendo. Quia forte ex hoc vel intendunt animum proximi magis irritare vel intendunt gratiam affabilitatis aut veritatem sibi vtilem subtrahere. vt ex hoc proximus maius possit nocumentum incurrere. Que omnia sunt vitiosa. Et ideo si debet esse ira per zelum oportet q̄ fiat primo zelo iusto. vt scilicet amore iusticie hoc faciat. vt puta quia libēter videret q̄ iusticia dei locum haberet. Secundo vt sit animo recto scilicet nō intentōne vlciscendi se. sed vt ille corrigatur Tertio vt sit modo discreto. ne scilicet ille scandalizetur aut plus prouocetur. sed vt inducatur bono modo ad sustinendū hic pro peccato suo. ne puniatur a deo perpetue. Qui ergo sic irascitur multum est cōmendabilis. Et tm̄ de secundo.

Dixi tertio q tertia ira est diuinoꝝ iudicioꝝ formidabilis et ardua. et p consequēs vitabilis ꝛ timenda. Ira aūt dei nō est aliud nisi vindicta. fm Robertū sup libꝝ Sap. cap. xix. Et fm Augustinū de ciuitate dei. libro. xiij. cap. iiij. Que q̄dē merito est formidabilis ꝛ timēda ꝓpter quatuoꝛ. Primo q̄a nō declinat virīū potestate. Scōo q̄a nō debilitat tempis tarditate. Tertio q̄a in plures excitatur vnꝰ prauitate. Quarto q̄a nullatenꝰ mitigatur sine hūilitate. Prima igit conditio ire dei est q̄ nō declinat virium potestate. Ab ira eīm hoīs potest se aliquis forte absconde/re vl̄ subterfugere. sed ira dei nec loco me titur. nec tempe finit. nec virtute transcen ditur. Ps. Quis nouit potestatē ire dei. et p timoꝛe tuo irā tuā dinumerare. Probat Boecius de ꝓsol. metro. iiij. Q sapiēs nō habet timere cuiuscūq̄ tirāni irā q̄ntūcunq̄ seuiat cōtra eū. Nam in ptāte sua est irā eius facere inermē. q̄a sapiens nihil timet pdere quod tirānꝰ potuit aufferre. Nec aliq̄d sperat ab eo recipe q̄d tirannꝰ potuit ei ꝓferre. Reddit g̃ irā eius totaliter impotētē. et priuat eū penitꝰ armis suis. Vñ ipse exēplificat q̄ si q̄s appetit immoderate honoꝛes ꝛ diuitias hꝰ vite et timet pusillanimiter aduersitates fortune. talis de suis possessionibꝫ ꝛ affectionibꝫ facit magnā cathenā. qua hac et illac p amoꝛē et iram alteriꝰ possit trahi. Non sic aūt est de deo. quia non possumꝰ eū facere impotentē. scz non appetēdo q̄d potest ꝓferre. aut nō ptimescēdo q̄d potest iferre. Nam beatitudinē quā potest ꝓferre oīs naturaliter appetimus. et miseriā quā potest inferre oēs ptimescimus. Oēs eīm homies beati esse volunt idq̄ vno ardentissimo amoꝛe appetūt. Sicut dicit Augꝰ. xiij. de ciuitate dei. cap̄lo. v Necesse est g̃ deū timere. tum ꝓpter amoꝛes boni. tum ꝓpter terroꝛē mali. Secūda cōditio ire dei q̄ nō debilitat tpis tarditate. Vnde Valerius. Lento q̄dem gradu ad vindictā sui diuina ꝓcedit ira. tarditatēq̄ vindicte supplicij grauitate cōpensat. Ecci xvj. In gēte incredibili exardescet ira. Fertur de quadā ciuitate q̄ bellis fatigata misit ad quendā p̄ncipē pro succursu habēdo. et vt eius animū citius inclinaret. exposuit sibi fortitudinē ciuitatis in muris turribus et fossatis. quibꝫ ille remisit. Est ne inquit ciuitas vestra superius cooperta. ita q̄ ira dei super illam descendere nequeat. Quod si est. libēter veniam ꝛ defendam vos. Si autē ꝓpter peccata vestra expugnamini. contra iram dei pugnare non audeo. In quadā etiaꝫ patria in Anglia q̄ Merchisolia dicit. fertur contigisse q̄ blada in estate pulcerrime creuerant. Et ecce appropinq̄nte tpe messiū venit genꝰ muscē in maxima multitudine que totū illud bladum pulcerrimū intantum consumpsit q̄ vix infra quinq̄ miliaria vnū quarrarium inueniretur. Domines vero illius patrie quasdam de muscis illis ceperant. et diligenter inspicientes inuenerunt eas habētes litteras depictas in alis suis. In vna ala scribebat ira. ꝛ in alia dei. vt manifestū esset ꝓpter demerita populi vindictā diuinā fuisse. Juxta illud Hieremie. iij. Seminauerūt triticum et messuerūt spinas. hereditatē acceperūt. et nō eis proderit. Cō fundamini a fructibꝫ vestris ꝓpter iram furoꝛis domini Tertia conditio ire dei est q̄ in plures cōcitatur vnius prauitate. ꝓpter quod ꝓpter vnius ꝑsone malicia deus aliquando flagellat totam patriā. Exemplꝫ Genes. xx. Q tota domus Abimelech sterilis fuit ꝓpter demeritum Abimelech. Et totus pl̄us ꝓpter peccatū Achoꝛ punitus est. Non poteris inq̄ stare ꝓra inimicos tuos donec deleatur q̄ cōtaminator scelere. dixit dominus ad Josue. cap̄lo. vij Subtraxerat eīm iste Achoꝛ ꝓra phibitionē Josue regulam aureā. id est. quoddaꝫ ornamentū virgineū. forte crinale. Vnde q̄ Josue dixit filijs isrl̄. vt ꝺr Josue. xxij. Vos hodie reliquistis dominū. et cras in vniuersum israel ira eius deseuiet. Nonne Achoꝛ filius Zare ꝓteriit mādatū dñi et sup omnē pl̄m ira eiꝰ incubuit. Deus eīm aliq̄n punit hoīes p pcō alterius ꝛpaliter. ꝛ nūq̄ eternaliter. q̄a pena eterna nō punitur filius p ꝑe. nec ecōuerso. ꝛ aīa q̄ peccauerit ipa moriet. Ezech. xviij. Sed bñ punit filiꝰ p pcō ꝑis ꝛpaliter. vt in crimine lese maiestatꝭ ꝛ in hereſi. vbi bona paterna ꝓfiscant p̄ncipi ꝛ a filijs auferunt. vt de hereticis. Vergentis. et. c. Cum scōm. libro. vj. Ratio aūt quare tempaliter punitur filius p pcō ꝑis in ist̄ criminibꝫ q̄ ita metur ne imitetur patrē in eodem crimine.

Gesta publice Valerij maximi

Et etiam propter horrorem criminis. et etiam quia cum filius ſm corpus et ſcõm temporalia ſit quedaz res patris. vt pater tanto ſeuerius puniatur. punitur in filio ſcõm corpus. et in temporalibus. nõ autẽ in anima. quia animam non habet a patre ſed a deo. Et ideo punitur in corpore tm̃ quod a patre habet per generationẽ. Hec eternaliter. quia ibi pena non eſt ſatiſfactoria. ſed perẽptoria. et ideo nõ punit ibi vbi ſatiſfacere non poteſt. Quarta cõditio ire dei eſt q̃ non mitigatur niſi humilitate. patet de Niniuitis. patet etiam de Ezechia. patet de Dauid. qui ad vocem prophetarũ humiliati iram dei euaſerunt. Natura leonis eſt non iraſci niſi lædatur. Unde proſtratis etiam parcere dicitur Iuxta illud. Parcere proſtratis ſcit nobilis ira leonis Eodem modo chriſtus non iraſcitur niſi leſus. Iſaie. lxiiij. Ne iraſcaris domine ſatis. et ne vltra memineris iniquitatis noſtre. Imo q̃ntumcũq; offenſo humiliras occurrit eundem placaturа. Unde. ij. Paralippo. xij. Quia humiliati ſunt auerſa eſt ira dei. Nos igitur ſi volumus irã dei fugere. ſtudeamus humiliter coram eo procedere plorantes coram domino qui fecit nos. qui iram conuertet in miſericordiam et propicius erit peccatis noſtris. propter nomen ſanctum ſuum. dabitq; tempus penitendi ad remittendum culpam. et ſatiſfaciendi pro pena. et poſt hoc perducet nos ad gloriam. Ad quã nos perducat dominus miſericordie et pietatis. qui ſine fine viuit et regnat. ẽ.

¶ Dñica ſeptima poſt trinitatẽ. ¶ Sermo. XCVI

¶ Vocatis Ieſus duodecim diſcipulis ait illis. Miſereor ſuper turbam. quia iam tribuo ſuſtinent me nec habent quod mãducent. Marc. viij. et Matthei. xv. Sicut dicit Policratus libro q̃nto. capõ. vj. Jocũda res eſt cum poteſtas publica ſtudet ſic preeſſe vt in vniuerſitate ſua triſtez aliquẽ non eſſe patiatur. Hec ille. Ex quo dicto patet. q̃ ad principem et ad quẽlibet prelatum maxime pertinet compaſſio ſuper defectibus ſubditorum. Hinc eſt quod Job de ſe dicit. Cum ſederem quaſi rex circumſtante me exercitu. eram tamen merentiũ conſolator. Job. xxix. Unde et ſi omnibus dicitur a chriſto. Eſtote miſericordes. Luce ſexto. tamen ſpecialiter conuenit principi. ſcõm Johannem Hallenſem in ſuo cõmuniloquio. vt clemens ſit. eo q̃ princeps vel quicunq; prelatus. aut ſenior in aliqua dignitate eſt quaſi pater. prout dicit Seneca. Ibidem capl'o q̃nto. Ex nullum magis clementia cõpetit regem et principez decet. Propter quod antiqui reges et principes legunt fuiſſe multum pij et miſericordes et compaſſini ſuper defectus ſubditorz. Hã de Alexandro magno narrat Ualerius et Johannes Hallenſ in breuiloquio. capl'o xxij. Et Policratus libro q̃nto. capl'o. vij. q̃ tante fuit cõpaſſionis ſuper miſeria ſuorũ militum q̃ cũ quadã hyeme ducens exercitũ ad ignem reſideret. Videns militẽ confectum ſenio. et exanimatũ frigore miſit cum ſedere in ſolio ſuo dicens. Si in perſis nat⁹ eſſes in regia ſella reſidere capitale eſſet. ſed in Macedonia nato conceditur. Narrat ſimiliter Policratus libro q̃nto. capl'o. viij. de Trayano imperatore q̃ tante compaſſionis fuit q̃ etiam milites ſuos egrotantes viſitabat. Et quod mirabilius eſt dicit Non ſolũ ſuper defectibus amicorũ et ſuorũ fideliũ. ſed etiã inimicorz antiqui principes compatiebant. Sicut narrat Ualerius libro q̃nto de Marco marcello. qui captis ſiracuſanis cernẽs ca ſum lugubrẽ ciuitatis inimicorz ſuorũ a la crimis continere nõ potuit. Idem narrat de Pompeyo. qui regẽ armenie a ſe victũ ſupplicem in conſpectu ſuo iacere nõ ẽ paſſus. Conſimiliter narrat de quodaz Paulo conſule Romano qui captũ a ſe regẽ volentẽ procũbere ad genua dextera ſua leuauit. eumq; ad menſam ſecũ locauit. Si igitur ſic cõpaciebant pncipes terreni. q̃nto magis filius dei. cui ꝑtiũ eſt miſereri. Cũ igit̃ xp̃s ſuiſſet rex regũ et dñs dominantiũ. q̃ venerat ꝓ viſcera miſcõie viſitare pcõres. merito debuit eſſe miſericors et cõpaſſiu⁹ ſup miſerijs hominũ. nõ ſolũ iuſtorũ. ſed etiã peccatorũ. Cuiuſmodi tunc erant turbe ſequentes eũ. in q̃b erant multi peccatores. q̃b ipe licz nõ ipi⁹ meritis ſz ſuis. multa compaſſionis et miſcõie opera exhibuit. et impendit. videlicet languores

curando.in tribulationibꝫ consolando. et famelicos ac deficientes recreando ꝛ refi/ciendo. Unde in persona ipsius dicit Job xxxj. Si comedi buccellam meaꝫ solus et non comedit pupillus ex ea. Quasi di.nō. Cuius rationē subdens ait.quia ab infantia creuit mecū miseratio.et de vtero matris mee egressa est mecum. Non igit mizꝫ si miserebatur xp̄s super turbas qui miserationes suas diffudit super omnia opera eius. Uerūtamen mirū erat q̄ miserebat super turbas inimicoꝝ.quia peccatorum. Romanoꝝ.v. Cum adhuc inimici essem⁹ cōmendauit deus misericordiaz suam.ꝛc. Quas non solum docebat et ad viā reducebat veritatis ꝛ salutis.sed etiā infirmitates eoꝝ adiuuans ne deficerent in via reficiebat pane vite et intellectus. Unde compatiens defectibꝫ turbe prius q̄s būficiuz eis impendit affectum cōpassiōis discipulorum collegio voluit intimare. Quibꝫ cōgregatis dicit. Miſereor super turbaz .q̄a iam triduo sustinent me.ꝛc.vt patet in euāgelio quod sequitur.

Cum turba multa esset cum illu nec haberent quod manducarent.ꝛc. In quibus verbis tria tanguntur circa miraculū per christum faciendū. Primo describit discipulozꝫ xp̄i cōgregatio ad consulendū prudenter.cum dicitur. Conuocatis. Secūdo describitur saluatoris nostri cōpassio ad miserandum vtiliter. Quia misereoꝝ. Tertio describitur humane nature defectio ad misericordiaz implorandā inclinās faciliter.quia iam triduo sustinent me. In discipulis fuit discretio matura. In christo cōpassio vera. In turbis fames miseria plena.

Dixi primo q̄ in verbis prēmissis describit primo discipulorum christi cōgregatio ad consulendū prudenter.cum dicitur. Conuocatis. Ad hoc nanq̄ cōuocat discipl'os fm Bozram vt exemplū miserandi accipiant.et ex collocutione signi magnitudinē colligant.et vt instruat nos q̄ consulere inuicem debem⁹ quādo aliquid magnū facere ꝓponim⁹. Item vt doceat maiozes interdum consiliū habere cum minoribꝫ. Huic concordat Paymo dicens. Quare conuocat discipulos suos.nunquid sine illorum consilio non poterat hoc agere. Sed ideo cōuocauit vt daret exemplū regibꝫ.comitibus.episcopis.et ceteris potentibꝫ huius seculi.ne despiciant subiectos suos in consilio suo . quia sepe reuelat deus minoribꝫ suis quod melius est. Hec ille. Glosa autē ordinaria super hunc locum dicit.q̄ dominus discipulos cōuocauit.vt doceat maiores cōsilia sua cōmunicare minoribꝫ. Hec glosa. Circa quod notandū est de tribus. Primo quererē consiliū est necessarium. Secundo quales debent esse consiliarij. Tertio qualia debent esse consilia. De primo qūo quererē consiliū est necessariū dicit Salomon Prouerb.xj .et.xxiiij. q̄ vbi multa consilia ibi multa salus. Un̄ rectores reipublice antiquitus dicebant cōsules a consulendo.prout ait Augustinus libro.v.de ciuitate dei.cap.xij. Sūt aūt consilia necessaria intim.vt etiam arma bellica quecūq̄ fozis nichil valeant si non fuerint domi cōsilia .vt ait Tullius libro p̄mo de officijs.cap.xx. Et Augustinus vbi supra. ꝓpter quod Seneca libro de tranquillitate animi. post p̄ncipium concludit.q̄ consiliarij non minus sunt vtiles patrie in consulendo q̄s milites in protegendo. Nam et si morantur in priuato publicū tamen gerunt officium. Imo vt dicit Tullius in libro de senectute cap.iij. Dantes consilium in republica plus agunt q̄s alij. Nam sunt sicut gubernatores in naui. qui licet sedet quietus tenet tamen clauum quo tota nauis gubernatur. Propter quod subdit q̄ licet multi in republica discurrant huc atq̄ illuc.et viribus suis multa efficiant.tamen consiliarij sunt vtiliozes.quia non viribus aut velocitate.aut celeritate corporis res magne geruntur.sed consilio ꝛ auctozitate et sententia. Hec ille. De secūdo quales debent esse consiliarij sciendū est. q̄ debent esse primo senes ꝛ maturi. Nam in antiquis est sapientia . et in multo tempoze prudentia. Job duodecimo. Unde ꝛ Roboam qui dereliquit consilium senum et adhesit consilijs iuuenum amisit regnū .iij. Regum duodecimo. Narrat Augustinus Epistola quinq̄agesima octaua de Themistode philosopho ad Dioscorum qui cum in quodam conuiuio reputaretur esse ceteris indoctior.pro eo q̄ nesciret cū tare cum alijs. Requisitus est quid ergo

sciret cum hoc nesciret. Respondit. rem/ publicam magnam ex parua facere. si eius consilijs acquiesceret. Et Valerius libro sexto. capło ąnto. narrat de quodam qui alteri minabatur q̄ haberet contra eum multos gladios. Cui ille respondit. et ego multos alios. Quasi di. Tu habes gladi/ os ferreos. et ego consiliarios discretos. Secundo debent esse consiliarij vita san/ cti et probati. prout ait Ambrosius libro secūdo de officijs diuinis. In acquirēdis cōsilijs plurimū requiritur vite probitas. virtutum prerogatiua. benivolentie vsus. facilitatis gratia. Et ponit exempla. Quis in sceno fontem requirat. Quis ex turbi/ da aqua potum querat. vbi luxuria. vbi in temperantia. vbi viciorum confusio. quis non horrendum existimet. quis non desi/ piat morum cauillationes. Quis vtilem cause aliene iudicet. quem videt inutilem sue vite. Nec ille. Et quo concludit Am/ brosius q̄ prestantior debet esse a quo con silij petitur. ḡz ille qui perit. Tertio ꝓsilia rij debent esse veritate prediti siue veridi/ ci. vt in veritate consulant illis quoꝝ sunt consiliarij. vt scilicet nō ad placitum domi norum. sed ꝑm veritatez consulant. prout dicit Seneca libro sexto de beneficijs. ca/ pitulo. xxiij. Hoc est cōtra adulatores in consilio. qui q̄mcito cognouerint voluntā tem dominorum consulunt omnia ad eo/ rum placitū. quod est multum damnosum Sicut narrat Juuenalis de Xerse rege Medorū. qui cum bellum grecis indixis/ set. et quidam ex consiliarijs dicebant gre/ cos inicium belli non expectare. sed ad pri mā vocem et aduentus famā terga versu/ ros. Alius autem dicebat greciam non so lum vincā sed obruī. Alius dicebat timen/ dum esse ne vrbes vacuas inuenirent. Ali us dicebat illis vix naturam rerū suffice/ re. et sic de alijs. Surgens Damarathus fidelis consiliarius dixit regi Multitudo ista exercitus tui tibi timenda est. verū est enim ūnmodica. id est. magna nunq̄ posse regi. nichil tam magnuz quod perire non possit. Acciderūt autem que dixit Dama/ rathus. Fuit enim iste ret confuse deuic/ tus. Sicut narrat Trogus pompeyus li bro ąnto. Et Vegecius libro ąnto. Vxō licet habuisset quadraginta milia armato rum propriorū. et tricenta milia auxiliato rum. et centū milia nauium. tamē omnes cum eo fuerunt in fugam conuersi timore aduersariorū. Unde dicit Valerius libro ꝑmo. capło. iiij. In eius exercitu equa pe/ perit leporem qui est fugax animal. ad sig nificandū eius fugam cū suis. Quarto de/ bent esse consiliarij multiplici experientia industrij. z ꝑspicui. Jdo enī precepit deus Moysi seniores ad cōsiliū recipere. Exo. iij. Et Numeri. xj. Quia ꝑm Ambrosium in Exameron omel. j. Senectus in consi/ lijs est vtilior. Juxta illud Eccī. xxv. Quā speciosa veteranis sapientia. z gloriosis in tellectus et consiliū. Narrat Papias q̄ in ꝑncipio romanoꝝ Romulus cōdita vrbe centū ex senioribꝫ elegit. quorū cōsilio om nia ageret. Similiter narrat Augustinus libro. xviij. de ciuitate dei. capō. x. de Athe/ nis. Q in speciali platea. que dicebatur Ariopagus sapientes senes fuerunt cōsti/ tuti. ad consulendū. Et hos senes cōstitue rat Salomon ꝓbos. vt ait Tulius libro ꝑmo de officijs. capō. xxv. Et ibidez narrat Policratus lib. v. capō. viij. Quinto debent esse stabilitate solidi. vt nō moueant timo/ re vel amore vel cupiditate in cōsilijs dan dis. Eccī. xxxvij. Ante omnē actū consiliū stabile. Maxime aūt requirit vt sint stabi/ les in iusticia diuina. ꝑm Johannem Ha/ lensem in cōmuniloquio parte. j. distin. vj. Narratur de constantino libro ꝑmo trip/ tite bistorie. capō. vij. Q cum ecclesie paterē tur ꝓsecutiones cōcessit licencialiter xp̄ia/ nis in sua religione consistere. Volens au/ tem probare quosdā de pallacio suo xp̄ia/ nos si essent stabiles. ꝓcepit q̄ si qui vent/ rent ad sacrificandū dijs suis hij essent cū eo in pallacio suo. Hi qui autem nollēt sa/ crificare de pallacio exirent. Et tandē ali/ qui pensantes fauorem regis obtulerūt se paratos ad sacrificandum dijs. Alij vero qui erant in fide christi bene firmati exie/ runt de pallacio nolentes sacrificare. Q̄ videns Constantinus istos vltimos qui deo fuerunt suo ita fideles in consiliarios acceptauit prioribus illis refutatis. q̄ fue/ runt dei sui proditores. ij. questione. vij. Non potest erga homines esse fidelis qui deo est infidelis. Ecclesiastici tricesimo se/ cūdo. Fili sine cōsilio nichil facias. et post factum non penitebis. Tales ergo consi/ liarij sunt vitandi qui ꝓponunt cōmodū

ꝓpꝛiũ vtilitati cõmuni. quia sunt semper instabiles et variabiles ꝑm varietatem cõmodoꝛum. A talibus consulit abstinere Salomon Ecclesiastici. xxxvij. A consiliario malo cõserua animã tuã. Unde consilium nõ est querendũ ab illis qui diligunt bona hominis non hominẽ. Ecclesiastici xxxvij. A zelantibus te absconde consiliũ. Unde Gregoꝛius libꝛo ꝓmo Registri dicit. Nullus tibi fidelioꝛ esse potest ad consiliuꝫ cꝫ ille qui non tua sed te diligit. Dec ille. De tertio qualia scilꝫ debent esse consilia sciendũ. Dicit enim Albertanus Brixiensis in libello de consiliꝭ. q plura sũt vitanda in cõsilio. Primo nanqꝫ vitanda est ira. quia iratus plus putat se posse facere cꝫ possit. Et ideo quasi posse suum superat. Juxta illud. Qui plus posse putat sua q̃m natura ministrat. Posse suum superãs se minus ipse potest. Secundo quia iratus nihil nisi crimina loquitur. Tertio quia impedit ira animũ ne possit cernere verũ. Unde dixit Seneca. Q lex videt iratum sed iratus non videt legez. Et Tulius dicit. Q cum ira nil recte fieri vel cõsiderari potest. Secundo in consilio vitanda est festinantia. Nam Socrates dixit duo ista esse vitanda. scilicet iram et precipitationẽ Velox enim consilium sequitur pena. ꝑm ipsum. Unde Ambꝛosius. xxxij. questioe secũda. Ancillam. dicit q nõ omne quod differtur auffertur. sed sepe maturioꝛi consilio perficitur. Unde dici solet. Optimum existimo iudicem. qui cito intelligit et tarde iudicat. Tertio vitanda est reuelatio vl̃ publicatio consilij. Ecclesiastici. viij. Non omni homini coꝛ tuum manifestes. ne foꝛte inferat tibi gratiam falsam. et conuicetur tibi. Unde quidam dixit. Quod secretum esse vis nemini dicas. Est autẽ cautela circa hoc ꝑm Albertanum seruanda. q̃a si homo non credit conditionẽ suam facere meliozem per consilium alterius. melꝰ est non reuelare secretum coꝛdis sui. Nam vt dicit Petrus Alphinius. Consiliũ absconditum quasi in carcere tuo est. Reuelatum vero te in carcere suo tenet ligatum Quare idem dicit. Qui consiliuꝫ in coꝛde suo retinet sui iuris est. Nam tutius est tacere cꝫ vt taceret alium rogare. Unde dicit Seneca. Si tibiꝑsi non ingasti vt taceres quomodo ab alio silentium queres

Quarto vitandum est ne super consilio petendo volũtatem suam quis ꝓius cõsiliaꝛiꝭ ostendat. Nam adulatoꝛes statim vt cognoscunt voluntatẽ domini. sicꝫ consulunt quod ei placere credunt. Quinto vitandum est consilium illoꝛum qui aliquid occulte consulunt. sed tamen illud nõ defenderent publice. Dicit enim Cassiodoꝛ. Lesionis genus est occulte aliquid dicere et aliud velle monstrare. Sexto vitandũ est consilium imꝓudentum et stultoꝛum. Est autem stultus et imꝓudens qui non attendit ad finem negocij. sed tm̃ ad ꝓincipium vel medium. Unde dicit Pamphilus. Principium finemqꝫ simul pꝛudẽs spectat. Et Boecius de consolatione. Nõ quod ante oculos est sufficit intueri. ꝛerũ exitus pꝛudentia metitur. Et Seneca de foꝛma humane vite. Si pꝛudens est animus tuus tribus dispensetur temꝓoꝛiꝭ. pꝛesentia oꝛdina. futura pꝛouide. pꝛeterita recoꝛdare. Finis autem omniũ consiliꝛiũ nostroꝛum debet esse honoꝛ dei. et vtilitas salutis nostre. Unde quecunqꝫ sunt cõtra honoꝛem dei et nostram salutem. nõ sunt consilia sed ꝓditiones. Consiliuꝫ igitur cꝛisti fuit saluberrimũ. quia habuit consiliaꝛios senes et maturos. vita sanctos et ꝓbatos. veritate ꝑditos. expertos et ꝛitabiles. Et ideo bene fuit conclusum. q̃a ad honoꝛem dei patris fuit oꝛdinatum istud miraculuꝫ. et ad fidem confirmandam in coꝛdibus turbarum. Docemur autez speciali a cꝛisto in hoc q licet fuerit ipe sapientissimus et nullius consilio indigens. sicut ipe de se dicit Pꝛouerbioꝛũ. viij. Meũ est consilium et mea est sapientia. tamẽ et humilitate cõuocauit ad suum consiliũ discipulos. vt doceret quemlibet q̃ntumcũqꝫ sapientem ab inferioꝛi suo nõ dedignaꝛi consilium. Nam et Moyses sapientissimus audiuit consilium Jetro qui erat coꝛ inferioꝛ dignitate Exodi. xviij. Unde Jeꝛonimus super illud Isaie. Et consiliaꝛius non est tibi. dicit. Q greci poete laudabilis fuit sententia. Pꝛimum illũ esse beatum qui ꝓ se sapiebat. Secundũ qui sapientem audiebat. Qui autez vtroqꝫ caret inutilis est talis tã sibi cꝫ alijs. Dinc Seneca in epistola ad Elbinam dicit. Sapientibus viris me tradidi nondũ validos in auxilium meũ. Et tm̃ de ꝓmo.

¶ Dñica septima post trinitatis

Dixi secundo ¶ Et q̄m ꝑbis p/missis tangitur saluatoris nostri compas/sio ad miserandum vtiliter. Cum dicitur. Misereor super turbā. ꝛc. Competit quip/pe misereri christo et assumpta humanita/te scōm Gozram. Unde glosa dicit. Pic cō patitur vt homo. pascit vt deus. Et hec est natura diuine ꝓprietas quia suum ꝓ/prium est misereri semper et parcere. Non solum autem miseretur huic aut illi parti/culariter. sed omnibus bonis et malis ele/ctis et reꝓbis generaliter. Juxta illud Psal. xxxv. Homines ꝛ iumenta saluabis domine quēadmodū multiplicasti miseri/cordiam tuā deus. Ubi dicit Innocenc⁹ quartus. Homines. id est. electos ratione vtentes. et iumenta. id est. reꝓbos irra/tionabiliꝫ viuentes saluabis domine tem/porali salute et corꝓorali. De qua salute di/citur q̄rti. Regum. vj. Salua me domine mi/ret. Qui ait. Nō te saluet dominus. Et hoc quēadmodum multiplicasti. id ē. mul/tiplicem ostendisti misericordiā tuā deus. Homines autem dicuntur electi Juxta il/lud Ezechielis. xxxiiij. Vos autez greges mei et greges pascue mee estis homines. Et iumenta dicuntur peccatores Jobel. j Computruerunt iumenta in stercore suo Vel ad litteram. Homines et iumenta. q̄ non solum hominibus dat escā deus. sed etiaz bruris animalibus. Psalmista. Qui dat iumentis esam ipsoꝝ. Matthei sexto Respicite volatilia celi. quomodo non se/runt neqz metunt. neqz congregant in hor/rea. et tamen pater vester celestis pascit ea Quēadmoduz multiplicasti misericordiā tuam deus. Uere ab inicio mundi magis et magis multiplicatur misericordia dei. Hoc enim ꝓmisit deus vt saluaretur a diluuio. postmodū Abraabe ꝓmisit semē tandem nobis dedit filium suū. et cum eo omnia. Juxta illud Romanoz. viij. Qui etiā ꝓꝓrio filio suo non pepercit. sed ꝓ nobis omnibus tradidit illū. Quomodo non etiā cū illo oīa nobis donauit. Ho/mines ergo et iumenta saluat deus ꝑ mi/sericordiaz. quia bonos et malos pascit in ꝓsenti. que est magna misericordia. Un/de licet fm Innocenciū. Ex iusto dei iudi/cio q̄ occulto. malis hominibus non dat deus bona gratuita. tamen de sua miseri/cordia dat eis bona temporalia. Ad quod significādū christus voluit hic pascere nō tm electos apostolos. sed etiā turbā ī qua sunt mali permixti bonis. Sunt aūt octo effectus in quibus apparet diuina miseri/cordia oīmibus generaliter exhibita. dum modo non ponant obicem. Primus est tā nobilis et excelsa plasmatio. De qua Ge/nesis ꝓmo. Faciamus hominē ad ymagi/nem et similitudinē nostram. Secundus creaturarū omniuz vniuersalis subiectio. Psalmista. Oīa subiecisti sub pedib⁹ ei⁹. Tertius post peccatū longanimis expecta/tio. Sapientie. xj. Misereris omniuz dis/simulans peccata hominū ꝓpter penitē/tiam. Quartus lapsi frequens et pia reuo/catio Isaie. xxx. Aures tue audiant verbū post tergum monentis. Canticoꝝ sexto. Reuertere reuertere sunamitis. Quintus redeuntis libens ꝛ benigna susceptio Lu/ce. xv. Cum autē adhuc longe esset vidit il/lum pater suus et misericordia motus est. Sextus post redituz clemens et paterna cozrectio. Psalmista. Uisitabo ī virga ini/quitates eoꝝ. misericordiā autē meā non dispergam ab eo. Septimus captiui seu perditi copiosa redemptio. j. Corinthioz sexto. Empti estis ꝓcio magno. j. Petri ꝓmo. Non corruptibilibus auro et argen/to empti estis. Psalmista. Uisitabo in vir/ga iniquitates eoz. vt supra. Copiosa apō/eum redemptio. Octauus in fine supabun/dans remuneratio. Matthei. xxv. Euge serue bone et fidelis. Ultra istos autē ad/huc septez effectus ostendit peccatoribus scōm Bernhardū super Cantica sermone lxxxviij. dicens. Septem in me video mi/sericordias domini quas etyos ipsi facile inuenietis in vobis. Prima est q̄ a multis peccatis adhuc in seculo positū custodiuit Nam in multa cecidi. ꝛ in alia potueraz ce/cidisse peccata. nisi oīpotentis pietas ser/uasset. Fateoz et fateboz nisi quia domin⁹ adiuuissz me paulominus cecidisset ī om/ne peccatū anima mea. Secunda misera/tio que non potest explicari sermone q̄s be/nigna q̄s libera q̄s gratuita. Ego peccabaz et tu dissimulabas. non continebam me a sceleribus. et tu abstinebas a verberibus prolongabaz ego domine multo tempore iniquitatē meā. et tu domine pietatē tuam non abstulisti. Tertia q̄ visitauit coz meū

R

et ſmutauit vt amara fierent que male dul
cia prius erant. Quarta q̄ me penitentem
miſericorditer ſuſcepiſti. vt in numero eo/
rum inuenirer. De quor. Pſ. dicit. Beati
quor. remiſſe ſunt iniq̄tates z q̄r. Qui
ta per quā mihi continēdi deinceps z emē
dandi viuendi preſtitiſti virtutē. ne reci/
diuū paterer. et eſſet nouiſſimus error pe/
ior priore. Poſtq̄ autem in iſtis quinq̄ mi
serationib⁹ a malis liberabis. in duobus
alijs bona largiris. He due ſunt gratia p/
merendi. qua videlicet donās munus bo/
ne conuerſationis indulges. Et ſpes ob/
tinendi quā donas homini indigno pec/
catori de tua toties experto bonitate. vſ/
q̄ ad celeſtia ſperāda pſumere. Hec Bern
hardus. Hec ſūt igitur miſeratiões quib⁹
chriſtus miſeretur vri pater filior. Et hoc
non vni tm̄ aut duobus. ſed ſuper totam
turbam peccatorum famelicam eſurientē
et ſitientem ipſius miſericordiam. Et tm̄
de ſecundo.

Dixi tertio q̄n verbis p̄miſ
ſis d̄ſcribitur bu/
mane nature defectio ad miſericordiā im/
plorandā inclinās faciliter. Cum dicitur.
Quia iam triduo ſuſtinent me. nec habent
quod manducent. Circa quod ſciendū q̄
nichil ſic deū inclinat ad miſericordiaz ſic
perſeuerantia et ſuſtinentia in tribulatio/
nibus. Nam taliter perſeuerantib⁹ celeri⁹
et p̄optius deus miſeretur q̄s alijs. et eos
adiuuat et protegit ſpecialius. Unde pſal
mo. xxxij. dicit Pſalmiſta. Anima mea ſu/
ſtinet dominū. ſcz vel p̄mia differētē. vl' fla
gellantē. vel ſuſtinet flagella ꝓpter deū. ſm
Innocenciū. Et ſequitur. quia adiutor et
protector noſter eſt. Pſalmiſta. Cum ipo ſū
in tribulatione. Et iterū. Adiutor in tri/
bulationib⁹. Sunt autē ſuſtinenda tria p̄
cipua ſi volumus a domino adiuuari z ſa
ciari pane celeſtis conſolationis. ſcilz one
ra p̄ceptorū diuinorum. flagella domini. et
moleſtias illatas ab inimicis. De primo
ſcz de onere p̄ceptorū dei dicit Gregorius
Qui ad celeſtem patriā venire deſiderant
mandatorū onera libēter portent. Ad hec
portanda et ſuſtinenda hortatur nos do/
minus Matthei. xj. dicens. Tollite iugū
meum ſuper vos zc̄. Et ſequitur. Jugum
eīm meū ſuaue eſt et onus meum leue. De
flagellis diuinis dicit ibidem. Tanto fer/
ramentū libentius tollerat quanto putri/
dum videt quod ſecat. Unde Pſalmiſta
dicit de ſe. Quoniam ego in flagella para/
tus ſum. Quod exponit Innocencius id
eſt. bene meruī flagellari. Prouerbior. xix.
Parata ſunt derisoribus iudicia. z malleī
percutiētes ſtultor. corporibus. Ecce gra
uia flagella. Ad iſta flagella debet homo
eſſe paratus. ꝓpter multas cauſas ſcōm
Innocenciū. Primo ꝓpter magnitudinem
premij. Auguſtinus. Labor te terreat vide
mercedē. j. Corinth. ix. Illi quidē corrup/
tibilē coronā accipiunt. nos aūt incorrup/
tā. ij. Corinth. iiij. Id eīm quod in p̄ſenti ē
momentaneū et leue tribulationis noſtre
ſupra modū in ſublimitate eternus glorie
pondus operatur in nobis. ad Romanos
octauo. Non ſunt condigne paſſiones hu
ius tēporis ad futurā gloriaz. Secundo
quia per illa ſcit ſe eternā penam euadere.
Unde Gregorius. Sancti temporalē pe
nā lucrū putant. quia p hanc euadere eter
nā penā non ignorant. Habacuc terrio. In
grediatur putredo in oſſibus meis. et ſub
ter me ſcateat. vt requieſcā in die tribulati
onis Tertio q̄a videt ſe meruiſſe illa. Un/
de Micheeas vltio. Iram dñi portabo quia
peccaui ei. Hiere. x. Hec infirmitas mea
portabo illaz. Quarto neceſſe eſt vt paciat
illa. quia aut homo punit in p̄ſenti. aut de
us puniet in futuro vel etiā in p̄ſenti. Un/
de debet facere de neceſſitate virtutē. Hie/
remie. xlix. Ecce quibus non erat iudiciū
vt biberent calicē bibentes biberunt. et tu
quaſi innocens relinqueris. Quinto quia
per hec diſcipulus chriſti eſſe ꝓbaris. Un
Matthei. xvj. Qui vult venire poſt me ab
neget ſemetip̄m et tollat crucē ſuā z ſequa/
tur me. Unde Bernhardus. Totus debz
eſſe in diſciplinis diſcipulus chriſti vt hu/
milietur ad timorē. erudiatur ad ſcientiaz.
exerceatur ad penitentiā. coronet ad glo/
riā. Sexto. quia q̄nto homo ꝓmior eſt ad
ſuſtinendus flagella. tanto deus eſt ꝓnior
ad miſerandū ei. ij. Regum vltimo. Ego
ſum qui peccaui. ego iniquē egi. Uertatur
obſecro manus tua contra me. et tunc q̄n
dixit hoc dominus miſertus eſt ei z ipius
pli. ſcz Dauid. Septimo quia ſunt ſigna
ad habendā eternā beatitudinē. Hebreo/
rū. xij. Flagellat omnē filiū quem recipi

Dnica septima post trinitatis

Ubi dicit Augustin⁹ Si es exceptus a numero flagellor exceptus es a numero filiorum. Nec Innocencius. Tertio debz homo sustinere molestias illatas ab inimicis. De quo dicit saluator Luce.xxj. In paciẽtia vestra possidebitis animas vestras. Ubi dicit Gregorius. Per pacientiam animas nostras possidemus .quia dum nobismipis dominari discimus. hoc ipm incipim⁹ possidere quod sumus. Matthei q̃nto. Beati mites quoniã ipi possidebunt terram. Jacobi q̃nto. Exemplũ accipite frẽs mei exitus mali et longanimitatis et pacientie p/pbetas. qui locuti sunt in nomine domini Sustinere autem debet tam in ꝓsperis q̃m in aduersis. Unde Isaie.xxvj. Anima mea desiderauit te nocte. sed et spiritu meo in precordijs meis de mane vigilabo ad te. Debet ergo anima sustinere dominũ sicut domus habitatorem suũ .aut sicut sponsa sponsum. aut sicut familia dominũ. Luce xij. Vos similes hominib⁹ expectantibus dominũ suum. Et Matthei.xxv. Moram autem faciente sponso.

¶ D ¶

Sunt aũt mali homines et inimici vtiles bonis ꝓpter plura. Primo. quia sũt virga et baculus quib⁹ corrigunt⁹ a domino. quando delinquũt. Unde Isaie.x. Ue assur. virga furoris mei et baculus me⁹ ipe ẽ Secũdo. quia sunt malleus z instrumentum quo domin⁹ eos fabricat in vasa glorie. Unde Hieremie.l. Quomodo fractus est malleus vniuerse terre. Tertio. qa sunt stimuli quib⁹ domin⁹ stimulat bonos Hieremie. xlvj. Vitula elegans atq; formosa Egyptus . stimulator ab aquilone veniet ei. Gregorius Mala que nos hic premũt ad deum ire compellunt. Exodi.xij. Urgebantq; Egyptij pplum israhel de terra sua exire. Quarto. quia sunt probatorũ q̃ dominus pbat iustos. qui sunt recipiendi abo in patriã. et qui non. Eccli.ij. Jn igne p/batur aurũ et argentũ. homines vero receptibiles in camino tribulationis . Dominus em̃ facit sicut ille qui emit vasa figuli percutit vt videat si est ibi aliqua fractura latens. et cum grossum sonũ reddit dimittit illud. Sic dominus eos qui grosse respondent per impacientiam non approbat Gregorius. Qualis quisq; apud se latet. contumelia illata probat. Non solũ autem ebristum ad misericordiã inclinat istarum turbarũ patiens tollerantia. et sustinẽtia triduj. sed etiã defectus victualiũ. Unde additur quasi secũda causa miserationis. Nec habent quod manducent. Permisit christus vt turbe consumerent que habebant et deficerent in victualibus . vt opportun⁹ eis misereret. quod facit et hodie cum dñis exponit iustos tribulationib⁹. et subtrahit eis temporalia. ꝓpter plures rationes ꝑm Innocencius sup Psal.xlij. Prima est ne tẽporalib⁹ adhereant. et dominũ derelinquant. sicut corvus non rediit ad Noe in archam. Genes.viij. Et dicit q̃ a cadauere alicubi allect⁹ fuit. Gregorius. Qui in p/senti felicitate quietũ inuenit. auctorem q̃ eam tribuit nõ requirit. Secũda est vt homo se exerceat. Romanorũ.v. Tribulatio pacientiam operat. Gregor⁹. Tribulatio temptationis cui non consentitur. nõ est vorago vicior sed exercitiũ virtutũ . Tertia ratio est. vt eũ attentius queram⁹. Psalmista. Imple facies eor ignominia et querẽt nomen tuũ domine. Unde per contrariũ dicit Isaie.lvij. Viam man⁹ tue inueniſti. ꝓterea non rogasti. Et Genes.xl. Succedentib⁹ ꝓsperis oblitus est pincerna interpretis sui. Quarta est. vt eũ ardentius diligam⁹. Psalmista. Dũ superbit impius incendit pauper. Daniel.iij . Non cessabant ministri regis succendere fornacem. Quanta vt sciam⁹ bona nostra nõ habere a nob Isaie.xlv. Accinxi te. et non cognouisti me Secta. vt exemplo eor ad pacientiã infirmi roborent. Gregor⁹. Facta pcedentiu recolamus et grauia nõ erũt que sustinemus. Et Jacob⁹. Exemplum accipite fratres mei exitus mali et longanimitatis laboris et pacientie ꝓphetas. Et sequit. sufferentiã Job audistis. Septima vt mali terrerent. Prouer.xj. Si iustus in terra recipit. q̃nto magis impius et peccator. Luce xxiij. Si in viridi hoc faciũt. quid i arido fiet. Taliter ergo sustinentes et deficiẽtes in ꝑsenti domin⁹ reficiet et satiabit in futuro. vbi satiabit iustus cũ apparuerit gloria dei. Tunc em̃ scõm dolor multitudiez in corde eius consolationes dei letificabunt animaz eius . tũc videbit et affluet eternis delicijs. Quas nobis concedat dominus deliciarũ. et deus totius consolationis . q̃ viuit et regnat per secula benedict⁹. Amẽ.

Dñica septima post trinitatẽ. II

Sermo. XCVII

Accipiens septez panes gratias agens fregit z dedit discipulis suis vt apponerẽt turbe. Matthei. xv. et Marci. viij. In presenti vita duo sunt genera famulantium z seruoꝝ. Quidam em̃ sunt qui receptꝫ victualib9 recedũt a dominis ad laboꝛes exteꝛioꝛes ad siluas z nemoꝛa. quibus dominus nõ adest psentialiter. Sed hȳ sunt freq̃nter in periculo. ꝺa si deficiũt in victualibus famem patiũt z cũ difficultate supportantur p inimicos. Quidam sunt ꝙ cõtinue in p̃sentia domini laboꝛant. quoꝝm indigentiã domin9 releuat et supplet. pꝛout viꝺeꝛit expeꝺiꝛe. Et isti non sunt in periculo. ꝺa si oculus domini ipinguat equuz vt ꝺicit Sapiens. mlto magis seruũ Sic etiã spiritualiter loquenꝺo ꝺe genere humano in quo est ꝺuplex familia. Una quea ꝺeo elongatur per laboꝛem peꝛꝺitionis et vanitatem seculi. Sapientie. v. Lassati sumus in via peꝛꝺitionis. Et hec est i periculo. ꝺa consumptis bonis nature z fortune finaliter ꝺeficit et famem patitur vt cꝛnis. et tunc circuit ciuitatẽ. Quoꝝ figurã expꝛessit filius pꝛoꝺigus ꝙ abiens ī regionem longinquã. consumptis oĩbus bonis paternis cupiebat saturari ꝺe siliquis poꝛcoꝝm. et iam fame peꝛibat. Luce. xv. Alia autem familia est christi. que cõtinue aꝺheꝛet ꝺeo. et est mens iustoꝝ que in tempoꝛe q̃ntumcũq; malo non est sollicita ꝺe refectõe sua Unꝺe Psalmista psalmo. xxxvij. De talib9 ꝺicit. Non confunꝺent in tẽpoꝛe malo. et in ꝺieb9 famis saturabuntur Hoc em̃ pmittit eis saluatoꝛ ꝺicens. Nolite solliciti esse ꝺicentes. ꝺ manducemus zc̃. Scit em̃ pater vester celestꝫ ꝺa hȳs oĩb9 indigeꝛis. Unꝺe Job. iij. ꝺicitur. Recoꝛꝺare obsecro quis vnq̃ innocens peꝛijt. aut quanꝺo recti ꝺeleti sunt. Quasi ꝺicat. nunq̃. Et psalmo. xxxvij. Nunq̃ vi ꝺi iustum ꝺeꝛelictũ. nec semen eius querẽs panem. Propter quoꝺ Psalmista ꝺicit. Ꝺibi autem aꝺheꝛere ꝺeo bonum est. ponere in ꝺomino ꝺeo spem meã. Et certe bonuz ꝺa ꝺomin9 pꝛouiꝺet ꝺe talibus. Juxta illuꝺ Petri. Omnẽ sollicituꝺinẽ vestrã pij/

cientes in eũ. ꝺa ipi cura est ꝺe vob. Istuꝺ bene et expꝛesse figuratuz est in hoꝺierno euangelio. Ubi cũ turbe ꝺefecissent i pꝛoꝑꝛijs victualib9 in solituꝺine. ꝺa tamẽ xpo aꝺheꝛebant et sub eius cura tunc erãt. ipe viꝺens eoꝝ ꝺefectũ. accipiens septem panes gratias agens fregit et ꝺedit ꝺiscipulis suis vt apponerent turbe. que fuerunt verba in pꝛincipio ꝓposita. In quibus veꝛbis tria tangũf. Pꝛimo nanq; ꝺescꝛibitur materia refectionis per quã christ9 turbã satiauit. ꝺa accipiens septem panes. Secundo ꝺescꝛibiꝫ gratiarũ actionis ꝺoctꝛina p quã xp̃s nos informat. quia gratias agens fregit. Tertio subꝺitur excellentia apostolice auctoꝛitatis per quã eos christus ꝺesignauit. qꝛ ꝺedit ꝺiscipulis suis vt apponerent turbe.

Ca

Dixi pꝛimo q̃ in vobis pmissis pꝛimo ꝺescꝛibitur materia refectõnis per quã christus turbas saturauit. ꝺa accipens septem panes. Circa ꝙꝺ sciendum. aliter reficiꝫ suos ꝺeus. et aliter reficiꝫ ꝺyabolus suos. Dominus nanq; reficiꝫ suos septuplici pane. Pꝛimus est naturalis. qui ꝺatus est ꝺ sustentationẽ coꝛporis Genes. iij. In sudoꝛe vultus tui vesceꝛis pane tuo. Bene ꝺic. In sudoꝛe vultus tui. Non em̃ ꝺebet comedi panis ex illicitis laboꝛib9. vl̃ potius ex illicito ocio. sicut ipm̃ comeꝺunt vsuꝛaꝛij. qui non in sudoꝛe sed in ocio comeꝺũt et cõsumunt omnẽ substantiã pꝛoximoꝝ. Contra ꝙs ꝺ Mat. v. Volẽti mutuaꝛe a te non auertaꝛis. scilz non mutuando vel mutuũ ꝺifferẽꝺo vl̃ ꝺiminuẽꝺo. Deutro. xxiij. Fratri tuo absq; vsura id quoꝺ indiget accõmoꝺabis. Et Luce. vj. Mutuum ꝺantes et nihil inꝺe sperãtes. Ezechielis xviij. Si aꝺ vsuram non accõmoꝺauerit et amplius non acceperit vita viuet. Unꝺe Psalmista postq; requisiuit ꝺominũ. Domine ꝙs habitabit in tabernaculo tuo. aut ꝺiuit a ꝺeo. Qui pecuniã suã nõ ꝺeꝺit aꝺ vsuram. Psalmo. xiiij. Ubi ꝺicit Innocẽ. Ꝙ vsuram ꝺetestaꝫ ꝺomin9 ꝓpter multas causas. Pꝛima est. ꝺa vsura ꝺiꝛecte opponitur charitati. j. Coꝛ. xiij. Charitas pacies est. benigna est. nõ querit que sua sunt Jo/sue. j. Omnẽ locũ quẽcũq; calcauerit vestigiũ pedis vestri vobis tꝛaꝺam. Per pedes

significat charitas.q̃ facit suũ q̃cq̃d calcat. Vñ oĩa facit cõmunia caritas. vsura ãt
2 oĩa appropriat. Scõa causa ē. q̃a vsura est homicidiũ. Ecci. xxxiiij. Panis egentiũ vita pauper est. q̃ defraudat illũ hõ sanguis
3 est. Tertio. q̃a furtũ. lz curiale Exo. xx. Nõ facies furtũ. Vbi Aug⁹. Furtũ ē attractõ rei alienę inuito dño. Quarta causa ē. quia
4 vsurari⁹ cõpat inferno. Abacuc. ij. Dilatauit q̃si infern⁹ aiaz suã. et ipe q̃si mors ẽ nõ
11 implebit. Et sicut in inferno nulla ē redẽptio. sic in illis. Imo peiores sunt inferno ẽ dyabolo. q̃a q̃ dñs descendit ad infernũ infern⁹ ẽ dyabolus reddiderũt ea q̃ iniuste
12 detinebant. scz aias iustoz. Sz vsurarius q̃ visitat eũ dñs p infirmitatẽ vel pdicatiõẽ vel hmõi. nichil vult reddere. Isaie. v. Tenebit predã ẽ amplexabit ẽ nõ erit qui
1 eruat. Quinta est. q̃a nũq̃ dormit. sic dyabolus. j. Petri vltio. Vigilate in oratiõibz q̃a aduersari⁹ vz dyabolus tãq̃ leo rugiẽs circuit querẽs quẽ deuoret Isa. v. Nõ dormitabit neq̃ dormiet Job. xxx. Et qui me comedũt nõ dormiũt. scz vsurarij. dic pau
5 per. Sexta. q̃a nũq̃ habet treugas cũ domino. licet alia pcta aliq̃n habent requiẽ. j.
2 Macha. ij. de Antiocho dz. q̃ pstituit aduersus eos plũ in die sabbatoz. Crudeliores etiã sunt Herode q̃ dñm. natiuitatis sue horã nõ est psecut⁹. Sed ipi ipsa horã natiuitatis sue psequũt eũ. Septima est qz est ppraria oĩm iuri. Est em ppraria iuri diuino Luc. v. Date ẽ dabit vob. Irẽ est contraria iuri vniuersali. de q̃ Aug⁹. Judiciuz diuie ptatis est q̃ quelibet creatura cogit se ipaz dare. Item ẽria est iuri natali. de quo
Math. vij. Oĩa q̃cũq̃ vultis vt faciant vob homines ẽ vos eadẽ facite illis. Octaua.
8 qz senus interficit miscõiaz. vñ ẽ feneratoz miscõiaz nõ hẽbit. Nona rõ est. qz ẽria natura est. facit em vt granũ nõ semiatũ crescat. ẽ nõ mortificatũ reuiuiscat. dãdo duos modios frumẽti. p trib⁹. vel hmõi. Cõtra illõ Job. xij. Nisi grũ frumenti cadẽs. cẽ.
10 Decima ē. qz feneratores sũt incãratores. Faciũt q̃ trãsmutatões metallorz sine aliq̃ percussiõe malleorz. Faciũt em ẽ polonicali monetą bohemicalẽ. hij sũt magi Pharaonis Exo. vij. q̃ fgas puerterũt in colubros. fga em sustentat hõ. ita mutuo sustentant
paupes ẽ pupilli. Sz vsurarij puertũt illud in serpẽtẽ vsure. q̃ eos deuorat ẽ interficit. Vñ Cryf. sup Math. Sillis est pecunia vsuraria morsui aspidis. percussus ab aspide delectat⁹ inuadit i somnũ. ẽ p suauitatẽ sopozis mozit. venenũ latẽs p oĩa mẽbza discurrit. Sic q̃ sub vsura accipit suo tpe q̃i bñficiũ sentit. Sz vsura p oẽs et⁹ facultates discurrit ẽ totũ in debitũ puertit. ẽ sic totã massaz corrũpit. Jõ Luce. vj. dz.
Mutuũ dãtes nihil inde sperãtes. Unde
13 cima rõ est. q̃a illas psonas psequit q̃ deo familiari⁹ sunt ascripte. scz pupillos et viduas Job. xxij. Viduas dimisisti vacuas ẽ lacertos pupillorz cõminuisti. Duodecima ē. q̃a fen⁹ ẽriũ est pnie quã dñs iniũxit
pmo homini Gen. iij. In sudore vult⁹ tui
vesceris pane tuo. Ipi ãt feneratores non
comedũt nisi de sudore alieno. Vñ de eis
pqrit dñs. Deuorãt plebẽ meã sic escã panis. Michee. iij. Qui violẽter tollitis pelles eoz desup eis. ẽ carnes eoz desup ossibus eoz. q̃ comedũt carnẽ pli mei. Jsta ē
refectio dyaboli q̃ tales isto pane reficit vt eos perpetue stranguler ẽ interficiat. Ps.
Mors depascet eos Job. xx. Panis eius
frel in vtero illi⁹ in fel aspidum.

Scõus panis est sacre scpture reficiẽs intellectũ. Trenoz. iij. Parvuli petierunt panẽ. ẽ nõ erat q̃ frãgeret eis. Qđ est ẽ negligẽtes platos ẽ rectores parrochiales q̃
suis plebib⁹ aut nesciũt aut nolũt pdicare
fbũ dei. Sz attẽde q̃a dicit. nõ erat q̃ frãgeret. Nõ aũt dicit. q̃ daret. Nam ẽ si inueniunt aliq̃ q̃ pdicant. tamen pauci qui vtiliter ẽ discrete pdicãt. Duo em sũt genera
pdicantiũ. Quidã em pdicãt subtilia ẽ nõ
vtilia. et hij apponũt integrũ panẽ parvul⁹. q̃ potius iugulant q̃z reficiunt. Alij sunt q̃
pdicãt vtilia faciliter et plane. Et hij frangũt panẽ in ptes. iuxta vnius cuiusq̃ oportunitatẽ. Cõtra illos q̃ nõ lucide neq̃ clare sz obscure ẽ implicite pdicant. dz. Parvuli petierũt panẽ. ẽ nõ erat q̃ frãgeret eis
Iste panis fbi dñi multũ est necessari⁹. q̃a
dz Math. iij. Nõ in solo pane viuit hõ. sz
i oi fbo q̃d pcedit ð ore dei. Est ãt mirabile q̃ddã circa istũ panẽ. qz panis materiał
cũ distribuit deficit ẽ diminuit. Iste autẽ
q̃nto pl⁹ distribuit tanto pl⁹ auget. Et isto
pdicator libẽter dz pdicare fbũ dei. sciẽs
q̃a ex freq̃nti pdicatõe auget in eo itellect⁹
sacrarz scpturarz. Sic dicit Aug⁹. li. j. ð doctrina xpiana. c. v. Sic pz in pñti euãgelio

vbi de septē panib⁹ supfuer̄t septem sporte fragmentor̄. Joh.vj.dr q; de ąnq; panib⁹ supfuerūt duodecim cophini fragmētor̄. Et p hec duo ſm Robertū bolgoth sup li. Sap̄.c.vij. significat duo genera docētiū. scilz pdicator̄. Quidā em̄ docēt z pdicant simplicib⁹ z deuotis. Et isti q̄i ąnq; panib⁹ reficiūt turbā popularē. De qb⁹ dr p aplm i. Cor.xiij. Volo in eccl'a ąnq; ꝓba loqui sensu meo vt alios instruā. Ista ąnq; ꝓba sunt ąnq; panes. scz ąd faciendū. ąd cauē dū. ąd timendū. ąd credendū. ąd appetēdū Quid faciendū. q; decez p̄cepta dei. Quid cauendū. q; septez pcā mortalia. Quid ti/ mendū. q; inferni supplicia Quid credēdū. q; duodecim articulos fidei. Quid apetē dū. q; gaudia paradisi. Alij aūt docēt po/ pulū subtilius z pfect⁹. z hȳ significant p refectionē septē panū. q; septez est numer⁹ vniuersalis. Et hȳ sūt subtiles doctores in vniuerſ instructi. Et in libro mystico ą est scpt⁹ intus z foris. z sigt⁹ septem sigillis Apoc.v. sufficiēter eruditi. Tertⁱ⁹ panis ē grē spūalis reficiēs affectū Isa.lv. Qua/ re appēdit⁹ argentū vim nō in panib⁹. z la/ bores vr̄os ñ i saturitate. Sz attēde q; sic̄ xp̄s nō reficit turbā nisi esurientē z panes desiderantē. Ita z panē grē nō dat homi/ ni nisi esuriēti z opranti. Hoc est. p affectū volūtatis dispositō. Ista em̄ est diuine li/ beralitat⁹ ꝓsuetudo. vt nō nisi volētib⁹ dat grāz. Vñ dicit Hugo li. iij. de arcba noe. c.iij. Ordinatissimū est de nr̄a reparōe di/ spensatōis ꝓsiliū. vt ą spōte cecidit. non co actus sed sponte resurgat. Et ą p libez ar bitriū infirmat⁹ est sanitatē nō accipet do/ nec p liberū arbitrū sanari velit. Hec ille. Quart⁹ panis est penitentie restaurans p culpā deperditū. Pō. Quia cinerē tāq; pa nē manducabā. Et itez. Libabis nos pāe lacrimar̄. Iste est panis durus z ordeace⁹ Joh.vj. Est puerv⁹ hȳ qui hz ąnq; panes ordeaceos. Quinq; dicit ꝓpter ąnq; partes pnie. que sunt contritio. cōfessio. satisfactio vitatio de cetero mali. z pseuerātia i bono. Et ąa ista sunt dura incōsuet⁹. ideo ordea cei dicunt panes. Sicut. iij. Regū. xix. ap/ pellat⁹ subcinerici⁹. Quint⁹ panis ē eucha/ristie. ꝓfortās p concupiscentiā debilitatum Juxta illud pō. Panis cor hois ꝓfirmet. Hic est panis ą de celo descēdit. Si quis māducauerit ex hoc pane viuet in eternum. Joh.vj. Non solū aūt isto pane xp̄s reficit homines viuentes in mūdo. sed etiam de/ functor̄ animas in purgatorio. Et in hoc est mirabile q; defuncti possunt refici. Fi/ gura hȳ hēt Daniel.xiiio. vbi cuz Abacuc intricasset panes in alueolo. volens eos deferre messorib⁹. de p̄cepto dñi iussus fu it vt deferret eos dē Danieli in lacu leonū posito. Ita xp̄s in hoc sacramento ą fuit ar/ tritus panis. Isaie. liij. Attritus est ꝓpter scelera nostra. mittitur q̄tidie animab⁹ in lacu purgatorij existentib⁹. vbi nō est aqua ꝓsolatōis. ꝓter spem aliq̄n euadēdi. Unde canit eccl'a. Libera eas de ore leonis. z de ꝓfundo lacu. Sext⁹ panis est deuotionis impinguās et satians in orōne. Isaie.lviij. Libabo te hereditare p̄is. Et Isaie.xxv. Dabit ei dñs panem artū et aquā breuem Quod tūc fit q̄n anima deuota post contē plationē omnib⁹ huius seculi oblectamē/ tis dimissis in vno vero eterno bono delec tat. Luc.x. Optimā ꝑtem elegit. nē. Et p/ mittit. vnū est necessariū. Et bñ dr̄ art⁹ pa/ nis. ą q̄nto mag⁹ tribulati ōib⁹ seculi ꝓmit tanto plus spūali gaudio impinguat. Pō In tribulatione dilatasti mihi. Septim⁹ panis est celestis ꝛ solationis satiās ꝑfecte appetitū Psalmꝰ xvi. Satiabor cū apparu/ erit gl'a tua. Tūc em̄ panē angelor̄ mādu/ cabit homo hō bentē oīne delectamentū. Sap̄.xvj. Lv.xiij. Btūs ą manducat pa/ nem in regno celor̄. et nō solū tūc erit de⁹ panis noster in cibū nobis datus. Sz etiz nos quodāmodo eius cibus erim⁹. Quia vt dicit Hugo li.iij. de arcba Noe. c. penul timo. Complacebit deo in nobis et ipe ci/ bus noster erit. q; delectabimur in ipo. fa/ cie ad faciē gloriā eius contēplantes. Nec Hugo. Istis ergo septem panib⁹ dñs suos reficit in vita p̄senti ne deficiāt i tu tura. vt semper sufficiant et affluant. Sed econuerso dyabolus reficit suos. ymo in/ ficit alijs septem panibus. Quor̄ primus panis est erroris. Prouerbior̄. ix. Panis absconditus suauior. In isto pane reficit hereticos. qui occulte docent et docentur. Secundus panis est mendacij. Prouer/ bior̄. xx. Suauis est homini panis men/ dacij. sed post implebitur os eius calculo. id est. lapide ignito. Isto reficit falsos pa/ curatores. Tertius est delectationis ca/ nalis. Job viceſimo. Panis eius in ventre

illius vertetur in fel aspidum. Isto pane reficit homines lubricos et luxuriosos. Quartus panis est adiutorium ad malū. Josue nono. Panes calidos sumpsimus. Quintus est ypocrisis. Osee septimo. Effraim factus est panis subcinericius. qui non reuersatur. Luce duodecimo. Attendite a fermēto pharisēorum. quod est ypocrisis. Sextus est panis rapine et oppressionis pauperum. Ecclesiastici tricesimo quarto. Panis egentium vita eorum. qui defraudat eum homo sanguinis est. Isto pane cibantur tyranni. Septimus est panis damnationis infernalis. Psalmista. Sicut oues in inferno positi sunt. mors depascet eos. Et tm̄ de primo.

Dixi secundo

q̄ in vobis premissis describitur doctrina gratiarū actionis. per quā christus nos informat. Cum dicitur. gratias agens fregit. Circa quod sciendū q̄ fm Horam super Matthēū. In ꝟ christus nos instruebat ad reddendū gratiaꝝ actiones deo pro bonis nobis collatis. ostendens nos differre a bestijs vt cognoscentes a quo. aut quid datur nobis. gratias patri luminū referamus. a quo omne datum optimū. et oīe donum perfectum Jacobi primo. Hec Horra. Duo autē sunt que possunt mouere hominē ad agendū gratias deo. prout dicit Robert⁹ holgoth super librum Sapientie. cap̄. vij. Primū est. cum cognoscat eum esse sapientie largitorem. Secundū cum recognoscit eū gratiarum omniū continuū gubernatorem. Ista duo sapiens recognoscens dicebat Sap̄. vij. Mihi autem deus dedit dicere et sententia. id est. ex certa sciētia. z pſume re dig̃ hor. i. p̄ alijs ad dicendū z docendū digna hor. que mihi dantur. qm̄ ipe dux ē sapientie et sapientū emēdator. In manu eius et nos et sermones nostri z omnis sapientia z opm scientia z sapiens disciplina. In quib⁹ verbis ponit sapiēs sufficientē causam quare debem⁹ grās agere deo. qa in eo pfitet esse nostram subsistentiā eloquentiā z opm efficaciā. Un̄ ij. Cor iij. Non sum⁹ sufficientes aliq̄d cogitare a nobis. q̄si ex nob. sed sufficientia nostra ex deo est. Unde sicut oīa flumina intrant mare vt itez fluant. Ita omnes gre quas habem⁹ a deo pcedūt p largitionē. z ad deum redire debent p grāz actionē. Unde dicit Bern̄. sup Cantica ser. xiij. Origo fontiū z fluminū oīm mare est. Fructū z scientia rū dns ihs xps. ptinētia carnis. cordis industria. volūtatis rectitudo. casta consilia. iusta iudicia. sancta ōsideria ex illo manāt. Si q̄s callet ingenio. si q̄s nitet eloquio. si q̄s moribꝫ placet. inde scientie. inde sapientie sermo. ad locū vnde exeunt reuertunt flumina gratiaꝝ vt itez fluant. Quare dicit aplus. In oīb⁹ grās agentes quicq̄d. sapientie. quicq̄d virtutis te habere consideres dei fructi z dei sapiētie deputa xpo. Sic quidē fluens aqua si stare ceperit cōputrescit. Sic plane si gratiarum cesset decursus vbi recursus nō fuerit nullo modo augetur i ingrato. sed et ꝟ q̄d receperit vertitur ei in perniciē. Hec Bern̄. Unde Hermes trimegistus libro suo de natura deorum versus finem narrat. qūo post longā discussionē diuinaꝝ rerū z hūanaꝝ. cū ad ueſperasceret Trimegist⁹ z Asclepi⁹ z Stacius parauerūt se ad cenam. prius tm̄ volebant deū adorare scōm modū phor. Exeuntes igitur sole occidente ad austrū respexerūt et p̄ces dixerunt. Sicut em̄ sole oriente ad locū q̄ dr subsolanus seu orientē se cōuertebant ad orandum. Sic sole occidente se conuertebant ad austrū fm eorum antiquā superstitiōem. Dixit ergo Asclepius ad Stacium q̄ rogarēt Trimegistum vt dignaretur apponere thura et pigmēta ad preces eorum. Quem intuens Trimegistus cōmotus ait. q̄ istud esset simile sacrilegio. scilicet incendere thus aut animalia offerre. cum sibi nichil deesset. quia ipe est omnia. et in eo sunt oīa. sed gratias nos agentes adoremus. Hec enim sunt summe incensiones. cum gratie aguntur deo a mortalibus. Hec Hermes. Hoc autem quod ait Thus deo incendere simile esse sacrilegio intellexit ipse si fiat superstitio se. scilicet cum estimatione. q̄ deus in corporalibus odoribus delectetur. Ad quez sensum dicit prophera in Psalmo in persona dei. Si esuriero non dicam tibi. Et sequitur. Nunquid manducabo carnes thaurorum. aut sanguinem hircorum potabo. Et subdit. Immola deo sacrificium laudis et redde altissimo vota tua. Et tm̄ de secundo.

Dixi tertio q̄ subditur excellentia apostolice dignitatis et auctoritatis per quam eos christus dignificauit. cū dicitur. quia dedit eis vt apponerent turbe. Dicit autem Hostra super Matthеum. Q̄ per hoc significatur q̄ dominus p̄ apostolos volebat cibaria vite distribuere et etiam soluere mortuos. vt dicitur Johannis vndecimo. Soluite eum et sinite abire. Similiter adducere asinā ad se Matthei. xxj. Soluite et adducite mihi. Eorū em̄ ministerio fit adductio ad fidem et resolutio ad conciliationē. et distributio ad refectionē. Hieremie p̄mo. Ecce dedi verba mea in ore tuo. Hec Hostra. Huic concordat Beda in omelia dicens. Spiritualia dona scire dedit apostolis deus et per eorum ministerium voluit deus ecclie sue necessaria distribui. Hec ille. Et quo patz q̄ scripturarū intelligentia que est cibus anime a solis apostolorum successoribus est requirenda. Cuiusmodi est papa cum suis episcopis catholicis. qui sunt successores apostolorum. Unde dicitur de sacra vnctione ca. quia verum. Alij vero simplices sacerdotes sunt successores septuaginta duorum discipulorum. vt dicit Thomas secūda secūde. questiōe. clxxxiij. ar. vj. Magister in quarto sententiaz̄ distinctōe xxiij. Inter quos oēs papa est plenitudo potestatis. vt dicitur de vsu pallij. Ad honorem. Quotiens ergo fidei questio vētilatur. quotiens dubia occurrunt et perplexa circa fidem credendorum. ad ip̄m est recurrendū. xxiij. questiōe p̄ma. Quotiēs. Contra cuius auctoritatē nec Hieronim⁹ nec Augustin⁹. nec aliquis doctorū sapiētissimus suam sententiam defendit. Non igitur predicanda sunt. nec etiaz̄ a predicatoribus audienda quecūq̄z dogmata. sed solū ea que a catholicis doctoribus t sanctis patribus. et p̄sertim que ab ecclesia vniuersali predicantur et approbantur. vt dicit Augustinus ad Vincencium. Et habetur in capitulo Noli frater. ix. distinctōe Et in epistola ad Fortunatum ibidem in capitulo Aeq̄z. Et latius de hoc. xxiij. questione p̄ma. per totum. Ubi expresse Jeronimus scribens Damaso pape. dicit se nolle aliquid sentire de fide summe veritatis. quod foret determinationi sedis apostolice aduersum. a quo petit emendari tāquā ab eo qui fidem et sedem Petri tenet. Si igitur tantus vir quem Augustinus in epistola ad Cirillum Johanni baptiste Samueli et Helie prophetis adequat scripta et dicta sua pape subiecit correctioni. qua temeritate. qua fatuitate viles heretici Hus et wiclef. bohemice perfidie auctores. dicunt non esse obediendum pape nec eius standum determinationi in his que spectant ad fidem. Unde patet q̄ eorum sequaces multuz errant. Qui dimisso fonte veritatis. scilicet sede Romane ecclesie. querunt sibi cisternas et riuulos. id est. prauos doctores. vel potius seductores. cum quibus pariter damnabuntur. Dicit enim Hugo in libro de profectibus. iij. capitulo vltimo. Non est recipiendum quod ab ecclesiasticorum doctrina magistrorū et approbatorum theologorū traditione discordat. nec reuocandum in dubium quod ab eis vniuersaliter cum testimonijs sanctorum patrum fuerit rationabiliter diffinitum. Quia veritate comperta qui coram se per superuacuam subtilitatē altius perscrutando fodere nititur. profunda scripturaruz quasi nouiter aliquid inde eructans quod ab alijs non est inuētum vanitatem diligens mendacium querit. Hec ille. Et Bernhardus in libro de dispensatione et precepto dicit. Q̄ melius est obedire deo q̄z hominibus. et melius ē magistris q̄z discipulis. et ipsis magistris nostris melius q̄z extraneis. Hec Bernardus. Notanter autem Hugo dicit vbi supra. Illud esse recipiendum a doctoribus quod fuerit ab eis vniuersaliter per omniū consensum et approbationem rationabiliter diffinitum. Non autē quod est particulariter per vnam vniuersitatem vl duas. sed per totam ecclesiam Romanam approbatum. illud est tenendum. Det ergo deus vt sic panem sancte doctrine de manibus successorum apostolicoz̄ hic in vita recipiamus. quatinus post hanc vitam in patria. a domino nostro ihu christo pane eterne consolationis refici mereamur Ad quod nos perducat pater et filius et spiritussanctus Amen.

Dñica octaua post trinitatis. I

Sermo. XCVIII

¶ Dñica octaua post trinitatis

¶ Dixi tertio q̄ in verbis p̄missis describit operatio impiorū sceleros cum subiungitur. Vendentes z emētes in illo. Et certe non mirū q̄ ejecit ita sceleratos auaros. Hā p̄ut dicit Aplus Ephes. v. Auaricia est idolorum seruitus. Et quo igit domus dei facta est ad cultū dei. Certe filius dei inueniens in ea cultū diaboli. merito ejecit hmōi ydolatras. scz auaros. cuiusmodi erāt tūc sacerdotes iudeorum. de quib⁹ dicit Ozee viij. Argentū suum z aurū suum fecerūt sibi ydola vt interirent. Pro quo sciendū q̄ vt supra dictum est multiplex est templum. z ita multiplices sunt emētes et vendētes seu mercatores. Nam quidā sunt corporales. quidā spirituales. Corporales sunt q̄ per fraudes z dolos merces suas faciunt. z vendūt. De quib⁹ dicit Eccl. xxvj. Difficile extuitur negocians a peccato. Et vere difficile. qa multa ad hoc requirunt q̄ qs sine pctō emptiōem z venditionez exerceat. De multis tm pauca cōmemorasse sufficiat. Primo igit requirit q̄ ille qui emit aut mercatur aut negociat nō faciat hoc ꝓpter auariciā z improbam cupiditatē diuitiaz. sed ad necessitatē tm z aliorū utilitatē. Cōtra quod faciūt auari mercatores. et vsurarij. q̄ solum ad hoc mercant. z vendūt vt p minori pecunia maius lucrū pecunie habeant. z hanc mercaturā vocat phus. ij. politicorū campsoriā vituperabilem. qa a pecunia incipit. z pecunia terminat. quod est cōtra naturā pecūie. quia pecunia fm ipm ordinata est ad vsum naturaliter nō ad lucrum. Sco reddit illicita emptio vl' venditio ex tempore. vt si fiat diebꝫ festiuis in quib⁹ ab huiusmodi ogationib⁹ cessandum est. de conse. di. iij. Rogationes. z ca. omnis Et. xx. q. iij. ca. ij. z iij. Tertio redditur illicita ex psona. vt si clericus vl' religiosus talia exerceret. ij. Thimo. ij. Nemo militans deo implicet se secularib⁹ negocijs. Unde Hieronym⁹. Negociatorez clericū ex paupere diuitē. ex ignobili glorioſum q̄ndā pestem fuge. Quarto ex loco. vputa si fiat in loco sacro. sicut hic patet. Nam ꝯuis essent licite emptiōes si fuissent alibi. tamē eoipso quo fiebant in ecclesia erant illicite fm Franciscum Astensem. Quinto redditur illicita venditio ex superflua z curiosa rerum adinuentione. Nam fm Tho. ij. q. xvj. Licet artifices facientes ornamēta p̄dentia status mulierū. vel vt placēt viris ꝓbis. vendendo talia nō peccant. cū si adinueniūt aliqua superflua z curiosa peccant. Unde Crisō. sup Matth. dicit. q̄ ab arte calceatorū z textorū multa abscidere oportet. etenī ad luxuriā deduxerūt necessitatē. eius cōrupentes artez. male arti bona cōmiscentes. Sexto redditur illicita venditio si res carius vendit qꝫ valet. qō intelligendū est sic. q̄ carius vendere rem qꝫ valet est illicitū. nisi res que venditur cederet in detrimentū venditoris. qui multū rē la indiget. Nam in tali casu iustum p̄cium erit. z nō solum respiciat ad rem que venditur sed etiā ad damnū qō venditor incurrit ex venditione. Unde licite p̄t vendere plus qꝫ valeat fm estimationem. cuius nō vendat pl⁹ qꝫ valeat vēditori. Q si emptor multū inuetur ex re quā emit. sed venditor nō damnificatur carendo ista re. nō debet eam supuēdere. quia vtilitas que alteri accrescit nō est ex vendente. sed ex conditione ementis. Nullus autem debet vendere alteri quod nō est suum. ¶ Sed diceres. cū hoc non prohibet lex humana. Rndeo fm Thomā. ij. ij. q. lxxvij. Licet lex humana solum punit et cogit ad restitutionē q̄ quis ē deceptus vltra dimidiū iusti p̄cij. tamē lex diuina que nihil impunitum relinquit hoc non pmittit. Septimo redditur illicita venditio. si quis vendit carius qꝫ solus emit. et hoc est vex. si excessiue carius vendit. quia moderatum lucrum pmittitur illis qui p̄opter publicum bonum negociantur ne res necessarie perirent. vel quia rem meliorant. vel quia pericula paciuntur vel quia p̄cium muratū est ex diuersitate

loci vel tpis. vt qa emit in polonia pro cō/
muni moneta. z vratislauie vendit pro la
tis grossis. vel emit circa festuz michaelis
bladum qñ erit copia. z vendit circa carnis
priuiz qñ erat penuria ipsi⁹. Dec Raimū
dus. Octauo reddit illicita ꝓpter defectuz
rei vendite. Haz ſm Thomā. ij. q. lxxvij.
Circa rem que venditur triplex defect⁹ de/
bet cōsiderari. Unus qdem ſm speciē rei.
vtpura si vendat auricalcuz pro auro. aut
vinum mixtū aqua quasi purū. Alius de/
fectus est ſm qntitatē ponderis vel men/
sure. vt si qs sciēter vratur deficiente pon/
dere vel mēsura. Tertius defectus est ex
parte qlitatis. puta si animal infirmū ven
datur qsi sanū. In his trib⁹ casib⁹ venditor
sciēter vendens fraudem cōmittit. z tenet
ad restitutiōem. ſm Ambro. in libro de of
ficijs. Sed si ignoranter ita vēdit non pec/
cat. Sed postq̄ ad noticiam ei⁹ deuenerit
tenet ad restitutiōem damni. Et ecōuerso
si vēditor credens aurū impurū vendit le
uius q̄ purū. vel credens aīal morbiduz
cū tamē est sanū vendit facili⁹. emptor po/
stea cōperta reueritate tenet ad recōpen/
satiōem. Ex his infert Thomas q̄ vendi/
tor tenetur dicere viciuz rei vendite. alias
dat occasiōem damni vel periculi ipi em/
ptori. Uñ si talia sunt vicia occulta. z ipse
venditor ea nō dicit. tenetur ad damni re/
compensationē. Si vero est viciū manife/
stum. vtputa equus monoculus. vl' si vsus
rei nō competit vni. competit tamen alteri
z vēditor ꝓpter huiusmōi viciuz subtrahit
de precio aliqd quārū oportet. nō tenetur
ad manifestandū viciū rei. quia forte pro/
pter hmōi viciū emptor vellet sibi plus de
precio rei subtrahi. Uñ in tali casu vendi/
tor potest licite viciū rei reticere. Nono illi
cita est venditio si mercatores inter se con
ueniūt et statuūt vt certo pcio vendāt. vel
q̄ vnus solus tales merces vendat. et ta/
lis debet bonis suis spoliari. z exilio tradi
ſm leges. Decimo illicita est emptio vl' vē/
ditio si fit cum mēdaciꝰ vel piurijs. z hoc
si sciēter dicit falsum. z tales tenētur ad re
stitutiōem. Si qs autē credens dicere ve
rū dicit falsum. vel p hoc nō intēdit proxi/
mo nocere sciēter. sed se indemnē seruare.
nec ꝓpter hoc rem cariꝰ supuēdit. tale mē
dacium potest dici veniale. si tñ iurat vel p
iurat peccat mortaliter. Et tantuz de istis
emptoribꝰ et vēditoribus corpalibꝰ. Qui
si ita negociātur ejicientur de templo cele/
sti. ¶ D Decūdi sunt emptores z vendi
tores spirituales Et sunt triplices. scz ava
ri. symoniaci z hypocrite. Primi scz avari
vendūt celum p terra. et sunt hi qui ꝓpe/
cunia falsa testimonia ferunt. z alia vicia cō
mittūt. de quib⁹ dicit Beda sup Matthe
um. Et habent verba. xj. q. iij. Abijt iudas.
Multi hodie scelus iude detestant. quia
deū ac magistrū dominūq̄ suuz p pecunia
vēdidit velut īmanes z nepharios exhorrēt.
nec tamē cauēt. Nam cū p muneribꝰ falsuz
cōtra quelibet testimoniū dicūt. pfecto. qa
veritatem p pecunia negāt. deū pecūia ven
dūt ꝛc. Symoniaci sunt mali mercatores
qui vendūt sacramēta. z dona spiritussan/
cti p pecunia. Et hoc dñs hic ejiciendo fi/
guraūit ſm Origen. xxj. q. vj. Et hec dixi/
mus. vbi dicit. Hoc verbū euāgelij conue
nit illis qui tradūt ecclesias auaris z tyrā
nis indisciplinatis z irreligiosis epis z pre
sbyteris. quod cōmuniter fit p symoniaz.
Istis dicit illud Actuū. viij. a beato petro.
Pecunia tua tecū sit in pditiōem. Istud ē
grauissimū peccatū z crimen. ita q̄ omnia
crimina in cōparatiōe sui pro nihilo repu/
tantur. vt dicit. j. q. j. Eos. z ca. vlti. Scien
dum q̄ symoniacus electus ad dignitatem
ecclesiasticam est nociuus trib⁹. scz electori
bus. ecclesie z deo. Electoribꝰ. qa est mate/
ria peccati. quo cōtra deum delinquunt. et
deū z legem ei⁹ trāsgrediūtur in qua hoc p
hibetur. Scdo nocet ecclesie. qa ipam de/
cipit. eo q̄ talis fingēs se habere executio/
nem ordinis. qua caret in suo officio admi
nistrat. cū tamē nihil faciat. vt de symonia
Accusatuz. Unde dicit Thomas. ij. q. c.
arti. vj. Q̄ episcopus symoniacus ꝓpter
promotiōem suam si confert ordinem. ta/
men caret ordinatus executione z iudiget
dispensatione. quia sic ille episcopus suspē
sus ē. et q̄ ad se z quo ad alios. Tertio no/
cet deo. quia in modum iude recedens ab
eo tradidit eū in manus peccatorꝫ. de qui/
bus cōqueritur dominꝰ Ozee. viij. Ue eis
quoniā recesserūt a me. de pe. dist. iiij. cap.
Uerum. Et Isaie. xxxiij. Ue qui predaris
nōne et ipse predaberis. scilicet finaliter.
Tertij vendentes et ementes spirituales
sunt hypocrite. De quib⁹ dicit Apocalip.
xviij. Mercatores stabunt a longe. Isti

sunt falsi mercatores. quia fingunt se esse in ecclesia columbas simplices. et sunt lupi rapaces. Math. vij. Vendūt autem isti primo falsum aurū. quia ostendūt in se diuinam sapientiā. et habent diaboli astuciam. Vendunt etiam eloquētie argentum. quia ad hoc blandiuntur z loquūtur blande vt hic sancti videant. Vendūt lapides pretiosos. id est. eminentiā sancte cōuersationis. vt boni et virtuosi in publico videantur. Vendūt margaritas. i. candorē sanctitatis. byssum iustificationez. purpuram martyriū amorē. Apparēt enī multū appetere martyriū p xpō. vendūt sericū virginitatis castitatē oīdentes. Coccum caritatem ad deū z proximū. lignum cipri. i. pstantiā indeficientē. quia tale lignū est imputribile. Ebur castimonie. dā apparent casti. sz in occulto luxuriosi. Es lōganimitatis. Ferrum patiētie. Marmor inuicte humilitatis. Cinamomū pallorē penitentie. Amomū opinionis z fame redolentiā. Ornamēta. i. dona spūsci. Merces thuris. i. deuotionis. Vinū cōpunctiōis. oleum pietatz cōpassionis. merces siliginis puritatis cōscientie z tritici. i. infirmitatē. frumētor. i. labor spiritualiū. z ouiū scz simplicitatē innocentie. z equor. i. fortitudinis strēnuitatē. z redarum. i. auxiliū z pstū. supportādo onera infirmorū. mancipior. i. mutui fernicij z aiarū boīm. i. rationabilitatis. dā omnia dicūt facere cū plena ratōne. z poma. i. odorem bone fame. z oīa pinguia. i. oīs deuotiones. Isti mercatores z si hic nō ēiciuntur. dā nō discernunt in ecclia militanti. tñ finaliter ejciētur de templo celesti. Juxta illud Zacha. vltimo. Nō erit vltra negociator. Dicet enī dñs demonib illud Johis ij. Auferte ista hinc. i. a cōspectio meo z beatorum. z mittite i tenebras exteriores. vbi erit fletus z stridor dentium.

¶ Dominica. XI. post trinitatis. I.

Sermo CIIII.

Duo homines as

cenderūt in templuz vt orarent Luce. xviij. Quoniā vt ait beat⁹ Bern. sup Cantica. Nihil ita efficax est homini ad gratiā pmerēdaz recipiēdamq; et pseruādam q̄s si homo oīm tpc' iueniatur nō alta sape sed timere. Hec imerito. Quis enī ita securus est de gr̄a acq̄sita q̄ non tre pidet z timeat de ipius amissione. Cū dicat Apl's. Qui se existimat stare videat ne cadat. Dicut autē nullus debet esse ita securus de adeptz virtutib q̄n cas possit amittere. ita nullus dz de cōsequēda venia pctōrum desperare q̄n eam possit pmereri Juxta illud. Quacunq; hora ingemuerit pctor. omniū iniquitatuz eius nō recordabor Ezech. xviij. Quisq; ergo in culmine virtutū se stare credit. timeat ne cadat p superbiaz. z econuerso. Quisquis in pfundo peccatoz se iacere cōspicit. speret q̄a p humilitatē resurget. Ista enī sunt occulta iudicia dei abyssus multa. que psiderare homini multū est vtile. eo q̄ talis cōsideratio hominē z a tumore superbie reprimit z ad cōfidentiā erigit. Vñ Grego. omelia. xviij. super Ezech. Sepe scrōrū cogitatiōib ipsa que bñt bona blandiūtur vt coz mētes in aliqua fiducia sui eleuēt. sed primus ad dei occulta iudicia recurrūt quō alij ex virtutibus ad infernū p elationē corruunt. alij ex vicijs correpti ad celū p humilitatē leuantur. Vñ nos ad humilitatē reuocans propheta terret z āmoner dicēs. Venite et videte opa dei. q̄ terribilis est in cōsilijs super filios hominū. Quis enim cōsiderare valeat quātus sup nos terror sit cōsilior dei. quādo et alter ex virtutib in finem tendit ad vicia. z alter ex vicijs in virtutib cōcludit finem. Vñ Salomon ait. Est via que videtur homib recta. z nouissimuz eius ducit ad infernum. Prouerbio. xiij. Decitat q̄s occulti iudicij. pfunda cogitare quid est aliud q̄s alas deponere. i. de nulla virtute psidere. sed sub magno timore trepidare. Decille. Ista duo bñ patuerūt i bis duobus homib quoz mentio est in pñti euangelio. Quorū vnus ex virtutib p elatōem deprīat⁹ finaliter corrnit ad vicia z demū ad supplicia. Alter vero ex vicijs p humilitatem sublimatus ad virtutes puenit ad premia. Quorū vita in verbis apostolis breuiter describitur Cum dicit. Duo homines ascenderūt in templum. vt dicatur in pñti euāgelio. ¶ In illo tempore. Dixit ihesus ad quosdaz qui in se cōfidebant tanq; iusti z aspernabātur cereros z. In quib⁹ verbis circa statum humane cōditiōis describitur primo humanorū actuū diuersitas. Cum dicit Duo homines. Scdo subditur bonorū z malorū operandi exercitij

equalitas Cum dicit. ascenderūt in tēplū. Tertio subdit intentiōis finalis vtilitas. quia vt orarent.

Dixit primo q̄ in verbis p̄missis describit p̄mo humanor̄ actuū diuersitas Cū or. Duo homines. Pro quo sciendū q̄ in vita p̄senti duo sunt genera hoīm ſm Aug⁹. in li. de ciuitate dei. scz ciues babylonis. i. vicior̄ z inferni z ciues hierl'm. i. virtutū z paradisi Primi semp superba loquunt. supba agūt supba cogitant. et ecōuerso. Scōi oia ista humiliter exercēt. Primi p superbiā oīa bona p̄us acta destruūt. Scōi p humilitatem oia mala p̄us ppetrata redimūt. Primi apud homīes apparēt esse q̄d fuerunt. z tñ in dei oculis ceciderūt. Scōi hūano iudicio adhuc apparent esse q̄d fuerūt. z tñ in oculis dei surrexerunt. De quib⁹ loquens Isidorus lib. ij. de sūmo bono ca. vij. dicit q̄ q̄dam sunt q̄ iam secrete ꝓuersi sunt. q̄z ꝓuersio q̄a nō. p̄cedit ad publicū apud estimationē humanā. quales fuerūt tales adhuc esse putant. iam tñ in oculis dei ceciderunt. multi reprobi apud hoīes sunt et apud deum electi. Atq; item. i. iteruz apud homīes multi electi putant z apud deū reprobi existunt Salomone dicēte. Vidi impios sepultos q̄ etiā cū adhuc viuerent in loco sctō erant. z laudabant in ciuitate q̄si iustor̄ opex. ꝓpter q̄d āmonet idez dicens. Nullus igit̄ putet se electū. ne forte apud deū sit reprob⁹. Hec ille. Ista aduertens beat⁹ Aug⁹. in li. Soliloquior̄ cap. xxij. exclamādo z admirādo diuina ꝓsilia atq; iudicia dicit in hec v̄ba. Magna sunt hec iudicia tua dñe deus iudex iuste z fortis q̄ iudicas equitatē. z inscrutabilia atq; pfunda. que cū ꝓsidero cōtremiscūt oīa ossa mea. z post pauca. Vidim⁹ dñe mīros z audiuimus a patrib⁹ nostris. q̄d vtiq; sine magno timore non recolo. sine magno tremore nō ꝓfiteor. Ascendisse quidē p̄mitus vsq; ad celos. z inter sidera njdū suuz collocasse. postmodū autē cecidisse vsq; ad abyssos. z animas eor̄ in malis obstupuisse. Vidimus stellas cecidisse de celo ab impetu ferientis caude draconis z eos qui iacebant inter pulueꝛē a facie sublevātis manus tue mirabiliter ascēdisse. Vidim⁹ viuos morientes z mortuos a mortuis resurgentes. et eos qui inter filios dei ambulabant in medio lapidū ignitor̄ q̄si nihiluz defluxisse. vidimus lucez ꝓtenebrasse z de tenebris lucem p̄cessisse. quia publicani et pctōres z meretrices p̄cedent incolas i regnum celor̄. filij autē regni hui⁹ ejcientur in tenebras exteriores. Quare aūt omnia ista. illi in morte descendūt. isti autē ascendunt ad vitā in quā ascēdit angelus z de q̄ descendit diabolus. nisi q̄a quos p̄destinasti ipos z vocasti z mūdasti. Hec ille. Ex q̄bus oīb⁹ patet diuersam esse viam actionum humanarū in merendo. Nam q̄dam incipiūt mereri. sed ante finē deficiūt. Alij vero incipiūt z pficiunt. Ex quo cōclūdit Isidorus li. ij. de summo bono cap. vj. duplicem esse p̄destinatōem scz elector̄ ad requiem. z reprobor̄ ad mortē. Utraq; autē diuino agit̄ iudicio vt semp electos supna z interiora ꝓsequi faciat. reprobos ꝓ semper vt infima z exteriora delectēt deseren/do p̄mittat. Et post pauca describens istā diuersitatē dicit. Mira dispositio est supne distributiōis p quā hic iustus amplius iustificat. impius amplius sordidat. mal⁹ ad bonum aliq̄n ꝓuertitur. bonus ad malum aliquādo reflectitur. Vult quis eē bonus. z nō valet. vult alter esse malus et nō p̄mittitur. Introire datur ei q̄ vult esse bonus. alius nec vult esse nec ei dat vt sit bonus. Iste nascit in errore et moritur. Ille in bono q̄ cepit vsq; ad finē p̄durat. Tamdiu iste stat quousq; cadat. ille diu male viuendo in fine saluat repenteq; ꝓuertitur. Vult prodesse in bono iustus nec ꝓualet. vult nocere malus z nō valet. Iste vult ꝺo vacare z seculo impedit. ille negocijs implicari cupit nec pficit. Dominat mal⁹ bono. bonus damnat p̄o impio. impius honorat⁹ p iusto. Nec Isidor⁹. Ista bene pertuerunt in istis duob⁹ hominib⁹ scz pharisco z publicano. Quor̄ primus scz pharise⁹ tamdiu stabat i bono quousq; cecidit. publicanus vero licet i malo p̄ius stabat. tamē tamdiu stetit quousq; surrexit z in fine p̄durauit. Sic iudas ceperat quidez hominib⁹ apparere iustus. et tamdiu stetit quousq; p diabolus decept⁹ cecidit. Mag dalena vero hominib⁹ apparebat peccatrix et tamdiu sterit in errore quousq; p gratiā visitata ad bonū resurrexit et perdurauit Ex quib⁹ colligunt duo esse genera hominū in ecclesia militanti. Quorum vnuz est

qui et si agūt aliqua de genere bonorū. finaliter tamē damnantur. De quibus dicit Bernū. super Cantica. sermōe. xxiij. Est locus apud deū de q̄ super rationalē repro/bam q̄dem creaturam īmobilis vigilat secretissima t seuerissima animaduersio iusti iudicis dei. terribilis in p̄silijs super filios hominū. videtur īq̄t a timorato contemplatore hoc loco deus iusto sed occulto iudicio suo reproborū. nec diluens mala nec acceptans bona. Insuper t corda indurans. ne forte doleant t resipiscant t cōuertant t sanet eos. Et hoc nō absq̄ certa t eterna ratione. Nō tanto formidolosius p̄stat esse q̄nto immobilius firmum extat in eternitate. Pauendū est valde q̄d in p̄phe/ta de huiusmodi legim⁹. vbi loquēs deus ad anglos sic ait. Miseream⁹ impio. q̄by pauētibꝫ atq̄ q̄rētibꝫ ñ differt facere iusticiā nō inquit. subdens causam. in terra inquit sanctorū iniqua gessit. non videbit gloriaz domini. Nec ille ¶ B ¶ Hcōm gen⁹ hominū est q̄ t si agunt tales aliqua mala. tamen finaliter saluabunt. De quibus idem Bernū. vbi supra dicit. Astat p̄positum t dissimulans mala t remunerans bona. vt miro modo eis nō bona sed t mala cooperant in bonum. Et p hoc idem inducit illud. j. Johis. iij. Omnis qui nat⁹ est ex deo nō peccat. q̄a generatio celestis. i. eterna p̄destinatio custodit eum. nō q̄ tales nunq̄ peccassent Juxta illud. Beatus vir cui nō imputauit dom⁹ peccatū. Nos ergo dicit q̄si nunq̄ peccasse. q̄niam t siqua deliq̄ se videnk in tempore. non tamē apparēt in eternitate. q̄a patris eorum caritas operit multitudinē peccatorꝫ. Hos dicit p̄s. beatos. quorū remisse sunt iniquitates. t quorū tecta sunt peccata. Ex quo accipi potest q̄ electi t si q̄nq̄ exorbitāt. correcti tñ emēdantur. Et q̄dam eorū etiam si ab hominibus corripiunk in viam quaz reliq̄rant redeunt. vt dicit Aug⁹. in li. de correp. t gra. de pe. dist. ij. Quicunq̄. Ex quo dicit Aug⁹. ibidem. q̄ in talibꝫ stat immobile et firmū fundamentū dei hūs signaculuz hoc. Scit deus q̄ sunt eius. Et horū fides q̄ p dilectiōem operak profecto aut omino nō deficit. aut si q̄ sunt quorū fides deficit. reparank anteq̄ vita finiak ista. t deleta inq̄tate q̄ intercurrerat vsq̄ in finem p̄seuerā/tie deputank. Patet itaq̄ fm Aug⁹. q̄ nullus p̄destinatorū ex bono in malū cōmutatus finit hanc vitam. Sicut patet de paulo petro t magdalena t publicano. imo fm Aug⁹. etiam hocip̄m q̄ deuiāt et exorbitāt scz peccādo mortaliter. vt dicit ad Roma. viij. ca. deus faciet eis p̄ficere in bonuz. q̄d intellige occasionaliter. q̄a fortiores resurgunt. vt dicit. xiij. dist. Nerui. in fine. t dist. l. Considerādū est. t ca. Fideliorꝫ. Istud patet de petro. de q̄ dicit Ambro. in Omelia. Fideliorꝫ fact⁹ est petrus post q̄ fidem se p didisse defleuit. atq̄ ideo maiorem gratiaz reperit q̄ amisit. Nō exponit Archidia. l. di. Fideliorꝫ. i. in fide firmiorꝫ. t maiorē gratiam reperit. i. digniorē virtutem. Cooperank ergo etiā eis mala in bonū. vnde dicitur Roma. viij. q̄a occasionaliter faciūt eos p̄ficere vt habeant verū bonuz. vel illa deuiatio t exorbitatio. i. pena q̄ subeunt pro deuiatione facit eos p̄ficere. q̄a cū affligūtur pena se recognoscētes humilianꝫ. i. humiliores fiunt. Ex quo p̄cludit glosa in dicto ca. Quicūq̄. t cañ. Firmuz. tamē alibi hūtur pro vno. q̄ predestinatos etiā dum sūt mali scit eos. i. amat t defendit de⁹. Et per hoc q̄ eos defendit apparet hostibus t inimicis q̄ ipi sunt signaculū dei. Habent enim p̄destinati etiam dū mali sunt quendam caracterē q̄ distinguūtur a damnādis Unde ex tribu iuda. xij. milia signati. Iste aūt caracter est signum amicis t inimicis. Amicis vt accedāt. inimicis vt territi fugiant. Quia igit ista nobis incerta sunt t dubia. q̄a scilicet sit p̄destinat⁹ ad vitaz. quis p̄scitus ad damnationem. Ideo non restat nobis nisi tremendum t trepidanduz in conspectu dei. Haz tota salus nostra in deo est. Unde sicut nullus potest deo desrente penitere. ita nullus potest sua peccata cogitare et videre t plangere vnde ceciderit nisi d̄o respiciēte. t vtq̄ fit iusto dei iudicio. Haz vt dicit Jsidorus li. ij. de summo bono cap. xv. Quidam reprobortz in potestate demonum relinquuntur occulto dei iudicio t iustissimo. Et q̄dam electorū dimittunk diuina iustitia incidere in errorem peccati. sed tamen miseratione eis⁹ reducti denuo conuertuntur. Sicut patuit de istis duobus. scilicet phariseoꝫ publica no. per quos duos significantur duo genera hominum.

Dixi secūdo q̄ in verbis p̄missis tangitur bonorum ꝛ malorū exterior operandi equalitas Cum dicitur. Ascenderūt in templum. Scōm enim Augusti. tam mali q̄ boni equaliter ecclesiaz visitant. equaliter sacramenta exterius sacramentaliter sumunt. equaliter exterius occurrūt. equaliter verbuz audiunt. sed non equaliter ex his interius proficiunt. Quantū ergo ad hoc isti duo. scilicet phariseus ꝛ publican⁹ fuerunt equales. quia equaliter in templū ascenderunt. Circa quod sciendū est de duplici ascensu cuilibet homini necessario ꝛ utili ad salutem. Nam ascēdere debet homo corporaliter in templum materiale ad orandū. ſm hystoriam euāgelij. Et sic ascēdere debet homo mentaliter ad templum mentale ad contemplandū ſm allegoriam mysterij. De primo ascensu dicit euangelium q̄ duo homines ascenderunt in templum. Sic Petrus ꝛ Johannes ascenderunt in templum. Et quia heretici. hussite ꝛ wicklephiste nituntur templum dei reprobare asserentes non esse orandum in templo. sed in omni loco. Ideo contra istuz errorem aliqua videamus. Primo igitur dicunt pro sua opinione et erroris sui fundamento esse illud Johānis. iiij. Venit tempus quādo nec in hoc monte neq; hierosolymis adorabitur dominus deus ꝛc. q̄a spiritus est. et eos qui adorant. in spiritu ꝛ veritate adorare oportet. Item Actu. vij. dicit. Deus non inhabitat in templo manu facto. Item Matth. vj. Tu autem cum oraveris intra cubiculum tuuz ꝛc. ergo vt dicunt sufficit camera. nō est necessaria ecclesia. Ad q̄d respōdeo q̄ nō edificam⁹ ecclesias. vt ibi de⁹ localiter contineat. sed vt decentius colatur ꝛ adoretur. Q̄ autem sibi hoc placeat. patet per illud quod dixit. Domus mea domus orationis vocabitur Matthei xxj. Luce. xix. et Johānis. ij. Q̄ ergo christ⁹ dixit. veri adoratores adorabunt patrem in spiritu. quo ad hoc loquit. vt reprobet superstitiōez gentilitatis. q̄ credebant deū localiter ibi sicut quoddā idolum contineri. et nō alibi. q̄d tamē nullus christianorū hodie cōcipit. Per hoc tamē nō reprobat fieri ecclesias ꝛ templa materialia. q̄a nō dicit. venit tempus quādo destruent ecclesie. sed dicit. quādo nec hic scilicet apud Samaritanos. nec in hierosolymis scilicet tm̄. sed etiam apud gētes cōuertēdas per nomē meū. adorabūt patrē in spiritu. i. spūaliter de deo fide credētes. Q̄ aūt dicit de cubiculo. intellige de cubiculo mētis q̄ntū ad ei⁹ q̄etem. Vel patz ex eo. q̄a alias q̄ nō haberet cubiculū nō dicere ꝛ orare ad litteram. cū nō h̄ret q̄d claudere. Ulū ꝛ apli legūtur habuisse ecclesias ꝛ in eis orasse. Et xp̄s freq̄nter et orasse ꝛ p̄dicasse legit̄ in templo. vt dicit Math. xxj et Luc. xix. Erat q̄tidie docens in templo. Et Luce vltimo dicit. q̄ apostoli erant in templo laudātes. Et Apl's. j. Corinth. xj. dicit cōtra deshonestātes ecclesiam. aut ecclesiam cōtemnitis. Item Petr⁹ ꝛ Johānes ascenderūt in templū Actuū. iij. Item Actuū. ix. Ingressus paulus in templum predicabat. Quātū aūt sit vtile ꝛ meritorium orare i ecclesia materiali. patet ex pluribus. dicit em̄ Pūs. In ecclesijs bñdicite domino. Et alibi. Laudate dñm in aula sancta eius. Prima igit̄ ratio est q̄ rei ecclesia est orādum. q̄a ibi oratio ex pegrinatione est laboriosior. Et cū oīe meritoriū debz esse penale. sequitur q̄ taliter laborans maxime merek. Scōo q̄a ibi opus ex obedientia est accept⁹ deo. ꝛ p̄sequēs in merēdo est ampli⁹. Tertio quia in domo plus elongata ab opere et sollicitudine seruili. est anim⁹ purgatus deuotior. Quarto ad placandum et horrādum. Horrans recipere ex cōcursu fidelium sese iuuantiū quilibet est aptior. Quinto q̄a ex sanctificatione templi aliq̄d sanctitatis remanet in domibꝫ materialibꝫ. Unde exercit⁹ diaboli ad temptādū orātes est debilior. Diaboli em̄ vbi superank locū fugiūt. Sexto q̄a talis modus visitādi domū dei ꝛ orationis ē sensus anagogia figuratior. Cū ecclesia materialis significat tropologice mētem mundam. Anagogice celestē hierl'm. Et deambulatio ad ecclias. significat pūtis vite pegrinatiōem. fideles aūt limia sctōz visitando cōsiderāt cum apostolo Hebreo. xiij. q̄ nō habent hic manentem ciuitatem. ꝛ q̄ dies peregrinatiōis post lapsum limitati sunt. vt in sudore vescantur pane suo in penam peccati Geneſis. iij. Et sic significatur q̄ homo ad laborem nascitur. Job quinto. Et q̄ militia est vita hominis super terram. Job. vij. Potest tamen esse efficaci

or ratio ad ℞.q̄ post lapsum peccati opor/tet ad ratiōem opis meritorū q̄ sit laborī/osum vel penale vltra statum innocētie.q̄ dicit Lincolnienſ. Oportet offendentē vl/tra antiquum debitū ad hoc vt satisfaciat erogare.i.addere aliq̄d. Ideo nō superest q̄d vltra statū innocētie superogemus nisi penalitas. Oportet ergo q̄ oratio placida deo sit.cū pena ieiunij vel laborīs aut ele/mosine.q̄ ꝛps Math.v. videl dicere. Si diligitis eos qui diligūt vos quā mercedē habebitis. Nōne publicani hoc faciūt. q̄si di. Oportet lapsos ad rationē opis meri/torij supaddere aliquid superogabilis in ratione difficultatis ⁊ penalitatis publica norū ⁊ gentiliū ad rationē cōmodi tpalis. Vñ Actuū.xiij. dicit. Per multas tribu/lationes oportet vos intrare in regnū ce/lorū. Et hac puto ratiōe deus in veteri te/stamento vnicū solum templuz hieroſoly/mis fieri p̄cepit. Ad illud omnes iudei de longinq̄ssimis partibꝫ pegrinari debebāt ter in anno sub ratione p̄cepti. Vñ nō licu it alibi pascha celebrare. nec offerre .p.pcō nisi ibidem. Serta ratio est. quia deuota oratio primi assistentis exemplificat ⁊ ex/citat aliunde desides ad orandum Math. v. Sic luceat lux vestra. vnde ex ista causa alternant clerici nunc cū nota. nūc cū musi cis instrumētis. nunc sine talibꝫ. vt ex ora/tionis alternatione fiat laicis ⁊ clericis o/ratio sapidior. Et vt hec vtiliter fierent. ex pediret talia facere cū magna diligētia ⁊ at tentione ⁊ deuotione qua pōt fieri maiori. ne fructus oronis tam in ipis q̄ laicis fru straretur ex dissolutione cantus. Unde.ij. Esdre vl' Neemie.viij. dicit. Q Esdras le git in libro legis dei distincte ⁊ apte scz ad intelligendū. ¶ D ¶ Postq̄ autē vt dictū est psuasum est fidelibꝫ templuz materiale congruum fore locū laudis diuine. Restat breuiter videre de ascensu ad templū p̄di/ctum. Ascendendū est igitur ad illud q̄tru or gradibꝫ. q̄uis octo gradibꝫ ascendebat ad templū hieroſolymitanū. Nos tñ q̄tru or ponam⁹ geminādo quēlibet ad duos. Primus grad⁹ est lectio. scōus meditatio. tertius oratio. q̄rtus ꝓtemplatio. Hec est autē scala fidelium qua de terra ad celū ele/uantur ſm Bern̄. in lib. de quatuor gra/dibꝫ spiritualibꝫ. Lectio fit in p̄dicatione. cum scriptura aperit nobis vel p nos vl' p alios. Meditatio cū studiosa mente occul te veritatis noticiā p rationē inuestigam⁹ Oratio vero est deuota cordis intentio. ⁊ p bonis adipiscendis ⁊ malis amouendis supplicatio. Contemplatio est mētis in de um suspense supra se quedā elevatio eter/ne beatitudinis gaudia degustando. Le/ctio ergo querit. meditatio inuenit. oratio postulat. ꝓtemplatio degustat. Vñ queri/te legendo. ⁊ inuenietis meditādo. pulsate orando. ⁊ aperietur vobis contemplādo. Spiritualiter autē loquēdo debem⁹ ascē dere tripliciter. Primo a statu culpe ad pe nitentiā. scō a penitētia ad iusticiā. tertio a iusticia ad ꝓtemplationis eminentiā. De primo ascensu dicit .ij. Regum.xv. Dauid ascendebat clivum olivarum flens ⁊ oper/to capite ⁊ nudis pedibꝫ incedens. Per q̄d significat ascensus pcōris ad sinū diuine iusticie. miscōie ⁊ pietatis p eius ꝓsideran/tem q̄ fleuit p contritionē. ⁊ operto capi/te p exteriorem ꝓfusionē. nudat pedes. i. reuelat affectus suos ⁊ desideria p confessio/nem. Ira ascendit sanct⁹ iste publicanus q̄ considerata pietate diuine miscōie dicit. Deus ꝓpicius esto mihi pcōri. Bene mun dauit pedes affectuū qui se dicit pcōrem. operto autē capite q̄ post cōfessionem nō audebat oculos ī celū leuare. Et significat statum incipientiuz. quoz est erubescere p peccatis. De scōo ascensu dicit Isaie.lvij. Sup montē excelsū ⁊ sublimē posuisti cu bile tuū. i. ꝓpositū tuū in opibꝫ iusticie. vi/luc ascendisti vt ūmolares victimas. vincē/do auariciā p largitatē. superbiam p humili tatem. ꝓcupiscentiā p castitatē ⁊ sobriera/tem. Iste est ascēsus pficiētiū quoz est in/tendere opibꝫ iusticie satisfaciētis. De ter/tio ascēsu dicit Cant.viij. Que est ista que ascendit de deserto. q̄ ver⁹ ꝓtemplativus deserit mūduz ⁊ seipm. delicijs affluens. p̄ p̄libatione gaudioz interioz ⁊ eternoz innixa sup dilectū suū. q̄a nihil inter ipm ⁊ ꝑm. nihil appetit p̄ter ꝑm. Ascende igit⁹ delicijs ad castitatem. a divitijs ad caritā/tem. ab honoribus et excellentijs ad hu/militatē. Et sic ascenditur a statu culpe ad penitentiam. De ascensu a delicijs ad ca/stitatem habet figura Actuū. viij. Ascende bat eunuchus. p quem figuratur vir iust⁹ ⁊ cōtinens ⁊ flux⁹ cōcupiscentiarū in se ex/tinguēs. Vñ Hieremie.xij. dicit. Ecce q̄si

nubes ascendet. quia castitas est refrigerium et umbraculū temptationū. De ascensu a diuitijs ad caritatem habek figura Judicū. xiij. Ascendit flāma altaris in celum. et angelus domini pariter in flāma ascendit. Quod fit quādo cor inflāmatur p amorem. tunc enim ascēdit per caritatem. De ascensu ab honoribus ad humilitatez habek figura Isa. liij. Ascendet sicut radix de terra sitienti. Radix que terra tegik significat humilitatē. quādo se semp occultat et abiectam et vilem reputat. et tamē arborem sustentat et ramos vinificat. Ille etiā q̄ ascendita penitēcia ad iusticiā debet ascendere ad tria. Primo in cor suū. vt recogitet peccata Benek. ij. Fons ascēdebat e terra. irrigans vniuersam superficiē terre. quia ex recogitatione peccatorū sequik effusio lacrimarū. Scōo debet ascēdere in deuz vt recogitet eius mādata Isaie. ij. Ascendam⁹ in montem dñi Et sequik. Docebit nos vias suas. id est. mādata. Tertio debet ascēdere in proximū vt omīa inter ipm et illum sint pacifica Apocalip. vij. Vidi alterū angelum ascendētē ab ortu solis. habentem signū dei viui Alter angelus est pacificus xp̄ianus. q̄a angelus nunq̄z irascik. qui habet signū dei. id est signū crucis et recōciliationis fraterne. q̄a p crucem nos recōciliauit. Sic et nos debem⁹ fratribus recōciliari Ance. vj. Vade prius reconciliari tē. Ille etiā qui ascēdit a iusticia ad ꝓtemplatiōis eminētiam debet ascēdere ad tria. Primo debet ascēdere ad cōtemplandū p̄fis potestatem. Dieremie. xlix. Ascēdet q̄si aquila et volabit. Aquila significat cōtemplatem. qui ꝓpter visum limpidiorē et volatum altiorē debet cōsiderare diuinā potestatez in creaturis. oīa sua opa referēdo in deuz vt cognoscat suū defectū. Scōo debet ascendere ad cōtemplandū filij veritatē Exodi xix. Ascēdit in montē. vbi phibek pmiscuū vulgus ascēdere. Moyses significat virū a fluxu mūdi separatū. Interpretatur enim assumptus ex aq̄s. ad significandū q̄ nullus habet veritatē melius cognoscere nisi qui fluxū mundi deserit. Tertio debz ascēdere ad cōtemplandū spūssancti bonitatē Cantico. vltimo. Ascendā in palmā et apprehendam fructū eius. Palma significat spiritūsctm̄ ꝓpter dulcedinē fructus donorū et gratiarū ipius Ecci. xxiiij. Spūs meus super mel dulcis. Isti ascēsus sunt multū vtiles. q̄a patris potestas cōsiderata inducit timorē. Filij veritas inducit dolorē. Spūssancti bonitas inducit amorez. Et tantū de secūdo.

¶ E ¶

Dixi tertio q̄ in verbis p̄missis subiungitur intentionis finalis vtilitas. cuz dicik. vt orarent. Ad hoc nanq̄z debet esse totū nostrū ꝓpositū et studium vt orem⁹ pro defectibus nostris deū amonēdis et donis suis largiendis. Nec imerito. Dicit enī Henric⁹ de vrmaria libro. ix. de pfectione interiorꝭ hominis cap̄. j. q̄ ad orationis pfectiōem omnium tendit structura virtutuz. et ipe ⁊rutes absq̄z oronis iugitate nō possunt compleri. Circa q̄d ꝓsideranda sunt tria. Primo qualis debet esse orans. Scōo qualis debet esse oratio ad formam verboꝝ. Tertio de modo orādi. Primo igik debz esse orās bene disposit⁹. scz cōtritus et humilis. et h̄ nō solum in oronе. sed etiā ante oronez debet se homo disponere. Quia dicit Eusebius Cesarienk. in quadā epistola. Unusquisq̄z antecq̄z in oronе procūbat omnes cogitationes supfluas ab animi sui intentione repellat Et Isido. li. ij. de summo bono ca. vij. dicit. Purgādus est pri⁹ anim⁹ temporaliū rerū cogitatiōibꝫ. vt pura acies cordis ad deū vere et simpliciter dirigatur Et Henric⁹ li. ix. vbi sup ca. ij. dicit. Quales i oronе volum⁹ inueniri. tales nos oportet ante tp̄s oronis ꝓparare. Ex p̄cedenti enī statu mens in supplicatōe formak. Et idcir co q̄cq̄d volum⁹ vt nob orantibꝫ nō surrepat. añ oronē de nro pectore debem⁹ illud euellere. Que sunt aūt remouēda añ oronē oñdit idē ibidez di. Primo sollicitudo rerū temporaliuz est penit⁹ abscindēda. Scōo vt nulli⁹ negocij curā nec memoriā admittam⁹. Tertio vt detractiones et vaniloquia et oēs scurrilitates sil⁹ amputem⁹. Quarto ire et tristicie perturbatio fundit⁹ est eruenda. Quinto vt fomitē carnal' ꝓcupīe a corde nro radicit⁹ euellam⁹. et ita q̄buslibet vicijs penit⁹ abscissis iacienda sunt primum pfunde humilitatis incōcussa fundamenta. Hec ille. De scōo scz ō forma ꝓbor orationis sciendū q̄ oro nra debz cē ad silitudinē oronis ist⁹ publicāi et iuxta ꝓsiliū salvatoris Mat. vj. Orātes nolite multū loq̄ et iuxta suasuz apli dicētis. Volo vos i eccia

quinḡ verba loqui. Ista ąnḡ verba sunt verba publicani. scz. deus ꝓpicius esto mihi peccatori. Vñ Salomon dicit Q talis breuis oratio penetrat celū. Sed diceres si sic. igitur nō est diutine orandū. sicut hodie dicūt heretici. ą omnib⁹ officijs diuinis z ecclesiasticis dimissis. paucꝭ vtunt verbis in missa z alijs horis. allegātes illud Matthei. vj. Orantes nolite multuz loqui. Ad ąd respōdet q xp̄s nō intendit prohibere diuturnitatē oratiōis. Nam ipe solus erat pnoctans in oratiōe. vt dicit Luce. vj. sed p illa verba elidit quendā errorez gentiliū quo credebant oratiōes vocales q̄nto pliores tanto esse meliores. Sic etiā putabant z pharisei. ą sicut oblatio quāto est maior. tanto est melior. Destruens igitur hūc errorē xp̄s. ponit exemplum de vidua paupcula. q̄ nō ex magnitudine oblatiōis sed intentionis cōmendata est Marci. xij Et Luce. xxj. Videte z cauete ab oīni auaricia. q. d. ą nō in habūdantia diuitiaruz sed virtutū consistit bonor iustorū. Nō ergo xp̄s phibet simpliciter pliritatē oroniś sed eo modo q̄ erhnici faciunt et gentiles. Populus enī gentilis erat in errore q̄druplici in hac parte. Primo enī arguebant si oratio aliq̄liter diuturna est bona. tūc oratio in duplo diuturnior est melior. Et sic̄ in infinitū. Sed nesciūt ą virtus cōsistit in medio. ideo nō potest excedere mediū sibi a ratione determinatū. Oratio ergo vocalis de q̄nto excitat deuotōnē interiorꝭ hominis orantis. tantū est vtilis. Si aūt distrahit tunc est nociua. Ita dicit Tho. ij. ij. q. ij. Scōo putabant isti q oratio vocalis potest p se esse meritoria. sicut bodie putāt fatui xp̄iani. Sed cōstat q oratio facta indebite. scz in mortali peccato vel sine deuotione mentali. est nociua. Vñ Aug⁹. in epistola. iiij. ad probā viduaz. q̄ fuit vxor adelphi cōsulis. q xp̄s nō prohibet diuturnuz affectū. cū ipemet in hmōi oratione pnoctauit. Sed phibet multa loq̄ supflua. Vnō dicit Aug⁹. Absit ab oratione multa locutio. sed nō desit multa precatio si feruēs p/seuerat intentio. Vñ patet q multa loq̄ in orando est rem necessariam supfluis agere verbis. Multum enim orare est multum eum quem precamur diuturna cordis intentionē pulsare. Nam plerūḡ hoc negociū plus gemitib⁹ q̄ sermonib⁹ agit. plus fletu q̄ affatu. Et ex hoc vult Aug⁹. q solū illa oratio est meritoria q̄ procedit ex diuturnitate affectus deuotiōis. licet verba sint breuia vel interdū nulla. sicut patet de moyse Exodi. xvij. z. xiij. Et de Anna. j. Regū. j ą ambo quasi tacendo orabant. z tñ in conspectu dei dicebant clamare. Tertio putauerunt isti gentiles supstitiose adorantes. q dñs verbis cōpositis aut psuasiuis z colloratis potius moueret q̄ alijs ad exaudiendū vel q absens vocib⁹ altioribus puocaretur. vel q̄si ignorans verbor ambagib⁹ doceatur. Cui opinioni illudit helias. iij. Regū. xviij. dicens gentilib⁹ pphetis Baal Clamate voce maiori. Deus enī vester est. et forsitan cū alio loq̄tur. aut in diuersorio aut in itinere aut certe dormit vt excitetur Que verba loquit pheta fm eoꝝ falsam opinionē in eoꝝ psona. vt experientia operis errorē eoꝝ destruat. Unde seq̄tur. Clamabant ergo voce magna. et incidebāt se iurta ritum suū cultris et lanceolis donec pfunderent sanguine. Et istū errorem recitat Crisō. sup Matthēū omel. ij. Quarto errabant in hoc ą non credebant sufficere vnā orationē ad oīnia impetrāda. Et ideo multiplicabant oīones fm multiplicationē temporaliū orantes prolixe. Sed xp̄s p oppositū dixit. Primū q̄rite regnum dei z̄. z oīnia hec adijcient vobis. Et in oratione sua solū docet petere panē nostrum q̄tidianū p⁹ oīnib⁹ tpalib⁹. Quo ergo ad hanc pfectionē forma verbor oratiōis iste⁹ publicani fuit multū cōmendabilis. q breuis in verbis et in sensu vtilis. ą petit remissionē peccatoꝝ. ¶ Quantum ergo ad formā diuersoꝝ negociorꝝ p⁹ quib⁹ formatur et regulat nostra intentio est sciendū q aplus ponit quattuor species supplicationū. Prima est obsecratio q̄ fit p⁹ peccatis vel p̄teritis vel psentib⁹. p quā venia postulatur. et pertinet ad incipientes. Et hanc christus in se exemplificauit cuz orauit dicens. Pater si fieri pōt transeat a me calix iste. Scōa est oratio in qua aliquid deo offerim⁹ vel vouem⁹. quod fit cū quasi spreto mundo spondemus nos tota intentione domino seruituros. Et ista respicit illos qui iam sunt in profectu spūali z appetitu ꝓfectū z q̄dā mētis sublimitate. Et hanc xp̄s in se ostēdit Cum dicit. Pater ego te clarificaui super terram. opus

consummani qd dedisti mihi Jobis. xvij. Tertia est postulatio quaz p caris nostris vel p pace totius mundi solem⁹ emittere. Et ista respicit illos qui pfecti existentes in se p alijs intercedunt. Et hanc xps etiã in se ostendit. cum dixit. Pater qs dedisti mihi volo vt vbi ego sum z illi sint mecũ. Quarta est gratiarũactio quã p beneficijs diuinis vel etiã eternaliter ꝓparatis aiã deo p ineffabiles excessus refert. Et pertinent ista ad cõtemplatiuos. quã etiaz xps habuit cum dixit Math. xj. Confiteor tibi pater domine celi z terre. i gras ago tibi fm Hieronymũ. Licet autẽ xps istas species singulariter z seorsum ostendit. tñ possunt oĩa simul i vnã misceri fm Henricũ de vmaria li. ix. de pfectione interioris homis cap. viij. De tertio scz de modo orandi est sciendũ q modus orandi debz esse ordinatus z regularus tam in mẽte qz in corpore. In mente quidẽ debet habere octo conditiones fm Jsido. li. ij. de sũmo bono ca. vij. Primo nanqz debet esse oratio cũ gemitu z recordatione ꝓteritorũ defectuum. sicut iste publican⁹ fecit ꝓcutiendo pectus suũ z recognoscẽdo se peccatorem. Ps. Rugiebã a gemitu cordis mei. Et ire. rũ. Gemit⁹ meus a te nõ est absconditus. Et Isa. xxxviij. Recogitabo tibi oĩes annos meos. Hemitus iste ex duobz oritur. scz vt considerem⁹ qz grauia sunt pcã que cõmisim⁹. z qz dira inferni supplicia q timemus. Sedo ꝓpositũ abstinendi a pctis cõmissis. Nam fm Jsido. nihil pficit oratio si denuo cõmittitur vnde iteruz venia postulatur. Tertio cogitationuz segregatio. Unde dicit Jsido. Tunc veraciter oram⁹ qñ aliunde nõ cogitamus. vnde Apls. Oro rabo spiritu. orabo z mente. Quarto debz offendenti primo mala dimittere. Naz ille q habet rancorẽ cõtra proximũ similis ẽ illi q vult mederi. z ferruz nõ vult deponere de vulnere. Unde dicit Eccl. Remitte proximo nocenti te. z tunc tibi deprecanti peccata soluent. Unde iurta sententiã xpi peccat q pro inimicis nõ orat. Sed quid de illis q etiã contra inimicos pfone orant. et amaros fundũt gemit⁹. qrum oratio in peccatũ conuertit fm Bedã in quadaz omelia. Quinto debz hre ꝓfidentiã. vt non desperet de eo obtinẽdo p q orat. Naz dicit Jsido. Inaniter orat q spei fiduciã nõ habz. Uñ Jaco. j. dr. Postulet autẽ in fide nihil hesitans. Uñ aũt pcedit ista diffidentia et dubitatio. dicit Jsido. q ex eo qñ hõ se sentit circa affectionẽ peccandi versari. Nõ enim põt hre preces certas z fiduciã q adhuc in pceptis dei pigritat. z peccati recordatiõe delectat. Qui a pceptis dei auertit qd postulat in oratione nõ meretur. Secto req̃ritur vt hẽat bona opera qualiacũqz. Uñ Treno. Leuemus corda nostra cũ manibus ad deũ. Nõ exponit Jsido. di. Cor cũ manibz leuat q oronem cũ opere subleuat. Nam quisqs orat z nõ operat. cor leuat et manus nõ leuat. Sed certe fm ipm culpabiliter manus ad deũ expandit q facta sua orando iactanter prodit. sicut phariseus i templo iactanter orabat. secz magis qz deum de operibz iustis laudare volebat. z talis oratio conuertitur in peccatũ. quia fm Jsido. Qui iactãter orat laudẽ appetendo humanã. non solum eius oratio non delet peccatũ. sed ipa cõuertit in pctm̃. Septimo requirit vt habeatur pseuerãtia in auersis. Differt autez deus exaudire preces iustorũ in tribulationibz ꝓpter tria fm Jsido. Primo vt ꝓsiderantes q nõ cito exaudimur. nobis facta nra in oculis nostr⁹ ꝓponamus vt hoc ipm qõ differt. diuine deputet iusticie. et culpe nre. Secdo ideo q a dñs sic nõ exaudiendo eos ad voluntatez disponit exaudire ad vtilitatẽ et salutem. Sicut ꝓtigit apl'o. q licet ter petijt amotionẽ stimuli. nõ tñ impetrauit. q a impediuit talis exauditio ad pfectuz. Tertio differt de⁹ exauditionẽ. vt impioz puersitas augeatur. Ueruntñ qñ iusti tpaliter audiuntur p eoz salute q eos affligunt. vt dũ illis tpali remedio subuenitur. prauoruz oculi ad cõuersionẽ aperiant. De hoc habet exemplũ fm Jsido. in tribz pueris. qrũ ignis frigidus fuit ideo. vt nabuchodonosor deum vez agnosceret. Sicut z ꝓpheta in ps. ait. Propter inimicos meos eripe me dñe. Quarto ideo cito nõ exaudiunt. vt dũ differuntur oones excitate maloribz pmijs cumulent. de q ponit exemplũ Jsidor⁹ de messe. q qnto plus differt repsione frigoris. tãto pl⁹ fruges cumulationes crescunt. Octauo requirit vt habeat recta intentio scz vt nõ oret q ꝓpter hoc vt videat ab hominibz. sed tm̃ a deo. Nã ꝓriũ est hypocritarũ offerre se in oone cunctis videntibz.

quorū fructus est nō deo placere sed gl̄iaz ab hominib⁹ ꝓpare. Hec Jsidorus ¶ B

¶ De modo vero regulato z ordinato in corꝑe q̄ habendus est in oꝛone. Sciendū est q̄ septuplex est modus oꝛandi. Primus extendendo man⁹ z brachia trās caput versus celuz non sedendo nec appodiando. sed erectus stando Juxta illud Ps̄. Exaudi dñe vocem meam dum oꝛo ad te. dū extollo manus meas ad templū sanctū tuum. Jtez Psalmista. In noctib⁹ extollite manus vestras. Jtem in alio. Eleuatio manuū meaz sacrificiū vespertinuz. Sic oꝛabat sanct⁹ martinus. de quo dicit. Hic oculis ac manib⁹ in celū intentus tē. Sic oꝛabat Moyses cōtra Amalechitas Exodi. xvij. Secūs modus oꝛandi est manibus vlnis expansis in modū crucis eleuatis. Ps̄. Clamaui ad te domīe. tota die expandi manus meas ad te. Sic oꝛauit saluat⁹ in cruce. Sic helias oꝛauit suscitando filiū vidue. iiij. Regū. iij. vbi dicit. Expandit se z mensus est sup puerū trib⁹ vicibus dicens. Domine deus obsecro reuertatur aīa pueri huius in coꝛp⁹ suū. Tertius modus oꝛādi est stando cōplosis manibus ante faciem suā. Sic oꝛauit finees sicut dicit in Ps̄. Stetit finees z placauit z cessauit quassatio. Quart⁹ modus oꝛandi est positis genibus in terrā. Sic oꝛauit leꝛosus Marci de quo dicit. Q genu flexo dixit. Domine si vis potes me mūdare Sic oꝛabat Steph an⁹ positis genib⁹ Act. vij. Sic oꝛabat Paulus q̄ de se dicit. Flecto genua mea ad patrē dñi nr̄i iesu christi Sic oꝛauit Jacob⁹ frater dñi. q̄ centuz vicib⁹ p diem z centū p noctem curuauit genua. Quint⁹ modus oꝛandi est qñ oꝛans ꝓiecit se in terra. Sic adoꝛauerūt magi ꝓiicientes se in terrā. De q̄b⁹ dicit. Veni te adoꝛem⁹ z p̄cidam⁹ ante deū Et Matthei. ij. Et p̄cidentes adoꝛauerūt eū. Sextus modus oꝛandi est cū quis stando incuruat se z oculos suos defigit in terram erubescendo. Sic fecit hic publicanus dicens illud. Non sum dign⁹ videre altitudinem celi p̄ multitudine iniquitatū mearuz Et iste est optim⁹ modus oꝛandi p̄ simplicibus z puaris p̄sonis. Sic magdalena retro secus pedes dñi stans rigabat eos lacrimis. Sic petrus nō veniens in faciem dñi sed exiens foꝛas fleuit amare. Ut igit oꝛatio nostra exaudiri mereak vt petā nobis cū publicano remittank. ascendamus hodie deuotiōis affectu in templū nr̄e cōscientie. contemplantes ibi diuine iusticie seueritatē z eius miscōie pietatez. q̄n⁹ sic eꝛoꝛando descendam⁹ iustificati in domū nr̄ā. z tandē suscipi mereamur i domū sempiterne glozie. Ad quam nos pducere dignek pater z fi. z. ss. ¶ D ¶ Sed diceret aliq⁹. Exquo dei p̄destinatio est imutabilis. nō opoꝛtet hominez laboꝛare p̄ salute. Si enī est ad vitaz p̄destinatus. saluabit. Si autē ad moꝛtē. damnabit Jtez exquo p̄sciuit ad damnationē. nō debuit creare. Jtē nō est imputādū homini. quia si esset p̄destinatus ad salutē saluarek Jtez si deꝑuidit. cū sua pꝛouidentia non possit falli. de necessario erit. Ad pꝛimū rñdenduz est ꝑ Aug⁹. li. iiij. cōtra Julianū vbi querit. Cur istum elegit deus z aliuz damnat. Et rñdet. Figulus habet potestatē formādi vas. aliud in honoꝛē. aliud in cōtumeliam Roma. ix. Sed si queris quare nō vtrūq⁹ in honoꝛē. Rñdet. Ne existimet homo meruisse tanq̄ ex natura. Sed diceres. q̄re nō vtrūq⁹ in cōtumeliā. Rñdz. Ex eo q̄ misericoꝛdia exaltat iudiciū vt p̄ hoc necdā natus ex debito iusticie cōquereretur. nec liberatus gratis. de meritis superbiendo gloziarek. Hec ille. Ex misericoꝛdia ergo sunt predestinati ad gl̄iam. z ex iusticia ad moꝛtē. vt dicit Aug⁹. li. iij. cōtra Julianuz. Per hoc iā patet. q̄ licet p̄destinatio dei est imutabilis. tñ opoꝛtet hoīem p̄ salute laboꝛare. quia dicit Brego. in li. dyalogoꝝ. Q eriā obtineri nō possunt q̄ p̄destinata nō fuerunt. sed ea q̄ sancti viri efficiunt ita p̄destinata sunt vt p̄ eos obtineank. Et et hoc patet q̄ in homīe est magna pars salutis sue. Patet. q̄a p liberū arbitriū pōt eligere bonū. Et ideo sibi imputarek si. p isto nō laboꝛaret. Et patet q̄ licet hō nō possit scire an sit in gratia. tñ cōiecturari potest. j Joh. iij. In hoc cognoscim⁹ q̄ ex veritate sumus. si coꝛ nostrū nō reꝑhendit nos Et hoc patet q̄ oꝛo adiuuat p̄destinationem. Jtē de templo in euāgelio dicit. Un̄ templū consecrak ꝓter quinq⁹ ratiōes. Prima vt inde diabolus expellatur. Sicut refert Brego. in dyalogo de quadā ecclesia Arriꝝ. in qua posite erant reliquie scī Sebastiani. vbi poꝛcū intra pedes senserunt.

Scdo vt ad eam fugientes saluent. Tertio vt ibi orantes exaudiant iij. Regū. viij. vbi Salomon ait. Quicūq; rogauerit in loco isto. exaudies in celo dñe. Vñ adoramus ibi ad orientē, pter tria fm Damascenū li. iij. ca. v. Primo vt patriā nos quere/re ibi ostendam⁹. Scdo vt ad xpm crucifixum respiciam⁹. q̄ ad occidentez respiciebat Tertio vt venientē iudicem nos expectare ostendamus. Quarto cōsecratur vt ibi laudes deo psoluam⁹. q̄d fit in septem horis canonicis. Quinto vt ibi sacramēta ecclesiastica ministrent. Vñ pter necessitatem non licet alibi baptizare. de baptismo ca. j. in Clementinis. Quō psecrat. Ad q̄d plura occurrūt. de q̄ in sexto. que ibi patent Sed de spūali scz de aia. Primo xps aiam circuit ter. dū pctā cordis oris & operis ad memoriā reduxit. de q̄ Isa. xxiij. Circuibo ciuitatē. scz cordis. meretrix oblitioni tradita. Scdo ostium clausum pcutit vt sibi aperiat. ictu beneficij cōsilij & flagelli. Prouerb. j. Extendi manū & despexisti omē psilium & increpationes meas neglexisti. Tertio ter aqua int⁹ & extra irrigat. q̄d fit p irrigationē lacrimarū interiorū & exteriorū. qō fit fm Grego. ex recordatiōe pctōrum. considerando vbi fuit. q̄a in pctō. vbi est. quia in miseria. vbi nō est qz in gl̄ia. vbi erit. q̄a in iudicio. Sed nō simplex aqua sed cū sale discretōnis. cinere profunde humilitatis. Quarto scribunt in ꝑ templo cordis triangz dicamina faciēdorū. testimonia diuinorū bñficiorū. accusatio priorū delictorū. Et ista scriptura valde cōmunis est oibz etiaz paganis Rom. ij. Cū em̄ gentes q̄ legē nō habūt. naturaliter ea que legis sunt faciunt. Quinto pingunt cruces. i. asperitates penitētie. Et debēt esse vncte. qz nō soluz patienter. sed etiā libēter & ardenter portari debent. Ergo q̄ hec habebit vere templū dei erit. in q̄ deus hic p gratiā habitat.

¶ Dominica. XI. post trinitatis. II.

¶ Sermo QV.

Omnis qui se exaltat humiliabit. & oīs qui se humiliat exaltabit. Luce. xviij

verbū dei. Et illud cū gaudio suscipiūt interim q audiūt. tñ luxuriosi nō sic. q etiam nec quibꝫ corporeis audire volūt. Juxta illud. Audiet luxuriosus et displicebit ei. Isti ḡ specialiter sunt legis dei ꝓceptores. ḋa licet auari cū eis ꝑdicāt de liberalitate. nō statim omnia dāt pauperib⁹. tñ libenter audiunt ꝑdicare de liberalitate ⁊ de opib⁹ piet atis. Similit superbi licet nō statim fiunt hūiles tñ cōpungunt ⁊ ꝓponūt q̄q hūiliari. sed luxuriosi nō. sed displicet eis ꝑdicatio de ꝓtinētia ⁊ castitate. vñ cōparant corda eoꝝ vie lutose in q̄ quicḋ semis cadit. totū ꝓculcat a transeuntib⁹. vt dicit Luce viij. Sed ḋ de talib⁹ dr ꝓuerb. xxviij. Qui declinat aurē suā ne audiat legē. oratio eius erit execrabilis. Dicit de philomena cuius cant⁹ est gracilis et dulcis. q statim ḡcito vacat actui generatiōis cum femella. ⁊ vsq̄quo ova ꝑducat ad pullos exclusionez ⁊ eos enutriat. illo anno nihil cantat. Sic dulcedo cant⁹ vel oratonis ꝑditur tam in secularib⁹ ḡ in spūalib⁹ q̄ntū ad acceptationē diuinā dū sunt incōtinētes. Unde dicit Aug⁹. in li. de bonis ꝓscientie in fine. Plus placet deo latrat⁹ canū vel mugitus boum ḡ cant⁹ aut oratio luxuriosoꝝ. Hcōa surditas in auaris claudit eis regnum celoꝝ. Hā q̄ ipi clamantes pauperes nō audierūt. clamabūt ad xpm ⁊ nō audientur ꝓuer. xxj. Qui obturat aures suas ad clamorē paupis. clamabit ⁊ ipe ⁊ nō exaudietur. Istud patet ḋ diuite epulone qui. p eo q lazarū clamantē in hac vita nō audiuit. clamauit ipe ad abraam et nō fuit exauditus Luc. xvj. Unde dicit Aug⁹. in li. de vita xpiana. Merito indigni erunt tales in futuro tpe sanctoꝝ esse ꝓsortes vt partē possent hre cū eis quos in pñi spreuerunt. ⁊ ḋs suscipe noluerūt. ꝓpter ḋ̄ salvatoꝝ ꝓsulit talib⁹ dicens. Facite vob amicos de māmona iniqtatis. vt cū defeceritis recipiant vos in eterna tabernacula Luc. xvj. Acsi dicat. Audite eos clamātes. vt et ipi vos exaudiāt. Sed vñ talib⁹ auaris p uenit ista inaduertētia q̄ nō audiunt voces paupeꝝ. Certe ex duricia cordis et incōpassione mētis. ḋa eīs auerterūt mentē a celestib⁹ ⁊ totam ꝓuerterunt ad terrena. ideo non possunt audire voces celestes in pauperib⁹. vox celestis est vox xpi qui clamat in paupere dicēs. Date elemosinaz et omnia munda sunt vobis Lu. xj. Et iterum. Qui recipit vos me recipit Mat. x. Et rursum. Quod vni ex minimis meis fecistis mē. Math. xxv. Dicit de cervo q q̄ aures demittit deorsum ad terram. male audit. sed cum eas erigit. tūc bene audit. Sic est de auaro q̄ḋiu habet cor inclinatum ad terrena non potest de celestib⁹ cogitare. quia vbi est thesaurus tuus. ibi est ⁊ cor tuum. Math. v. Sed quid finaliter tales reportabunt de suis diuitijs nisi vanitatez. ps. Dormierūt somnum suum. et nihil invenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Nec mirum. quia nihil inuenerunt in manib⁹ suis. quia nihil hic posuerūt i manibus pauperū. Auari enim q̄diu h̄ sunt. habent manū aridam. que nihil boni operatur. nec alicui porrigit aliquid. vnde significatur per illum hominē habentē manum aridam in sinagoga. quem christ⁹ curauit. Per quod significatur eorum incōpassio. quia carēt humore pietatis sed omnino aridi sunt sicut arbor arida carēs humore in radice quam dominus iussit excidi et proiici in ignem. Dicitur q lynx est animal talis nature. q scit invenire herbam medicinalem quam nolēs alijs cōmunicare abscondit eam sub terra. et ibi cōcrescit in lapidem pciosum. Quem postea fodientes terram inueniūt ⁊ recipiūt. Sic fit frequēter de thesauro auari sub terra abscondito. quem quia noluit pauperib⁹ cōmunicare alij extranei lucrum reportāt Juxta illud ps. Relinquēt alienis diuitias suas. Ipi autem nihil nisi penam reportabunt. Unde auari nō sunt aliud nisi quedā mar subia siue burse pecūiarum que reseruant pecūiam. et tamē nullum fructū ex ea habent nisi ad denigratiōem scilicet ꝓscientie et anime. Trenoꝝ. iij. Denigrata ē super carbones facies eorum. scilicet auarorum Legitur de leone. et idem refert Auicēna. Q leo parum habet de medulla in ossib⁹. vnde habet ossa ita dura q ex eorum collisione ignis exit. Sic est de auaris qui carent in seipsis medulla compassionis. Et sunt duri ad exaudiēdum pauperes. et q̄n collidētur in morte nihil exibit de eis nisi ignis inferni vsq̄ ad ꝓsumatōez demonās qui incēditur in furore dñi. et ardebit vsq̄ ad inferni nouissima Deuteronomij. xxxij

Tertia surditas est que perducit eos ad

ignominiam ⁊ verecundiã.iuxta illud pro phete. Gloriam eorum in ignominiaz mutabo. Dicit de equo Alexandri. qui vocabatur bucefalus.sicut narrat Solinus q̃ cã erat coopertus apparamentis impialibus nullũ permisit sup se ascendere nec ad se accedere nisi solum Alexandruz. quibꝫ depositis ascendebant eũ viles garciones Sic est de superbis qui q̃diu sunt vestiti vana gloria huiꝰ seculi nullus pauper audet ad eos accedere vt audiatur. nullus p̃dicatoꝝ audet loqui eis de salute. ſz postq̃ superbia eorũ et vanitas mũdi cessabit et eis abstrahetur.tunc non solum viles homines.sed etiam canes accedunt ad eum. Istud figuratũ est in anthiocho.qui q̃diu superbiam exercuit q̃i inhumanus fuit in templo.in pauperes crudelissimus. Ita q̃ capta ciuitate hierusalẽ iussit milites interficere.⁊ in triduo octoginta milia interfecit q̃draginta milia vinculauit. Sz ꝺd ei contigit certe supbia eius ⁊ vana gloria fuit mutata in ignominiã.ita q̃ vermibꝫ scaturiens fuit eiectus de suo exercitu.pter fetorem intolerabilem.ij. Machab.v. Dicit ꝑbs q̃ arbores hñtes lata folia citꝰ cadunt. Et est ratio.ꝺa lata folia plus colligunt de vento. Sic superbi citꝰ cõsternuntur.pter latitudinem vanitatis eorũ. Pater de lucifero qui voluit dilatare sedez suam in aquilone Isaie.xiiij. Sed de eo dicit Luce.x. Videbam sathanaz q̃si fulgur de celo cadentez. ¶ Sed peccatoꝝ dicitur mutus.⁊ hoc tripliciter. Primo quia deũ laudare desinit.⁊ gratias eius pro beneficijs sibi datis nõ curat. Secõ quia cõfiteri.ꝓrios defectus negligit. Tertio ꝺa proximũ verbo edificationis non erudit. Deprimo patet ꝺa deus est laudandꝰ ore Unde ad hoc datũ est homini os. Pſ. Os meum annũciabit laudem tuã. Et iterum. Os meũ annũciabit iusticiam tuam.tota die magnitudinem tuã.i.magna bona tua quibꝰ me visitasti.j. Paralip.xxix. Tua sũt omnia que de manu tua accepimus Isaie xxvj. Omnia opera nostra operatꝰ es in nobis domie.ij. Corint.iij. Non q̃ sufficientes simus cogitare aliq̃d a nobis q̃si ex nob.sed sufficientia nostra ex deo est. Merito igitur deus laudandus est pro tantis beneficijs Thobie.xij. Benedicite deum celi⁊ coram omnibꝫ viuentibꝫ confitemini illi. Ecclesiastici vltimo. Danti mihi sapientiam dabo gloriam. Psalmista. Qui timetꝫ dominũ laudate eum. Vere ergo non laudat eum qui non timent eum. et ita fit mutus sicut diabolus qui primus silentium fecit in celo quando a laude creatoris cessauit. Unde dicit Hugo de claustro aime. Secundo fit mutus peccatoꝝ.quando.ꝓrios defectus confiteri negligit et ostẽdere culpam ore. Cum tamen dicat veritas. Ite ostendite vos sacerdotibꝫ. Et tales q̃diu nolunt culpas suas ostendere. curari non possunt. Juxta illud Boecij.j.de consolatione. Si operam medicantis expectas oportet vt vulnus tuum detegas. Tales sic negligentes dicent illud Job in die nouissimo. Nonne dissimulaui. nõne silui.nõ ne quieui.et venit sup me indignatio. Job iij. Tertio mutus est peccatoꝝ quãdo ꝓximũ verbo edificare nõ curat.et hoc maxime tangit prelatos. Hã licet cuilibet mãdauit deus de proximo suo.vt dicit Eccli. xvij.tamen specialiter dictum est prelatis. Annũcia populo scelera eorũ.⁊ Ezech. iij. Si impio locutus nõ fueris rẽ.sanguinem eius de manu tua requirã. Unꝺ Isidorus libro.iij.de sũmo bono ca.vij. Sacerdotes pro populorũ iniquitate damnabuntur si eos aut errantes non erudiant. aut peccantes non arguant Exemplum de Heli sacerdote qui pro filiorum iniq̃tate damnatus est. j. Regũ.iiij. Quãdo igit prelatus vitam subditorũ corrigere et eorũ ignorantiam erudire negligit.tunc spiritu aliter obmutescit. Sed vnde ꝓuenit hec mutitas et taciturnitas in ꝑlato dicit Gregoriꝰ sup Ezechielem Omelia.xij.parte.j. tractans illud Ezechiel.iij. Linguam tuam adherere faciam palato tuo. et eris q̃si mutus nec quasi vir obiurgans. quia domus exasperans est. Discernendum quippe est vtrum pro solis malis auditoribus an aliquando etiam pro vicio predicantis.predicatiõis sermo distrahitur. Quattuor enim qualitatibꝫ res hec considerata distinguitur. Nam aliqñ.ꝓpter malos auditores bonis sermo tollitur doctoribus. Sicut exemplificatur de Ezechiele.cui ꝓpter maliciam hierusalem subtractus fuit sermo.et Paulo dicit. Exi citꝰ hierusalem.quoniã nõ recipient testimoniũ tuũ de me. Et apostoli volentes predicare in asia

prohibiti sūt. Aliquādo vero ꝓpter bonos auditores datur sermo doctoribꝫ etiā malis. Sicut ponit de pharisęis. quorūz doctrinam christꝰ fecit audiri. Aliquādo vero propter docētium ꝛ audientiū iustificationem bonis doctoribꝫ datur sermo. vt ꝛ ipi per meritum crescant. et auditores eorum intellectu et vita proficiāt. Istud patet de apostolis. quibꝫ in mūdū vniuersū cē. Aliquādo vero quia neꝙ hi digni sunt accipere quibꝫ sermo doctrine proferꝛ. neꝙ illi doctrine verbū proferre qui locū docendi tenent. predicatiōis sermo tollitur. vt vtraꝙ pars districte iudicet. Istud patet in Heli q̄ ad corripiendos filios verbū eruditionis nō habuit. ꝙa eius negligētia et filiorū exigebat vita vt cum eis et populus caderet. et arcba dñi capta ad allophilos transiret. Dicit autē Gregoriꝰ. Qꝛ magna dei omnipotētis gratia est. cum inique agentibꝫ durꝰ a doctoribꝫ sermo increpationis profertur. Duo cōtra de reprobis dicitur. Eris quasi mutꝰ neꝙ quasi vir obiurgans. Delinquētes em̄ iurgasset. si digni ipa gratia obiurgatiōis fuissent. Et qz ista sunt dubia. ideo cuz ignoremus ꝓpter quid datur sermo nobis interdū vt predicemus. nō superbiamꝰ sed humiliemur. ne forte ipsa gratia sermonis nō nobis sz auditoribꝫ collata sit. Et quādo nō possumꝰ loqui. auditores mūe nos diiudicent. ne forte nō ex nostro sed peccato audientium minime locꝫ possimus. Hec Gregorius. Nos igitur fratres si curari a peccatis cupimus. oculos mētis nostre ad deum cum gemitu erigamꝰ. q̄tinus surditatē ꝛ mutitatem culparū nostrarū euadentes. randē possemꝰ auribꝫ cordis et lingua mētis domini vocem audire ꝛ laudare hicꝙ gratiaz et in futuro per gloriā. q̄d nobis prestare dignetur pater e filiꝰ ꝛ spūssanctus.

Dominica. XII. post trinitatis. II. Sermo CVII.

Bene omnia fecit

b Marci. vij. Sicut dicit Isidorus libro. j. de summo bono in principio. Deus est summū bonum. cetere vero creature bone sunt. nō tamē bonum sunt. eo ꝙ mutabilia sunt. Quid igit mirū ꝙ de dō dicit. bene omnia fecit. cum ex summo bono mala procedere nō possunt. Deus em̄ est lux bonitatis. ꝛ tenebre in eo nō sunt vlle. j. Johis. j. Et ideo tale bonū nullo viciari potest. cetera vero omnia bona ex ipo sunt. Fecit igit omnia summa sapiētia. et summa bonitate eadem conseruat. fecit inquā ea vt essent. et hoc ipm esse earuz bonum est. Nam vt dicit Augꝰ. in libro de vera religione capit. xx. Ipm quātūcūqz esse bonū est. ꝙa procedit ab illo summo bono. q̄d summe bonū est. Ulū fm ipm. ꝛ si sit aliq̄d minimū bonū. tamē bonū est. ꝙa ex deo est. Nam omne bonū aut est deus. aut ex dō est. ergo ex deo est etiā minimū bonū. Hec Augꝰ. Et ꝙa vt dicit Augꝰ. in libro suppurationū parte. iij. Deus est vera ꝛ sūma vita. a quo ꝛ per quem omnia viuūt q̄cunqz bene viuūt. deus est pulchrū bonum a quo ꝛ per quem et in q̄ pulchra et bona sunt omnia. ideo nō immerito cōcluditur ꝙ omnibꝫ dedit esse. et bonum esse. et pulchrum esse. ac per hoc fateri oportet. ꝙ cuz ꝓfecta sunt eius opera vt dicit Deuter. xxxij. nec a bono potest esse quicqz malī. eo ꝙ iuxta salutoris testimoniū nō potest arbor mala fructus bonos facere. nec arbor bona fructꝰ malos. Matthei. vij. Recte igitur turbe admirantes bonitatem dei in eius operibus dicunt. Bene omnia fecit. Uerito autem hoc turbe confitentur de christo circa operatiōem miraculorūz eius. Nam licet omnia bene fecit. ea in esse producendo et creando. nō tamen ita admirabilis apparuit sicut in operibus reparationis. eo ꝙ fm Augusti. super Johem. illa opera creationis quo totum mūdum cōdidit et administrat assiduitate vilnerūt. propter quod dicit Hugo libro. iij. de archa Noe capit. v. ꝙ quia mens humana visibilibus assueta nescit tam cito ad inuisibilia ꝓsurgere. ideo volnit ipe etiam quedaz visibiliter exhibere miracula. in quibꝫ nostrū affectum erudiret. et suam nobis caritatem cōmendaret. Hec autem sunt illa specialiter que ad reparationem hominis pertinēt. Plaz que ad conditiōem seu creationem facta sunt. magnam nobis opificis potentiam indicant. ea vero que ad redemptionez hominis facta sunt. precipue ad caritatem spectant. Hec enim operatus est christus. vt qualem haberet erga nos dilectionē ostēn

deret et nos ab amore mūdi huius ad amorem suū reuocaret. Hec ille. Quia igitur curatio infirmitatū et amotio defectuum in languidis. surdis. mutis. claudis. cecis. et aridis. quib⁹ christus sanitatem exhibuit. opus magne caritatis et pietatis dei erga hominē peccatorē aperte ostendebat. non valentes turbe contineri a laude dei in quendā prius stupore et ammiratione conuerse dicūt. Bene oīa fecit. In quib⁹ verbis tria tangūtur ad cōmendationem diuine bonitatis. Primo nanq; describitur eius oīpotentia qua cūcta creauit Cum dicit. Oīa. Secūdo ei⁹ sapientia per quā oīa gubernat et regit Cum dicit fecit. Tertio ipsi⁹ benignitas et misericordia per quā oīa reparauit. cum addit bene. In primo ostendit patris virt⁹ z magnificentia. In secūdo sagax filij dei prudētia. In tertio spiritussancti exuberās clementia zc.

¶ a ¶

Dixi primo q̄ in verbis pmissis describitur diuine bonitatis oīpotentia qua cūcta creauit. in quo ostenditur dei patris virtus z magnificentia. Magnitudo enim potentie mensurat fm magnitudinem operis. Unde quantū est opus factuz ab aliquo. tanta ei⁹ est potentia. quia ergo deus infinitam potentiā ostendit creando oīa ex nihilo. ideo dicit esse magnus in potentia. Tanta cīm est potentia dei in puluere q̄ ea intellectus human⁹ non potest cōprehendere. vt dicit Alexander nequā. Et si sic est infinita potentia in puluere vel in atho mo qui est in sole. quanta est in toto celo z tota terra. Quis sufficit cogitare. Hec igit dei potentia sic creauit oīa bona in suo esse. vt nihil mali culpe creauerit. quia de eo dicitur. Vidit deus cuncta que fecerat. et erant valde bona. Sed cur fecit ea ita bona et ita magna. nisi vt dicit Isidor⁹ libro primo de summo bono cap. iiij. vt considerem⁹ magnitudinem eius et ex paruis magna. et ex visibilib⁹ inuisibilia. et ex pulchritudine factorū factor et creator cognoscatur. Unde sicut ars in artificem retorquet laudem. ita rerū creator per creaturā suam laudat. et quanto sit excellentior ex ipsa operis conditiōe monstratur. Ex pulchritudine enim circūscripte creature. pulchritudinem suam que circūscribi non potest. facit de⁹ intelligi. vt ipsis vestigijs homo ad deuz reuertatur quib⁹ auersus est. vt quia per amorem pulchritudinis creature a creatoris forma se abstulit. rursum p creaturaz et ei⁹ decorē ad creatoris pulchritudinē reuertat. Hec ille. Notāter aūt dicit prophet. Vidit cuncta que fecerat. z erant cūcta bona. Creatura enim singularis quelibet tm̄ bona est in se. sed vniuerse creature simul sumpte et considerate in se valde bone sunt. quia fm Isidorū libro primo de summo bono ca. viij. Et membra singula corporis licet sunt bōa. tū mag⁹ bonum faciūt dū singula in vno corpore pulchro et apto consistūt. Hec ille ¶ Sed diceret q̄s. Ex quo deus fecit creaturas bonas. vnde ergo venit malū in creatura et precipue in homine. quo viciata est humana natura. aut quare sic male viciata est z ill a bonitate in qua creata est non persistit. Ad q̄d bene respondet beat⁹ Augustinus in libro de vera religione cap. xx. Ex oīa que vician̄ bona sunt. q̄q; ipm vicium et mors malū sit. ipm ergo vicium maluz est. quod generatū est in natura hominis bona. Nam dicit Aug⁹. in libro Enchiridion cap. xiij. Nihil aliud est corruptio q̄z boni exterminatio. ex bonis igitur mala orta sunt. Quomō aūt orta sunt mala ex bonis ostendit triplici exemplo. Primo exemplo aque. Nam vt dicit Augustin⁹ in libro de vera religione cap. xxij. Aqua malū non est nec animal quod in aere viuit. Naz substātie sunt. sed malū est voluntaria precipitatio in aquam. et suffocatio quam mersus homo patit. Secūdo idem exemplificat i stilo ferreo. Stilus ferreus alia parte qua scribam⁹. alia parte qua deleamus a fabro factus est. et i suo genere pulcher ad z vsum nostrū accōmodat⁹. Et si q̄spiam ea parte scribere qua deleat et ea velit delere qua scribitur. nullo modo stilum malum dicimus. sed ipm factū scribentis iure vituperatur. Tertio ostendit idem solis exemplo q̄a si quis meridianū solem intueatur repcussi oculi turbabunt. Ideo aut sol maluz erit. aut oculi. nullo modo. sunt enim substantie. sed malū est inordinat⁹ aspectus. z ipsa que seq̄tur turbatio. quod malū non esset si oculi congruenter lucem aspicerēt. Ex bis igitur infert Augustin⁹ q̄ vicium

primū rationalis anime non est aliūd nisi volūtas faciendi ea q̄ verat sūma et intima veritas. q̄d tūc fit fm eum ibidem. quādo anima rationalis diligit illud bonū quod infra ipam ordinatū est. et per hoc concludit q̄ actus diligendi creaturā huiusmodi est ipm peccatū. et hoc malū est. nō autez illa res est malū. sed malū fuit circa eaz diuini precepti transgressio. Propter q̄d dicit idem ibidez cap. xxiij. Q̄ omnis corporea natura. si tantūmodo possideat ab anima q̄ diligit deū bonū est in infinitum. z si anima recognito creatore ipi vni se subiecerit. et cetera propter eū subiecta sibi esse presenserit nullū maluz anime erit. Quare aūt domin⁹ sic permisit boez viciare naturam suaz et non cōseruauit eū in illa bonitate qua eū creauit. dicit Bernard⁹ in lib. de libero arbitrio Q̄ de⁹ non creauit ideo hominē vt peccaret. sed vt glorioſior appareret si non peccaret cū peccare posset. Sicut miles bellare permittitur et arma sumere. nō vt se occidat vel moriatur. sed vt victoriā obtinens coronā haberet. Hec ille. Ex his iam colligūtur duo dicta memorie digna. Primū est q̄ malū non est a deo formatū. tam in angelo malo q̄s in homie primo. Nam licet deus creauit z formauit angelū bonum. non tamē formauit angelum malū. sz tm̄ creauit. Similiter de homine dicendū est. Istud patet per Isidorū libro. j. de summo bono cap. viij. vbi expresse dicit. bonos angelos non tm̄ creauit. sed etiā formauit. malos vero creauit tm̄. sed non formauit. hoc et de hominib⁹ accipiendū est. Secūdo ex hoc elicitur q̄ licet malū a deo nō sit creatū nec formatū. tamē a diabolo nō est creatū sed inuentuz Sicut dicit ibidem Isidorus cap. ix. Ex hoc iā patet q̄ malū est nihil. quia sine deo est factum. cū deus malū non fecit. permisit autez deus malū vt ex contrarijs malis bone nature decor emineret. Ex hoc concludit Isidor⁹ q̄ creatura omnis ex nostro bonorsu bona. ex malo mala dicit. Reuertamur tm̄ ad propositū a quo modicū digressi sumus. et videam⁹ diuinā bonitatē quā ostendit in sua potentia creando omnia propter hominē. Nam pro conseruatione hominis omnia facta sunt. Fecit enim deus celuz empireū. vt ibi habitares. fecit celū aqueuz. vt ibi feruorē celi sideret temperaret. fecit celū stellarū. vt per generationē quā causat multiplicari posses. fecit solem. vt die tibi faceret. fecit lunam z stellas ne nocturne tenebre te grauarent. fecit ignem ne a frigore deficeres. fecit aerem. ne cor suffocatione periret. fecit aquā ne te sitis perimeret. et vt a te sordes excluderet. fecit terrā omnibus bonis plenaz. vt quod vite deperiret repararet. Multū ergo deus est amādus pro talib⁹ qui propter hominē omnia bene fecit. Sed heu dolenduz nimis est q̄ multi relicta bonitate creatoris creature adherent. z a bono eterno ad temporalia. a spirituali ad carnale. ab intelligibili ad sensibile. a sūmo bono ad infimū dilapsi sunt. vt dicit Augu. in libro de vera religione cap. xxij. Ex quo puenit homini vt dicit idez cap. xxiij. Q̄ omnis creatura corporea sit illud quod p. Salomonem dicit. Uanitas vanitatū et omnia vanitas. Temporaliū vero specierū multiformitas ab vnitate dei hominē lapsum. per carnales sensus diuerberat et mutabili varietate mltiplicat eius affectū. ita q̄ et hoc facta est habūdantia laboriosa. z si dici potest. copiosa egestas. dū aliud sequitur z nihil cū eo permanet. Hec ille.

C B C

Dixi secūdo q̄ in verbis premissis describit diuina sapiētia per quā omnia gubernat et regit. In quo declaratur filij dei sagax prouidentia Cū dicit. Fecit. Sicut enim ad personam dei patris pertinet potentia sic ad filiū eius sapientia. Unde sicut de⁹ pater potentia omnia facere potest. ita ea que facturus est nō nisi per sapientiā suaz que est filius suus vnigenitus et indiuisus cū eo in maiestate. omnia fecit. omnia enim per ipsum facta sunt Johis. j. Et p ipsuz sunt omnia Romanorū. xj. Sicut igitur deus pater omnia fecit per filium. ita eadem gubernat et regit per ipsum. Prouerbio. viij. Per me reges regnant. Attingit enim a fine vsq̄ ad finem fortiter et disponit omnia suauiter Sapie. viij. Unde omnia bene fecit in regendo. Ex quo patet q̄ omnia subduntur ordinationi diuine. et q̄ deus ea disposuit misericorditer. Istud patet per verba Salomonis. Primum cum dicit. Attingit a fine vsq̄ ad finem fortiter. Secundum cum dicit. et disponit omnia suauiter

niter. Sed diceres. erquo deus dispo/nit omnia et gubernat fortiter. quomodo ergo in mundo sunt multa mala. et etiam si omnia gubernat tunc nihil fieret a casu contra philosophū. ij. phisicorū. Ad quod dicendum est fm Robertum Holgot sup librum Sapie capitlo. viij. in principio. q deus est causa efficiens omniū et etiam finis. et sic omnia efficit ꝓpter se. Unde sicut ad honorem suum congruit. omia in se dirigit sicut in finem. Hoc autem est gubernare. scilicet dirigere res in finem aliquem intentum. Est tamen sic gubernator omniū q gubernat mediantibꝫ causis secundis. Unde corpora grossiora et corrupti/bilia gubernat p celestia corpora. et corpora celestia p angelos siue intelligētias. Cuius ratio est. quia maioris bonitatis communicatio est si efficiens et gubernās causalitatem efficiendi et gubernādi aliis subordinate cōmunicet ꝙs si superiora puarentur ab inferiorum gubernatione. z omnia p ipm immediate gubernaret. Et ideo ad ostendendam suam ꝓfectionem in causando et cōmunicando ꝓfectionem suam creature. cōmunicat gubernationem creaturis aliarū. et p hoc patet q si ipe solus immediate singula gubernaret et ageret. nihil male fieret. Sed quia idem effectus a deo fit bene. ab homine male. a deo iuste. ab homine iniuste. Ergo non omnia fiunt ordinate in mūdo. Sicut in exēplo. si dominus dicat seruo. trabamus leniter cordam istam. sic q eam non frangamus. z seruus trahens eam rumpit et frangit. Ista fractio est a domino et a seruo. z tamen seruus peccat z male facit et nō domin⁹. Sic deus statuit q creature rationali vult cooperari in suis operationibꝫ. vt cursus nature maneat quem instituit. sine quo nulla res potest aliquid agere. imo nec esse p momentū nisi ipe conseruaret. Quādo igitur creatura rationalis facit contra legē a deo sibi prefinitam. cuius a deo gubernetur et conseruetur. et deus eidem generaliter cooperetur sicut cooperatur igni comburendo. soli lucendo. tamen creatura male facit legem transgrediendo. nō autez deus. qui sic facit sicut lex sua statuit. Unde patet q quo ad deum nihil est a casu. sed bene quo ad causas secūdas. sicut ponit exemplū de domino qui mittit duos famulos in negocijs. ordinans q vterqꝫ obuiet alteri certo loco et tempore. quorum neuter scit de alio. Iste concursus famulorum dicitur a casu respectu vtriusqꝫ famuli. et tamen est per se intentus respectu domini. Sed quomō deus omnia ordinat in se vt in finem. cum mala nō possunt in eum ordinari. quia nō est cōuentio lucis ad tenebras. nec christi ad Belial. ij. Corinth. vi. Dico q fm Augustinū libro Enchiridion cap. x. Malus ordinat in deum non p se sed per hoc q cōmendat bonum. Nam malū bene ordinatum et suo loco positū cōmendat bonum vt magis placeant. et laudabiliora fiunt bona dum cōparantur malis. Hec ille. De secundo quomō deus disponit omnia suauiter patet. quia omnia que fiunt a deo cū magna tranquillitate fiunt et cū maxima māsuetudine. Psalmista. Suauis dominus vniuersis. et miserationes eius super omnia opera eius. Sed diceres. Quomodo deus gubernat misericorditer omnia. cū parulos nō baptizatos punit eternaliter p peccato originali. videtur ergo q in illos nullam exerceat misericordiam. Ad quod dicendū est. q deus in hoc apparet omia bene et misericorditer facere. qa tribuit bonis vltra merita et malis citra. Unde sicut apud nos misericordia apparet per hoc q indigenti bene faciamus. sic in deo apparet misericordia magna in gubernando omnez creaturam. que eo indiget. et sine eo subsistere non potest. et ideo cum omnia de sua gratuita voluntate cōseruat omnibus misericordiaz impendit. et qa deus est bonitate sua nobis impendit bona et punit nos. p nostra culpa. ideo dicitur sibi proprie cōpetere misereri. et quasi improprie punire. Quautez parulos punit eternaliter p peccato originali. dicendum est q in hoc apparet eis misericordia. quia non solum posset infligere carentiam visionis sue. sed posset omnes anihilare si vellet. et in hoc agit cum eis misericorditer q esse humanum habent. et viuunt sine pena sensus. Trenorū. iij. Misericordie domini q non sumus consumpti. Et tantum de secūdo.

Dixi tertio q in verbis premissis tangitur diuina benignitas per quam cuncta bene reparauit cum dicitur. Bene. Circa quod scien/

dum q̄ licet deus oīa bene fecisset in p̄n cipio creationis. tamē homo culpa sua bo num conuertit sibīpsi in maluz. et per ab/ usum reruz male se cepit habere in seipso. Et hoc septupliciter. Nam primo quia cō tra creatorē se extulit in altum. ideo se ma/ le cepit habere. sicut puluis eleuatus in al tum. Istud figuratur ī filia chananee mu lieris. De qua dicit mater sua. Filia mea male a demonio vexatur. Filia nr̄a est ani ma nostra. que male vexata est a diabolo. quādo in superbiā fuit per eum eleuata in paradiso. Secūdo male se habet homo p̄ inuidiam. sicut male est actori quem opus suum rodit. sicut Cayn cepit se male habe re p̄pter inuidiam contra fratrē Genes. iiij Tertio male se habet homo p̄ iracundiaz. sicut ille qui inquietat alios et se. Judicuz xj. Tu contra me male agis indicens mi bi bella iniusta. Quarto male se habet ho/ mo per auariciaz. sicut male est ydropico. qui quanto plus bibit. tanto plus sitit Ec clesiastici. iij. Cor durum male habebit in nouissimo. Quinto se male habet accidio/ sus. sicut paraliticus q̄ habet membrū pa/ raliticum quo nō vtitur Matth. viij. Puer meus iacet in domo paralitic⁹ z male tor/ quetur. Sexto se male habet luxuriosus. sicut se male habet lunaticus Matth. xvij Domine miserere filio meo quia lunatic⁹ est. et male patitur. Septimo male se ba/ bet gulosus. sicut ille q̄ grauat nimio pon dere. Psalmista. Temptauerunt deuz. vt peterent escas animabz suis. et sequit. Et male locuti sunt de deo. Quia igitur se ho mo sic male habuit et de bono malū fecit. venit filius dei et oīa per hominem ma/ le facta bene reparauit. vt de eo bene dice/ rent turbe. Bene omnia fecit. quod expri/ munt in quo bene fecit. cum addunt. z sur dos. scilicet prius fecit audire. reparando auditū. et muros scilicet prius loqui. repa rando ozis organū. et reddendo loquēdi officium. Et quia christi aduentus in mū/ dum per quem reparauit oīa infecta. fu it ex magna caritate. vt dicit Apostol⁹ ad Titum. Caritas autem attribuitur spiri/ tuisancto. ideo congrue dicimus q̄ opera tione spiritussancti per filiuz dei. quoz um vna est volūtas et inseparabile opus. om/ nia bene facta sunt. Hec autē bonitas re/ parationis apparet in tribus. Primo in h̄ quia humanuz genus de seruitute diabo li redemit. Nam homo propter peccatum erat seruus diaboli. et se deo subtraxerat. quia ergo nullus potuit hominē redime/ re de ista seruitute. venit filius dei. et nul/ lis meritis exigentibus humanis. se p̄ ho/ mine obtulit in precium. Unde Luce. xix. dicit. Venit filius hominis quereret z sal/ uum facere quod perierat. Secūdo mun dus erat cecus et tenebrosus. vt et se z cre atorem suū non cognosceret. Isaie. j. Co/ gnouit bos possessorem suū. et asinus pre/ sepe domini sui. Israel autem me non co/ gnouit. venit ergo filius dei et illumiauit tenebras nostras. Ephesioz. v. Eratis ali quādo tenebre. nunc autē lux in domino. Unde ipe de se dicit Johis. viij. Ego sum lux mundi Isaie. lx. Uenit lumen tuū hie rusalem. Tertio homo erat frigidus. z de um amare non poterat. ideo venit christ⁹ z attulit ignem spiritussancti quo incendit corda nostra. vt eū ardentius diligamus. Luce. xij. Ignem veni mittere in terram. et q̄d volo nisi vt ardeat. Unde Richard⁹ in libro de trinitate. Spiritussanc⁹ spiri/ tum rationalē intrat. ipius affectū amore diuino inflāmat. et in similitudinem suam transformat. vt auctori suo amorē quē de/ bet exhibeat. Quid enī spiritussanc⁹ est ni si ignis diuinus. q̄a sicut ignis contra fer/ rum. sic ipe contra cor durū fedum ac frigi dū agit. Nam feditatē abstergit. duriciem emollit. et frigiditatē in caliditatez conuer tit. Hec ille. Bene igit spiritussanctus om nia reparauit p̄ incarnationē christi. q̄a ser uum redemit. cecū illuminauit. frigidū ca/ lefecit. insup in euangelio surdo aperuit au ditū. et muto loquelā restauravit. itaq; mi rificauit misericordiā suā sup hominē quē tantis bonis dotauit et honorauit. vt pro pter eum oīa bene repararet Sed certe hanc bonitatē pauci recognoscūt. Nam li/ cet deus ostendit suam caritatē. veritatez et bonitatem. tamen auari negant deum z suam caritatē in hoc q̄ ipe apparuit in for/ ma pauperis. ostendens indigentiaz et pe tens caritatē. Ipsi vero euz in paupere cō temnunt. Sed certe istos negabit in iudi cio sedens Matth. xxv. Amen dico vobis Nescio vos. Et Matth. x. Qui negauerit me coraz hominib⁹. negabo eum coraz pa/ tre meo. Secūdo non noscunt deum nec

ēius bonitatē p̄sumptuosi z nimis audaces. q̄ in nullo diuine se cōmendant bonitati. nec ab eo petūt auxiliuz. Sicut petr⁹ q̄ cōfidens de p̄pria fortitudine ter christum eadez nocte negauit. Taliter contingit istis. q̄ de suis meritis confidūt. q̄ tandem miserabiliter cadunt. Unde Job. xxxj. Si osculat⁹ sum manū meaz que est iniquitas et negatio contra deū altissimum. vbi dicit Brego. Osculari manū est bonū vel nature vel gratie a deo concessum. meritis būanis attribuere. Si ergo q̄ bonuz q̄d habent non deo sed sibi attribuunt videntur deū negare. ſm Robertū Holgot super librū Sapie cap̄. xj. Et hi nō possūt dicere. bene deus oīa nobis fecit. q̄a nō deo sed sibi laudem attribuunt. Et hi sūt peiores pharisco. De quo Luce. xviij. dicitur. Q̄ gratias egit deo de bonis q̄ habuit licet ad vanaz gloriaz. Isti aūt nec gratias agunt deo sed sibip̄is attribuūt. Tertio non cognoscūt diuinam veritatem malici/osi et fallaces. cuiusmodi sunt falsi testes. falsi iudices. falsi p̄curatores. qui scienter veritatē negant. nec eā ꝓgnoscūt vbi opus est. Tales ergo non confitentur q̄ de⁹ omnia bene fecit. scilicet vera. quia veritatem suprimūt et falsitatem extollūt. Nos igitur fratres cognoscamus tantam diuine pietatis caritatem q̄ nos dilexit. bonitatē qua nos bonos fecit et mīra alia dona cōtulit. veritatem qua falsitatē a nobis effugauit. cōfitentes corde. ore et opere. quia omnia bene fecit. vt tandē per opera gratie lumine facto pueniamus ad bona glorie. Qđ nobis dignetur p̄stare dom⁹ noster iesus christ⁹. Amen.

¶ Dominica. XIII. post trinitatis. I.
¶ Sermo CVIII.

Beati oculi qui ui

b dent que vos videtis Lu. x. Sicut dicit Isido. libro. ij. cap̄. j. de summo bono. Omnis q̄ ſm deuz sapiens est beat⁹ est. Beata aūt vita ſm ipm cognitio diuinitatis est. Hec ille. Und saluator ad patrē loquens ait Johis xvij. Hec ē vita eterna vt cognoscant te solū deū verum. Quod pulchre tractans ibidem Aug⁹. dicit. Infelix q̄ oīa nouit z te nescit. beatus aut̄ qui te nouit et illa nouit. nō ꝓpter illa beat⁹. sed ꝓpter te solū. Hec ille. Et q̄by patet q̄ beatitudo beatoz viatoz q̄ habet in p̄senti p fidem consistit in vera noticia diuinoz. Un Hieremie. ix. dicit. In hoc glorietur q̄ gloriat scire z nosse me. Ubi glosa dicit sic. Scire z nosse. scz cognitione pfecta. q̄ consistit in fide pficiente intellectū et coniūgente deo affectū. De qua cognitiōe Sap̄. xv. dicit. Nosse tꝫ summata iusticia est. z scire iusticiā et virtutē tuā radix est immortalitatis. vbi dicit glosa Rober. Holgot. Q̄ scire. i. credere dilectionē iusticiam et virtutē tuam radix est. i. principium immortalitatis et beatitudinis sempiterne. q̄si di. q̄ habet formatam fidem caritate. q̄ tu es vere iustus et vere pius. ille habet radicem beatitudinis. De hac radice loquit̄ Aug⁹. sup Joh̄em dicēs. Sicut in radice arboris nulla prorsus apparet species. z tamen quedā est in arbore pulchritudinis z decoris ex illa p̄cedit. sic ex fidei humilitate q̄dā meritū beatitudinis aīa suscepture est. ex fide sicut ex fundamento p̄cedit. vnde signāter dicit q̄ fides est radix immortalitatis. z p ꝓsequens beatitudinis. Hec ille. Ille ergo vere beat⁹ dicit in p̄senti qui veram noticiā de deo habet. q̄ deuz super oīa diligit et eū sequi intēdit. Cuiusmodi erant Apli quos christ⁹ cōmendans in verbis thematis dicit. Beati oculi. vt ptz in textu p̄sentis euāgelij. Beati oculi q̄ vident q̄ vos videtis. In q̄by verbis cōmendant apli de pfecta noticia deitatis. Ipsi em̄ videbant illud ocul' corporeis. scz hūanitatem xp̄i. sed credebāt aliud. z videbant oculis cordis scz diuinitatē xp̄i. Jō eis dr Beati oculi q̄ vident scz exteri⁹ hūanitatē. z credūt interi⁹ diuinitatem. Tria igitur hic describunt. Primo nāq̄ describit recte credentium meritum p̄miale. Cū dicitur. Beati. Scdo cōmendat instrumētū p q̄d merek visibile. quia oculi qui vident. Tertio subinfert obiectū desiderabile. cū dicit. Que vos videtis. ¶ A ¶

Dixi primo q̄ in verbis p̄missis describitur recte credentium meritū p̄miale. Cum dicitur. Beati. Est autem sciendū q̄ tripliciter boes dicunt beati. Quidā em̄ sūt beati fallaciter z nuncupative tm̄. vt seculares et mundani. Alij dicuntur beati veraciter

z gratuite. vt christifideles z electi dei. Ter
rū sunt beati eternaliter z glīose. vt anime
sanctorum z ciues celestes p̄clari. De p̄ri
mis dicitur in p̄s. Beatus dixerunt pp̄lm
cui hec sunt. Et p̄emittitur p̄mptuaria
eorū plena. eructantia ex h̄ in illud. Oues
eorum ferose habundantes in gressibꝫ su
is. boues eorum crasse. Non est ruina ma
cerie zc. Ubi p̄phēta beatitudinē secula
rium. eo q̄ abundāt temporalibꝫ z p̄spe
rantur in omnibꝫ. nullā aduersitatem ha
bentes. Est ergo beatitudo ista secularius
in voluptatibꝫ. diuitijs. honoribꝫ. sed cer
te hec beatitudo est fallax et seductoria et
nunq̄ vera. Unde Salomon Eccl̄iastes
post̄q̄ dixit. Dixi in corde meo vadam z af
fluam delicijs scilicet exquisitis delectatio
nibꝫ. et fruar bonis. statim subdit. Et vidi
q̄ hoc quoq̄ eēt vanitas. Ecce fallacia hu
ius beatitudinis. Et vere vanitas. quoni
am tales delicie nō satiant imo fastidium
generant. p̄out ait Gregor⁹ sup euāgelia
libro. j. Omelia. xvj. Ideo idez Salomon
ibidem ostendens hanc fallaciaz dicit. Ri
sum reputaui errorē. z gaudio dixi. Quid
frustra deciperis. ecce fallacitas. Nam ſm
Aug⁹. Error est alterius p alterō approba
tio. Anima ergo effundens se per gaudiuz
terrenū et voluptuosum approbat tale gau
dium vmbraticum et momentaneū p̄ove
ro. igitur decipitur. Unde Hugo super li
bro p̄dicto dicit. Q̄ anima decipit cum
delectatur in rebꝫ nociuis. et bene sibi pu
tat cū male est. Item decipitur cū p̄sentiū
um delectationū occupatione inuoluitur.
et ne futura mala considerare valeat impe
ditur. Item frustra decipitur. quia falla
cis boni gaudia in quibꝫ exultat tantis a
maritudinibꝫ āmixta sunt. vt iure displice
re debeant. et si debeant semper p̄manere.
Uel frustra decipitur cū non videt maluz
quod patit. et cū non p̄uidet malum q̄d
patietur Job. xx. Gaudium hypocrite ad
instar puncti. Et vere tales decipiuntur.
quia Job. xxj. dicit. Q̄ tenent tympanuz
et gaudent ad sonitū organi. Ducūt in bo
nis dies suos. et in puncto ad inferna de
scendunt. Et philosophus. iij. Ethicoꝝ di
cit q̄ multis puenit deceptio p̄pter delecta
tionem. Hec cautē deceptio est mortifera z
venenosa. Nam sicut venena nō inficiunt
nisi circumlinita dulcedine. Ita voluptā
tes maxime mixte delectatione. vt ait Hie
ronym⁹ epistola. lxxxix. Propter quod de
eis p̄rouer. xxiij. dicit p̄ similitudinez. Ne
intuearis vinū q̄n flaueſcit. Ingredit blan
de. et i nouissimo mordebit vt coluber. Ex
quibꝫ patet primo q̄ beatitudo terrenorū
est deceptoria fallax et dolosa. patet quia ē
instabil⁹ et momentanea. Juxta illud Pro
uerb̄. j. Prosperitas stultorum perdet eos
ideo concludit Gregor⁹ in pastora. ca. xx
viij. et Boecius secūdo de consolatu cap̄. j.
Q̄ non est gaudium de rebus que subijci
untur fortune p̄pter eorum instabilitatem
Unde Seneca epistola. iij. dicit. Suspe
cta sunt munera fortune. eo q̄ nō sunt ali
ud nisi vsitata beneficia et insidie. Et idez
Seneca Epistola lxxx. Quis voluptatis
fructus que cū cessauerit videtur non fu
isse. Et epistola. xxvij. dicit. Q̄ res inquie
ta est mūdana felicitas. Similiter loquit
Ualerius max⁹ in lib. vj. in fine. Fragu
ca inquit et fragilia pluribus trepidis. id
est caducis z dubijs consentanea sunt ista
que vires atq̄ humane opes vocant. Af
fluunt subito. repente dilabūtur. in nullo
loco. nulla in p̄sona stabilibus radicibꝫ in
nixa et fixa consistunt. sed incertissimo fla
ctu fortune huc atq̄ illuc acta. etiam quos
sublime extulerunt improuiso recessu de
sticutos p̄fundo cladium. id est calamita
tum miserabiliter immergunt. Itaq̄ neq̄
estimari neq̄ dici bona debēt que inflicto
rum malorū amaritudine desiderium sui
displicent. Hec ille. Et ibi ponit exempla
de potentibus qui fuerunt prosperati. et
postea calamitatibus afflicti. Unō narrat
de vno cui nihil aduersi accidit. nomīe po
licratus. dux Samiorum. qui etiam p̄o
iecit ex industria anulum in profundū la
ci. ad experiendum si aliquid accideret q̄d
displiceret et statim fuit captus piscis z p̄
sentatus ei z anulus inuentus. Iste tamē
postea fuit cruci affixus. et in ea putrefact⁹
quem horrentes darij. p̄fectus crucifi
xit. Ex his consequenter infero q̄ prospe
ritas continua temporalium manifestum
est damnationis indiciū. Istud patet ſm
Gregoriuz super illud Job. xxxv. Clama
bunt et non exaudientur. vbi xxvj. moral.
dicit. Manifestum indiciū damnationis ē
q̄n affectantes iniq̄tates subsequēs fouet
effect⁹. Hec ille. Ex q̄bꝫ finaliter infero q̄ hꝫ

tudo terrena magis proprie dici debet miseria q̃ felicitas. et impropriissime t abusiue dicit beatitudo. vt dicit Seneca epistola. rc. Voluptates crudeles sunt in suos amatores et inexplebiles. ḋa vt dicit. lxxvj. epistola. Appetit⁹ earū est similis cani. q̃ portans in ore panem. q̃ primū aliū videt amittit primū. Istud patet expresse Ecclesiastes. vj. vbi enumeratis prosperis ḋbus dz mūdanoz. subdit. Hoc vanitas t magna miseria est. Quod exponit Hugo ratione afflictionis in laborando. ꝓseruando t amittendo. Et vere magna miseria est talibꝫ m Hugonē. ratione auersionis a bono incōmutabili. Quia dicit Aug⁹. de ciuitate dei li. xiij. Magna miseria est homīnō esse cum deo. sine quo nō potest esse. et quia talis homo affectu inordinato nō est cum deo. ideo est in magna miseria. Item est miseria ratione cōuersionis ad bonum cōmutabile inordinate dilectuz. vt ait enī Aug⁹. libro. j. de libero arbitrio. Miser ē qui inberet que amittere potest inuitus. Item est miseria talis ratione priuatiōis iusticie. vt eni dicit Augusti. vbi supꝫ. Omnis q̃ non est in iusticia miser est. cuiusmodi est auarus. De quo dicit. Nihil est iniq̃us q̃ amare pecuniaz Eccli. v. Item est in miseria ratione sue cōfuse deordinationis in seipo. Quia ait Augusti. vbi supra. Appetitus bestialis cū non est nomen substātie. miserū facit. Talis autem est diligentium terrena inordinate. Unde pro omnibus istis dicit Apocalip̃. iij. Tu dic̃s quia dines sum. et nullius egō. et nescis ḋa miser es et miserabilis cecus et nudus. Bene igit̃ dicit Isaie. iij. Populi meus qui te beatum dicunt. ipsi te decipiunt. Et ponit hic opinionem illā esse reprobatam q̃ ponit beatitudinem in prosperis. sicut epicurus prout recitat Anselm⁹ libro. xj. dicēs. Epicurus dicit voluptatem summuz bonū. Aristenes autem socraticus dicit voluptatem summū malū. Zenon autez censuit voluptatez indifferentem. Certolaus peripateticus dicit malū. et mala parare. scilicet iniuriā. diffidentiā. obliuionē t ingratitudinem. et iste bene dicit. Un Tullius de senectute ca. v. dicit. Nulla pestis capitalioz voluptate. ipa enim capiunt homies. sicut pisces hamo. Secunda beatitudo q̃ beati sunt quidam veraciter et gratiose vt christifideles et electi dei. De q̃ dicit Psalmista. Beat⁹ homo cuius est auxiliuz abste. ascensiones in corde suo disponit. Et hec est beatitudo q̃ cristit in cognitiōe dei per veram et sincerā fidem et amorem purū. De quib dicit in Psalmo. Beatus populus cui⁹ domin⁹ deus eius. Et de hac dicit hic. Beati qui vident scilicet deū. per fidem t spem. sicut dicit Apostolus. j. Corinth̃. xiij. Videmus nūc per speculuz t in enigmate. Tria enim disponūt hominem ad hanc beatitudinē. scilicet altitudo sapientie diuine. sanitas seu sinceritas conscientie. et sublimitas virtutis. Unde Ambrosius libro de officio dicit. Dico beataz vitam consistere in altitudine sapientie diuine. sanitate conscientie. et virrutis sublimitate. Hec ergo beatitudo est christifidelium. per quā hic deum suū per fidem cognoscunt. Juxta illud quod dicit saluator Johānis. xvj. Beati q̃ non viderunt t crediderūt. Sunt enim beati propter meritū. ḋa illa fides habet meritū cui humana ratio nō prebet experimentū. vt dicit Gregoz⁹ ibidez. Ne sunt diuitie christianoz. isti honores. Nectora christifideliuz substātia. qua maioz excogitari nō potest. Unde Aug⁹. in libro de verbis domini dicit. Nulle maiores diuitie. nulli honores. nulla huius mūdi est maioz substantia q̃ est fides catholica. que peccatores homies saluat. cecos illuminat. infirmos curat. fideles iustificat. penitentes reparat. et oñes ī eterna hereditate collocat. Hec ille. Propter quod hanc fidez vocat Ambro. in libro de virginitate thesaurum oñib opulentiozem. quia omnes eternaliter ditat. De tertia beatitudine qua beati sunt sancti eternaliter in gloria dicitur in Psalmo. Beati q̃ habitant in domo tua domine. in secula seculoꝝ laudabunt te. vbi sancti deū vident. non iam per fidem aut spem. sed p̃ speciē propriā et facie ad faciē. j. Johānis. iij. Videbim⁹ eū sicuti est. Et Apostolus. Tūc cognoscā sicut et cognitus est. Unde Bernar. in quodaz sermone. Tripliciter in illa eterna beatitudine perfecta fruemur deo. videntes eū in oñib creaturis. habentes eū in nobisipsis. et quod his omnib ineffabiliter iocundius atq̃ beatius est ipsam quoq̃ cognoscentes in seipa trinitatem.

Dixi secūdo q̄ in ver/bis p̄missis cō/mendatur instrumentū visibile per quod fides meretur beatitudinem. Cū dicitur. Beati oculi q̄ vident. Et non est hic tm̄ in/telligendum de oculis carnis sed cordis. De quib⁹ dicitur Eccl̄iastes.ij. Oculi sapi/entis in capite eius.id est intentus cordis totalis fidelium est in x̄po tanq̄ in capite a quo recipiunt fidem ⁊ caritatē.sicut sen/sum et motus a capite. Talis fuit dauid q̄ de se ait. Oculi mei semper ad dominum. Solet enim dici.vbi amor ibi oculus.ideo sancti debēt h̄re oculos suos eleuatos ad deus.nō sicut illi de quib⁹ dicitur. Oculos suos statuerunt declinare in terram. De/bent autē oculi nostri dirigi in deus ⁊ ip̄m semper videre et contemplari triplicit̄er. Primo sicut in libr̄ū in quo discam⁹. Se/cundo tanq̄ in subsidium in quo confida/mus. Tertio tāq̄ in speculū in q̄ cognosca/mus. Primo itaq̄ oculi nostri debent diri/gi in deum tanq̄ in libr̄ū in quo discam⁹. De quo dicitur Exodi.xxij. Quasi moni/mentū erit ante oculos tuos.et vt lex do/mini semp sit in ore tuo. Hic liber haben/dus est semp ante oculos cordis p̄ medita/tionem.in ore p̄ locutionem. in manu per operationē. In hoc libro tria scribuntur. lamenta penitētie.carmen miserie.et ve in/stitie. Secūdo debent dirigi oculi nostri. in deum tanq̄ in subsidiū in quo confida/mus. De quo dicit Isaias.xxvij. In illa die inclinabitur homo ad factorem suū.⁊ ocu/li eius ad sanctū israel respicient. Inclina/mus ad factorem nostrū quādo in oratio/ne confugimus ad diuinū p̄sidium. Un/de.ij. Paralip̄.xx. dicit. Cum ignoramus quid agere debeamus.hoc solum habem⁹ residui vt oculos nostros ad te dirigam⁹. Taliter fecit dauid.qui ait. Leuaui oc̄los meos in montes.scilicet celorum. vnde ve/niet auxilium mihi. Et iterum Sicut ocu/li seruorum in manib⁹ dominorum suorū. sicut oculi ancille in manibus domine sue ita oculi nostri ad dominū deum nostrum donec misereatur nostri. quasi di. Sicut seruus respicit in dominū cum eum flagel/lat. Similiter ancilla in domina cum eaz verberat.sic nos in deum nos verberan/tem respiciamus donec misericordiam cō/sequamur. Tertio dirigere debemus ocu/los in christum vt cognoscamus. Duo au/tem sunt cognoscenda in christo. scilicet vi/ta nostra per comparationem ad ipsum.⁊ beneficia sua ad regratiandum p̄ro eis.et sic tam in electione q̄z in affectione debent dirigi ad deum. De primo dicitur Job vl/timo. Nunc oculus meus videt te.idcirco me reprehendo et ago penitentiam in fa/villa ⁊ cinere. Contemplata nanq̄ puritā/te diuina cognoscitur ab homine fragili/tas sua.et sicut ad speculum corriguntur. vicia macularum faciei.ita et consideraci/one vite christi proficit homo in gratia. Et quo patet q̄ homo oblitus suorum defe/ctuum minime potest considerare suuz p̄/fectum. Patet hoc per beatum Gregori/um dicentem. Quanto quis minus videt se.tanto minus sibi displicet.⁊ quanto ma/ioris gratie lumen percipit. tanto plus se reprehensibilem esse cognoscit. Et quo vl/terius infero q̄ fm̄ Gregorium. Quanto se homo magis in hoc speculo proprie cō/siderationis videt.tanto plus se magis hu/miliat. Nam dicit Gregori⁹ libro.iiij mo/ralium. Q̄ per inconsiderationem suipsi/us sepe fit reatus criminis quod putatur esse causa virtutis. Et vnde expectatur pia merces operis inde supplicium iuste sequi/tur vltionis. Et sepe post iudicium culpa esse deprehenditur quod virtus ante iu/dicium putabatur. Ideo Ezechielis dici/tur Q̄ animalia erant plena oculis ante ⁊ retro.quia sanctorum mētes vndiq̄z se cir/cumspicientes sibi contradicunt in omni opere suo oculo solicitudinis et timoris. ne vel prava agant.vel recta que precepta sunt non agant. vel expletis bonis operi/bus in suis cogitationibus superbiant. Debet etiam affectus noster dirigi in chri/stum ad considerandum eius beneficia. p̄ro quibus debemus regratiari sue beni/gnitati. Sicut enim mendicantes sumus qui etiam licet ceci sint. tamen oculos ele/uant ad dantez. Sed hodie versum est in contrarium. Multi enim sentiūt benefi/cia diuina.qui tamen non eleuant oculos ad deum. imo quod deterius est auer/runt oculos ab eo. De q̄bus Eccl̄esia.xx/vij. dicitur. Qui querit locupletari auerte oculum suum.quasi di. postq̄z locupletati sunt tales obliuiscuntur dei. Iuxta illud Deuterono.xxxij. Incrassat⁹ impinguat⁹

vilatatus derelinquit deum factorem suum. Isti sunt similes porcis qui comedūt glandes sub quercu. sed tamen nō leuant oculos suos ad arborem. Ps. Oculos suos statuerūt declinare in terram. Et tantū de secūdo.

¶ Dixi secũdo q̃ in verbis premissis hortatur saluator pctõres ad manifestandũ conscientie reatũ damnabilem. Cũ dicit. Ostendite vos. Acsi dicat. Si operã medicãtis expectatis. oportet vt vulnera vestra detegatis ſm Boeciuz. Unde poeta dicit. Nõ intellecti nulla curatio morbi. Ostẽdite ergo vos. scilicet peccatores in confessione. q̃ hucusq̃ latuistis in culparũ occultatione. Unde confessio nõ est aliud q̃ ostensio defectuum. priorũ. Nam ſm Jsido libro.iij. ethimologiarũ. Confessio est per quã anime morbus latens spe consequende venie in laudem dei aperit. Ex quo patet q̃ ad pfecte curandum conscientie vulnera. necessaria est cõfessio peccatorũ z ostensio eorum aperta. Unde Seneca epistola.lvij. dicit. Omia vulnera in aperto leniora sũt. Morbi quoq; ad sanitatem tunc inclinãt cum ex abdito erumpũt z viam suam pferunt. Et sequit. Et auariciã et ambitionez z cetera mẽtis humane vicia tunc periculosa scias esse cum simulata sanitate subsistunt. Et Gregoꝛ. in pastorali capᵒ. xxxviij. Vulnera clausa plus cruciant. Nam cum putredo que interꝰ feruet eiũcitur ad salutem doloꝛ aperit. ¶ Sed diceres. Quare debeo cõfiteri peccata oꝛe vt exteriꝰ appareant in cõfessione. Nõne deus nouit absconditã coꝛdis mei melꝰ quã ego possuz dicere. Ad q̃d respõdet Augᵘˢ. libro.xiij. Omeliarũ. omelia.xij. in pncipio. Nõ vult deus vt pfiteamur peccata nra ideo q̃ ea ipe scire non possit. Sed q̃a diabolus hoc desiderat vt iueniat q̃d nobis ante tribunal iudicis eterni obiciat. ideo vult vt magis defendere q̃ accusare nostra peccata velimus. Ecõtrario autẽ deus noster. quia pius z misericoꝛs est vult vt ea confiteamur in hoc seculo. ne p illis cõfundamur postmodum in futuro. Si enim confitemur. ille parcit. Si agnoscimꝰ. ille ignoscit. Et ponit ibi pulchrũ exemplũ de serpente illo q̃ primos parentes p superbiã deiecit. z nos oẽs similiter infecit. Quãdo ergo videt nos ad deum redire in cõfessione p humilitatem valde impedit. ne christũ humilez ducem ipo cõtempto sequamur. Hec ille. Non est ergo putandũ q̃ deus velit aperiri occulta coꝛdiũ nostroꝛum vt ea sciat. sed ideo vt cum sic aperiendo z nostros defectus exponẽdo coꝛaz eo humiliamur a peccatis nostris curemur. Unde Augᵘˢ. lib.x. Confessionũ ait. Manifestus suz tibi domine quicũq; sum. Necq; enim ago ꝓbis carnis et vocibꝫ sed verbis anime et clamoꝛe cogitationis quoniaz nouit auris tua. Et sequit. Cum enim malus sum nihil aliud est confiteri tibi q̃ displicere mihi. quoniã tu domine benedicis iustũ. sed prius eum iustificas impiuz. Hec ille. Ex quibꝫ patet q̃ cõfessio peccati a deo instituta est maxime ꝓpter humilitatem nostrã. Unde Augᵘˢ. super ꝑs. lxvj. dicit. Ad hoc deus erigit confessionẽ vt liberet humilẽ. ad hoc damnat nõ confitentẽ vt puniat superbũ. Ex hꝫ patet q̃ ad confessionẽ maxime requirit humilitas. p quã homo se ostendit peccatorẽ fragilem z defectuosum coꝛã deo. Un Augusti. sup Canonicã Jobis. omelia.j. Si te cõfessus fueris peccatorẽ. erit in te veritas. Et sequit post pauca. Humilitas pmi net ad confessionẽ. q̃a dum cõfitemur nos peccatoꝛes esse. ipa est humilitas. Hec ille. Ex bis ergo infero q̃ ẽntro plus homo ꝑ prios defectus cognoscere nõ curat. tãto minꝰ p humilitatẽ deo se esse reũ ostendit. Un Augᵘˢ. li.iij. de ꝓbis dñi sermõe.xij. dicit. Nõ dicit tibi Esto minꝰ q̃s es. sz cognosce q̃d es. Cognosce te infirmuz. cognosce te hoiem. cognosce te pctõrẽ. Cognosce illũ qui te iustificat. Cognosce quia maculosus es. appareãt in confessione tua macule coꝛdis tui z p pnãz ptinebis ad gregẽ xpi. Hec ille. Et post hꝫ dicit idẽ Augu. in li. de dñica oꝛone. z lib.v. de ꝑdestinatione sctõrum. Q̃ in ꝓfessione deus vult vt recordemur pctõꝝ nroꝝ. ne q̃s q̃ innocẽs sibi placeat z se extollẽdo plꝰ pereat. Hã ait Hre. xxij. moral. Vere hũilitatis insignia sunt iniq̃tatẽ suã quãcũq; facit cogẽscere z cognitã voce confessionis aperire Et ex bis patet respõsio ad illam questionez qua queritur Quare homines seculares raro cõfitent. hoc enim nõ ꝓuenit nisi ex ignoꝛantia gra uitatis peccati. Ex quo enim non cognoscunt se peccatoꝛes. et ꝓpter superbiã coꝛũ

Nõ vult

pessimā dedignantur humiliari sepius in confessione ne pro talibꝫ habeanꝫ quales sunt. sed volūt potius vt habeanꝫ p bonis ac iustis et virtuosis quales nō sunt. De q̄bus dicit Seneca epistola. lūij. Quare vicia sua nemo confitetur nisi quia ea ignorat. Unde ꝛm ipm epistola. xxij. Qui peccare se nescit. corrigi non vult. Et Gregorius super illud Job. xlij. Idcirco meipsuꝫ reprehendo. dicit. Quanto minus quisq̄ se videt. tanto minus sibi displicet. ⁊ quanto maioris gratie lumen pcipit. tanto amplius reprehensibilē se esse cognoscit. Talium hominū conscientiam Bernar. in libro de cognitione sui cap̄. xxiij. vocat vulpinam. et p consequēs hypocriticam et simulatam. eo q̄ ꝫm ipm exteriorem suspicionem intuētes salua eis oīa arbitrātur. nō sentientes vermem interiorem qui interiora corrodit. Propter hoc idem Bernar. ibidem cap̄. xxvj. dicit. Q sicut membrum quod dolorē non sentit. mortuū esse dicit. Morbus aūt insensibilis incurabilis est. Preterea q̄ ante oīa necessaria est cognitio peccatorū in homine. si debet sequi apertio et ostensio cōscientie in confessiōe Apertio aut ē ista ꝫsciētie. debet eē nō qualiscunq; aut qualitercunq; sed lacrimosa ⁊ flebilis. Dicit enim Crisō. in fine libri sui. de reparatione lapsi. Condemnare semetipm et peccatorē dicere. cōmune hoc ē omnium etiā pessimoꝝ. Multi enim de scena seu de prostibulo viri et precipue mulieres impudice peccatores semetipsos et sceleratos ostentāt. sed non eo prospectu hoc dicunt q̄ cupiant emendari. ideo non est ista dicenda confessio. non em̄ est hec ex corde compunctio. nec in amaritudine lacrimarū talia proferuntur. nec eo affectu q̄si qui oderūt ea que accusant. Unde Gregorius super Job. vij. dicit. Sepe ⁊ reprobi peccata sua cōfitentur. sed deflere contemnunt. Electi vero suas culpas quas vocibus cōfessionis aperiunt. districte animadversionis fletibꝫ insequūtur. Hec ille. Et tantū de secūdo.

D

Dixi tertio q̄ in verbis p̄missis christus cōmēdat prelatorū seu ministrorū ecclesie dignitatem honorabilem. Remisit namq; ad illos leprosos propter manifestandū miraculum mundationis ipsorū. et propter preceptum legis. et ꝓpter humilitatis virtutē. et ꝓpter mysticam significationē. Significauit em̄ christus p hoc q̄ post mundationem interioris peccati p cōtritionē necessaria est adhuc exterioris cōfessio coram sacerdote. Merito igitur isti ad sacerdotes mittuntur. quorū est discernere inter lepram ⁊ lepram. inter morbum et morbū. et hos admittere. illos abūcere. Ipi enim habēt claues ligandi et soluēdi in terra. sine bis nō potest peccator ad deum accedere. nec gratiā obtinere nec veniam mereri peccatorū saltem extra casum necessitatis. Unde Aug⁹. de vera et falsa penitentia cap̄. x. Qui confiteri vult peccata vt inueniat gratiam. querat sacerdotes scientem solueret ligare. ne cū negligens circa se fuerit negligatur ab illo qui eū misericorditer monet ne ambo in foueam cadant quam stultus euitare noluit Ecce hic duo innuit Aug⁹. Primo vt peccator inueniat gratiā debet accedere sacerdotē. Scōo vt talis querat sacerdotem nō qualēcunq; sed scientificū. Per primū arguit error hussitarū dicentium sufficere solam contritionē p peccatis deo facrā. Cōtra quos est Augu. libro de visitatione infirmorū. dicens. Sunt q̄dā qui sufficere sibi ad salutē annūciant si soli deo cui nihil occultū est et quem nullius conscientia latet sua confiteātur crimina. Nolunt em̄ siue erubescūt siue dedignant suis ostendere sacerdotibꝫ. quos tamē inter lepram ⁊ lepram discernere p legislatorem constituit dominꝰ. Et sequit. Nolo vt tali decipiaris opinione quatinꝰ cōfundaris confiteri coram dei vicario. thabescēs pre rubore. vel cerucosus p dedignatiōe. Nam ipius humiliter subeundū est iudicium quem deus sibi non dedignatur esse vicariū. Ergo ad te roges venire sacerdotem si infirmus es. et sac ipm ꝓscientie tue plenissime participē. nō seducat te illa somniantiū superstitio. que musitando seu titubando confirmat q̄ inconsulto sacerdote saluet ad deū sola confessio. Hec ille. Nos autem nō abnegamꝰ quin sit ad deum frequēter deferenda petōꝝ ꝓfessio. Beatꝰ em̄ qui tenebit ⁊ allidet paruulos suos. vl̄ maximos. ad petrā. Petra aūt xps est. Sz detestamur ⁊ detestatur illud sacra doctrina Vade inquit ostende te sacerdotibus. Respōsum est diuinū. et cōfitemini alterutrū

Reprobat error hussitarū dicentium sola cōfessione sufficere

peccata vestra. inquit Aplus Jacob. Li/catricum ergo tuarū arbiter vice dei adhi beatur pres byter. et reuela ei vias tuas. z ipe exhibebit tibi antidotum reconciliati/onis. Dec ille. per secundū arguunt mun dani et seculares vani. qui querunt sacer/dotem ignarū indoctum et minus pro au dienda confessione idoneum. qui cum eis mite et leniter procedit. et eis paruam vel nullam penitentiā imponit Contra quos dicit Augustin⁹ in libro de vera z falsa pe/nitentia cap'o. x. Qui confitetur omino sa cerdoti meliori quem habere potest confi atur. Talem vt dicit ipe libro de salutari/bus documentis. sequamur et pquiram⁹ qui sciat curare peccata propria. et postea vulnera aliena vt pfectus medicus. cum ta libus consiliū salutʒ nostre incamus vt nō perdamus hereditatem celestem quaz no/bis ab initio mundi deus promisit. Dec il le. ¶ E ¶ Ex bis infero duo. Primum q magne vtilitatis est sacerdoti doctiori z magis scientifico q̄ simplici et indocto li/cet sanctiori consiteri. Istud patet ex eo qz ſm Bonāuenturam in quodam sermone de penitentia. Sacramentū confessionis vocalis inter cetera a deo est institutuz ad peccatorū patrocinīū acquirendum. quia sicut videmus in causis ciuilibus q̄ cōmu niter homines indigent patronis qui sint periti in iure vt penas iuris possint vitare et tales oportet in sua causa ordinate pro/cedere. Ita multo magis ſm ipm in spiri/tualibus est. et ideo ſm ipm expediens est sacerdoti sua reuelare peccata. qui devitā/dis sanum consilium possit dare. propter quod est eligendus sacerdos doctus qui possit et sciat discernere inter lepram et le/pram. sicut ad eius officium spectat. vt pa/tet in Leuitico. Secundo ex hoc infero q magna est dignitas sacerdotum quos sic deus honorauit vt eis vices suas in terrʒ cōmitteret. et per eos nos a peccatis pur/garet. Unde Gregoriꝰ libro. v. registri sui hortans Mauricium imperatorez ad de bitam reuerentiam sacerdotib⁹ exhiben/dam. Non indignetur inquit dominꝰ me/us sacerdotibus propter eum cuius serui sunt. vt eis debitam reuerentiā impendat quia illi aliquādo in diuinis eloquīs dr̄. aliquādo angeli nominātur. Exodi enim xxij. dicitur. Dr̄s non detrahes. Et Ma/lachie. ij. dicit. Q angelus domini exerci/tuum est. Hoc est contra illos qui detur/pant sacerdotes. Legitur de Constātino imperatore q̄ cum fuissent sibi quedaz ac/cusationes contra episcopos in sacra sino do Nicena porrecte. Ipe oīes combus/sit dicens. Vos dij estis. a solo deo iudica ri debetis. et dignū non est vt nos iudice/mus deos. Et similiter hoc habetur libro q̄nto tripartite hystorie vbi similes accusa tiōes refutauit dicens. Ista habebūt tem pus suum in die iudicij coram illo qui iu/dicaturus est oīes. Mibi homini iudica re nō licet de vobis. Ibi etiā legitur quo/modo locatis episcopis in loco superiori. ipe resedit in loco inferiori. Propter quaz reuerentiā sacerdotibus recte q̄ ipsum im pensaz. deus sibi in omnib⁹ astitit et sibi si/gnum sancte crucis in somno ostendit. di/cens. Constantine in hoc vinces. Decibi. Refert etiam Gregorius. q̄ pagani princi pes verum deuz nescientes. deos ligneos vel lapideos colebant. et tamen eorum sa/cerdotibus maximū bonorem impende/bant. Quid ergo mirū ſm ipm. Si impe/rator christianus vel princeps vel quilibz dominus veri dei sacerdotes honoret. dū pagani principes vt predixim⁹ honorez impendere sacerdotib⁹ suis noluerunt qui ligneis et lapideis dr̄s seruiebāt. Ex hoc patet q̄ inhonorātes sacerdotes aut dere/stantes eos q̄turbantes aut grauantes si/ue in eorum personis sine in rebus. deteri/ores sunt paganis et saracenis aut tartarʒ qui proprios sacerdotes honorāt. Ac per hoc cōuincunt fideles etiam deum veruz minime honorare aut curare. Juxta illud saluatoris. Qui vos spernit me spernit. Et qui vos tangit. tangit pupillā oculi mei De Alexandro magno legit q̄ cum proces sisset contra hierusalem et episcop⁹ iudeo/rum sibi obuiam pcessionaliter pcessisset. mox de equo descendit et ei reuerentiā ex/hibuit. Pharao q̄uis inmanissimi z durissi mi cordis fuerit ipse tamen sic honorauit sacerdotes q̄ etiam tempe maxime famis ipis de regalib⁹ horreis sufficientē alimo/niam procurauit. ¶ F ¶ Sed diceres. Vere dīe dignū z iustū est bonos sacerdo tes honorare. quos nos. vt ait Hiero. sci/mus xpiani q̄ nobis de⁹ posuit iudices in terrʒ. q̄ etiā añ illū die iudicij iudicāt et dr̄

clauem vite et mortis. Sed quis estimat honore dignos illos sacerdotes qui se exhibent in vita et moribꝫ ꝓ oīa indignos. vacantes potibꝫ. comesatiōibus et ceteris secularibus vanitatibꝫ. quis tales nisi stultus iudicare possit nō ꝓmio honoris sed potius supplicio pudoris esse dignos. Ad quod ego imo nō ego sed ille magn⁹ Gregorius libro. v. Registri sui respōdens. ait. Ea que dicta sunt de honore sacerdotuꝫ aut alia que legūtur in scripturis. non tm̄ specialiter ꝓ bonis. sed etiaꝫ generaliter ꝓ malis sunt interpretanda. quoniā ad huc nescimus qualis sit futur⁹. Et em̄ paulus dicit. Nolite ante tempus iudicare. scilicet de occultis. quoadusq; veniet dominus. Haꝫ sunt multa que de illius iudicio homines ignorāt. quia fortasse quod vos laudatis ille reprehendet. Et que vos reprehenditis ille laudabit. Hec Gregor⁹. Hoc est cōtra illos q̄ ꝓpter leuem suspitionem. vt forte ꝙa sacerdos descendit ad inuitaꝫ. vel locut⁹ est cum femina. statim iudicant eū puersum et indignum. ꝛ dedignantur ei⁹ missam. Cōtra q̄s dicit Lucius papa de cohabitatione clericoꝝ et mulierū. Vestra. Non potest quis q̄ntūcunq; pollutus diuina polluere sacramenta. que purgatoria cunctarū cōtagionuꝫ existunt. Qualiscūq; em̄ sacerdos sit. q̄ sancta sunt coinquinari ab eo nō possunt. Sumite ergo ab oīi sacerdote xp̄i mysteria. ꝙa oīa in fide xp̄i purgant. Hec ille. Et idem vult canon Nicolai pape. xv. q. viij. ca. fina. Sciscitandꝫ. q̄ a tali sacerdote ꝛmūio recipiat q̄usq; iudicio episcoporꝫ reprobet. Quoniam mali bona ministrando tm̄modo se ledāt. et cerea fax accensa sibi q̄dez detrimētum p̄stat. alijs vero lumē in tenebris āministrat. et vnde alijs cōmodū exhibet. inde sibi dispendiū prebet. Et sequit. Sumite ergo ab oīi sacerdote intrepidi xp̄i mysteria. ꝙa oīa in fide xp̄i purgant. Fides ei ē que vincit hūc mūduꝫ. et ꝙa nō dātis sed accipiētis. sic dicēte beato Hieronymo. ad credendū oīi anie baptismus est p̄fectus et in oīi sacerdote corpus xp̄i p̄fectū. Hec Canon. Quādiu ergo quis tolerat ab ecclesia in officio suo. nō debet a quoq; vitari. Unde licet dep̄hensus i adulterio sit infamatus de crimine. tamē nō sufficit ad h̄ vt abstineat ab eius officioꝝ sacramētis suis nisi infamet⁹ p̄ sententiā. vt dicit glosa dicti capituli Scisciteturnūb. ꝛ. xxxij. di. §. Verum. Reqritur ergo q̄ sit dep̄hensus ꝛ cōuictus. vt de iudicijs. Cū non ab homine. Benetm̄ ꝓceditur q̄ oīis sacerdos in peccato mortali existēs est suspēsus q̄ ad se. scz vt nō celebret. ꝙa alias peccat mortaliter. j. q. j. Sacerdotes. Sed talis nō est suspēsus quo ad alios nisi sit p̄ sententiā p̄cisus. vel notorius fornicator aut simoniac⁹ aut scismaticus. vt. xxxij. di. §. Verum. Nm̄ ergo dicit q̄ nullus audiat missam p̄sbyteri quē scit indubitāter habere cōcubinam. xxxij. di. ca. Nullus. Dicendū q̄ loquit de illo cuius crimen est notoriū p̄ sententiam vel ꝓpriā confessionē vel p̄ facti euidentiam. Talis em̄ primo a subditis vitari debet ad confusiōem ipius vt a tali pctō desistat. vt in ca. Vestra. de cohabitatiōe clericorū ꝛ mulierꝫ. Et quo infero q̄ non obstante malicia sacerdotū q̄diu tolerantur ab ecclesia. p̄sertim si nō sunt notoriū fornicatores debēt a subditis honorari. et xp̄s honorauit sacerdotem quē sciebat sacrilegum. xcij. dis. Domin⁹. Per q̄d fm̄ Cipriānum docuit malos sacerdotes etiaꝫ honorare nos. Pro quo honore nobis tribuat honorem celestis curie dominus noster iesus christus qui viuit et regnat p̄ secula seculorum. Amen.

¶ Dominica. XIIII. post trinitatis. II. ¶ Sermo ¶ XXI.

Nonne decez mū dati sunt. ꝛ nouem vbi sunt. Luce. xvij. Sicut ait Petrus Rauanen. in q̄dam epistola. Nihil est q̄d adeo ad indignationem ꝓuocet altissimum sicut ingratitudo. Ipsa enim est malorū ꝓuocatio. beneficiorum exinanitio. meritorum exterminatio. Hec ille. Et Bernard⁹ sermone. lij. dicit. Ingratitudo hostis ē gratie et inimica salutis. Unde fm̄ ipsum nihil sic displicet deo p̄sertim i filijs gratie quēadmodū ingratitudo. Propter q̄d fm̄ Bernar. sermone. xxxv. super Cantica. Nihil augeꝫ ingrato. sed quod accipit. vertitur et in perniciem. Istud patet hic i euāgelio de nouez leprosis. qui ꝓ eo q̄ de cura lepre a qua fuerūt ꝙ christum mundati

regratiari noluerūt. nec ad eū fuerūt reuersi tanq̄ indigni. obliuiosi. et ingrati voce saluatoris arguunt. q̄si ab eo ignorentur vbi sint. Magna quippe superbia est fm Bernū. in lib. de diligendo deū. ca. ij. et delictum maximū. vti datis tanq̄ innatis. z in acceptis beneficijs gloriā vsurpare. nō reddere. Tales Plinius in plogo natural' hystorie vocat merito fures z infelices q̄ bñficia recepta nō recognoscūt. aut mutuo nō reddunt. Et Seneca epl'a. lxxxiij. appellat tales peiores serpentibꝫ. Nā serpentes venenū in alienā perniciē pferūt. sine sua seruant. Ingrati vero sine ꝓpria pnicie nō possunt in se viciū ingratitudinis conservare. Ex quibꝫ patet q̄ valde iniquū z ininstum est. si creatura nō reddit grates suo creatori p beneficijs acceptis. Cum dicat Seneca epistola. xviij. Hoc certe iūsticie cōuenit suam cuiq̄ p beneficio nō reddere gratiam. Merito igit isti nouem leprosi mundati p christū reprehendunt tanq̄ iniusti. q̄ pro beneficio mūdationis. suū nesciuerūt vel noluerunt laudare curatorē. de quibꝫ increpatorie dicit. Nōne decem mundati sunt. et nouem vbi sunt. In q̄bus verbis arguit humana ingratitudo p deum. Per quod nobis suadet z consulit virtus gratitudinis diuinoꝝ beneficiorum. Ad quam merito poterimꝰ induci si triplicem ꝓsiderationē circa hoc attendamus. Naz si ponderemus gratitudinis necessitatē. Si cōsideremus gratitudinis vtilitatez. z si denicq̄ cognouerimus ingratitudinis deformitatem abs dubio sufficiēter moueri poterimus. vt deo gratias melius q̄ isti nouem leprosi. p beneficijs suis cōtinue reddamus.

C A T

Dixi primo q̄ si ponderemus gratitudinis necessitatem. sufficienter moueri poterimꝰ vt deo gratias. p beneficijs suis cōtinue reddamus. Magna quidē necessitas inducit hominē ad reddendaz gratiarūactionē illi scz deo suo. sine q̄ nihil boni potest facere. Johis. xv. Sine me nihil potestis facere. Quicq̄d enī homo habet. a deo habet. Sicut Apl'us dicit. Quid habes q̄d nō accepisti. Nam fm Bernū. sup Cantica sermone. xvij. Sicut origo fluminū z fontiuz est mare. Sic omniū virtutū z gratiaꝝ principium est xp̄s. Ideo Apl's de se ait. j. Cor. j. Gratias ago deo meo semp ꝓ vobis i gratia q̄ data est mihi. q̄a in omnib diuites facti estis in illo. Cū ergo tota sufficiētia nostra ex deo est vt dicit. ij. Corinth. iij. Merito ad deū dz sp recurrere nra laudatio vt mereamur iterū accipe. Juxta illud Eccēs j. Ad locū vnde exeunt flumina. reuertunt vt iterū fluant. Astringitur autē homo ad agendū gratias deo quadruplici necessitate. Primo q̄a ipa gratiarū actio est q̄dāmodo ꝓpria fidelium operatio. Secō q̄a ipsa est receptorū augmentatio. Tertio quia ē diuinitatis prestatio. Et q̄rto quia nre necessitatis et defectuositatis demonstratio. De primo patet quō ipa est propria bonorum et seruorū xpi fidelium operatio. Fideles nanq̄ serui ad nihil aliud vacant nisi ad dilatandū gloriā et honorem domini sui. Et ideo sancti viri scientes hanc ꝓpriaz esse operationem ipoz. z. eo q̄ ad hoc q̄sq̄ natus est vt deum laudet omnib' postpositis. insistunt laudibus diuinis agentes gratias pro beneficijs acceptis. Est autez ita propriū hoc seruis dei. scilicet deum laudare pro beneficijs. vt etiam in celo nequaq̄ ab eis possit auferri. q̄a. Beati qui habitant in domo tua domine. Nihil aliud faciunt. nisi in secula seculorum laudabunt te. De quibus dicit Isaie. lj. Gaudiū et letitia inuenietur in ea. gratiarumactio et vox laudis. Unde istud artificium bonum est nobis in presenti addiscere quod credimus indubie nos sine fine in celo operari. Ex quo infero q̄ nihil sic christianum debet delectari sicut gratiarū actio diuine maiestati. patet. quia in omnibus sanctificijs. oblatiōibus. elemosinis. ieiunijs et alijs quibuscunq̄ siue actionib siue passionibus ad que christiani tenentur. deus nihil requirit nisi laudem propriam z gloriam. Juxta illud. Sacrificiuz laudis honorificabit me. Et ex hoc secūdo infero q̄ gratiarumactio excedit omnia holocausta victimas. sacrificia. oblationes. thurificationes. incensa et quecunq̄ alia. Istud patet. q̄a ista omia ordinant ad gr̄aꝝ actiōes tanq̄ ad finē. ptz igit q̄ gr̄arū actiones sunt ꝓcipue. Cum finis sit melior ordinatis in finē. Propter quod deus offerētibus sibi sacrificia sine intentione huiusmodi redēdi gratias. dixisse legit in Psalmo. Si esuriero nō dicam tibi. meus est enī orbis

terre. Et sequit. Nunqd manducabo carnes thaurorū aut sanguinem hircorū potabo. qsi dicat. Ista nō sunt accepta nisi in quantū sunt laudis materia. Ideo statim subdit. Immola deo sacrificium laudis. Propter qd hermes Termegistus in lib. suo de natura deorū qui logos Lileos appellatur. versus finē dixit. q nō est cōueniens deo thus vel mirram offerre et incendere. estimando q deus in hoc delectetur principaliter. z sic eū sicut ydolū adorare. Sed nos inqt gratias agendo deuz adoremus. Desunt em summe incensiones cū gratie aguntur deo a mortalibz. Et Aug⁹. in epistola ad Marcellinū ait. q nihil gratius animo vel melius ore promimus aut calamo scribim⁹ q deo gratias. Nihil enī dignius dici nec audiri potius potest nec fructuosius quicqz agi potest. Hecille.

¶ De secūdo qmodo gratiarūactio est bonorū a dō receptorū augmētatio. patet. Sicut enim agricola illam terrā libenti⁹ seminat q sibi fructum reddit. sic de⁹ ipos sequus beneficijs visitat qui euz pro accepris laudant. Unde Cassiodorus lib. iiij. epistolarū dicit. Invitat ad magna q̄ grauiter accipit modica. et spem de futuris recipit qui trā sacta beneficia recognoscit. Legitur de elephante q quādo infirmitatem incurrit. qndam herbam pro recuperanda salute colligit. sed anteqz eam in cibum accipiat ad flumen accedens se lauat et herbam versus celum eleuat qi gratias deo agat. et ab eo salutez deposcat. Turpe est ergo non facere homini qd facit bestia. Et si nō mouent hominē ad hoc beneficia futura que a deo expectat. debent maxime mouere preterita que iam ei profuerunt. vt dicit Seneca in quadam epistola. alioquin merek priuari datis q̄ non agit gratias peis. Sicut Apostolus ostēdit de philosophis Roma. j. dicens. Qui cum deum cognouissent. nō sicut deū glorificauerūt. nec gratias egerunt. sed euanuerūt in cogitationibz suis. et obscuratū est insipiens cor eoz. Ubi Aug⁹. ait. Quod deus dedit gratis. tollit ingratis. Sicut patet etiam de Ezechia Isaie. xxxviij. z. xxxix. Qui prius p ingratitudine fuit z punitus. eo q nō laudauit deum p victoria facta de sennacherib. Sicut late habek. iiij. Regū. xx.

¶ De tertio quō gratiarūactio ē diuie manifestatis protestatio. patz. In hoc em̄ q deo de suis beneficijs regratiamur eū deuz nostrum protestamur. Et hoc fecit filius dei Marci. viij. Qui volens de septem panibus satiare quinqz milia hominuz primo gratias egit. Idem legit fecisse cum sacratissimū suum corpus z sanguinez fertur in cena vltima cōsecrasse et discipulis tradidisse. In oīb⁹ docens ad deuz nostra beneficia esse referenda tanqz ad illuz a quo oīe datū optimū et omne donū pfectum desursuz est. Jaco. j. ¶ De quarto quō gratiarūactio est nostre necessitatis demōstratio. Qui em̄ regratiak suaz indigentiā protestatur. Unde hec est ratio moralis quare decime dank et q̄re deo sunt specialiter dedicate. Sic em̄ dicit Robertus Holgot super libz Sapie ca. xviij. Decem est numerus pfectus. nouē vero impfectus. et ideo dū nobis nouez retinem⁹. decimū deo damus. n obismetipis impfectōnē ascribim⁹. et omnez perfectionē soli deo attribuim⁹. Eodez modo dū gratias agim⁹ protestamur q nihil nisi de ei⁹ munere possidem⁹. Patet ergo q necessario deo gratias agere debemus.

¶ Dixi secūdo q si cōsiderem⁹ gratiarūactionis vtilitatē abs dubio moueri poterimus vt gratias deo agam⁹. Sunt autē multa beneficia ad nostrā vtilitatē data a deo. pro q̄ bus si gratias agem⁹ deo magnā vtilitatē reportabim⁹. quia vitam eternā. Sunt autem ista beneficia inter cetera capua. scilicet nostre beneficiū creationis. redemptionis. expectatiōis. iustificationis. cōseruationis. et premiationis. De opere creatiōis dicit Bern̄. in sermōe qdaz. Cōsidera deū in bñficio creatiōis q creauit te sine merito tuo. Juxta illud Ps. Bonoz meoz nō indiges. qa nihil ante pmeruit q̄ nihil penitus fuit. Cogita qlem te fecit creaturaz. fm corpus egregiā. fm aniam magis egregiam. vtpote imaginē creatoris insignē. rationis participem. bītudinis sempitne capacē. Considera z tui nois potestatē. Terroz em̄ homis sup oīa animātia imminere decernit. Cōsidera ergo largitatis administrationē. qnta tibi largitus est ad sustentationē. qnta ad eruditionem. qnta ad consolationem quanta ad correptionem. quāta ad delectationem. Pro bis ergo ni/

bil facias nisi gratias agas. Hec Bernar. De opere redemptionis dicit idē Bernardus in sermone alio. O bone iesu qđ tibi z morti. Nos mori debuimus et tu soluisti nos peccauim⁹ et tu tollis. O pus sine exē/plo. gratia sine merito. caritas sine modo. De beneficio expectationis quo nos pec/cantes expectat ad penitentiā. patet. Naz q̄riens peccat homo mortaliter. totiēs in/dignus est vita. Et ideo totiens est in sta/tu mortis z merek statim detrudi de mun/do ad infernū. Unde si illi tenemur ad re/gratiandū qui nos de periculo mortis cor/poralis vel a mutilatione membrorū libe/rat. Multo magis deo. q̄ a morte vtriusq̄ corporis videlicet et anime sepissime libe/rat. Ideo. ij. Machab. j. dicit. De magnis periculis a deo liberati. magnifice gratias agimus ipi deo. Narrat Lassiodorus de elephante. qui cum se arbori apodiauerit semisecte. id est. ad mediū incise. et arbore fracta ceciderit. p se resurgere nequit. Si ergo fuerit per hominez eleuatus magnā illi refert gratiam. quia os suuz in manus hominis porrigit. nec cibū nisi ab eo econtra capit. nec progreditur nisi quo ille iusserit. Refert Petrus de lapidaria in tracta/tu de oculo morali. Inter alias proprie/tates oculi corporalis sextam esse istam. q̄ in capite est collocatus. ad significandum q̄ oculi nostri semper debent ad deum in/tendere. Juxta illud Psal. Sicut oculi ser/uorum in manibus dominorū suorum. Un/de de sapiente dicit Ecclīastes. ij. Oculi sa/pientis in capite ei⁹. Caput nostrum chri/stus est. in q̄ semper debent esse oculi men/tis nostre per consideratiōem suorū bene/ficiorū. Refert cōmentator super librum de animalibus. Q̄ qđam paterfamilias aspidē quandam nutriuit in domo. sic q̄ omni die hora prandij ad eius mensaz visitauit pro cibo. Que cum generasset duos filios. vn⁹ eorum tanq̄ serot filiū hospitis venena/uit. Quod illa perpendens. statim illuz su/um filiū in conspectu omniū laceravit. z cū alio filio verecunda de domo excessit. Ec/ce quomō serpens sentit beneficiuz. et ho/mo non sentit. Legitur etiam in hystorijs Romanorū. Et idem refert Policrat⁹ Q̄ quidaz andronicus nomine qui alias fuit propter sua crimina per imperatorem sen/tentiatus ad mortem. et datus ad deporta/dum leoni. cui ante spinam de pede in ne/more deposuerat. Leo cum nullatenus mo/uit sz potius ab alijs leonibus ne deuorare/tur protexit. et illi blanditus est demulcēs crura illius et manus. Quod videns im/perator āmiratus est. et illum leonem illi andronico in seruitutez donauit. Et factū est vt eo Rome ambulante cum leone. om/nes dicerent. hic est leo hospes hominis. et hic est homo medicus leonis. Ecce quō ferocissima bestia sentit beneficia huma/na. Sic multo plus debet sentire homo beneficia diuina.

Sed diceres. quomō fiūt gratiarum actio/nes referende deo. Ad qđ respondeo fm Robertū Holgot super librū Sapie cap. xviij. Q̄ ad hoc req̄runt quatuor condi/tiones. Req̄runt enim gratiarum actiōes magnimitatem. assiduitatē. vniuersalitatē et hilaritatem. De magnanimitate dicitur in Psalmo. Magnificate dominū mecuz. id est magnuz predicate. Et ideo quia ho/mo inter omnia creata plus recepit a deo boni. Psal. Non fecit taliter omni nationi. merito ergo vult ab eo magis laudari. Nā vbi est maior concavitas ibi magis de con/fluxione radiorū. et ideo maior calor. sc̄z ca/ritatis diuinez laudis dz esse in tali corde. De assiduitate dicit. j. ad Tessal. ij. Grati/as agimus deo sine intermissione. Hec est ratio quare oīs bone terminanē per deo gratias. in signū istius q̄ omnia nostra ope/ra debēt ordinari ad laudem suā diuinaz. De vniuersalitate dicit ad Ephes. v. Gra/tias agentes deo semper pro oībus. Bene dicit pro oībus. quia nō solum pro prospe/ris sed etiaz pro aduersis gratiarūactiōes sunt referēde. Psalmista. Ad annūciandū mane misericordiā tuaz. et veritatē tuam per noctez. Mane est prosperitas. nox ad/uersitas. Unō Crisost. in tractatu de sym/bolo dicit. Semp benedicite deū. Si re/nerint mala. z dissoluent mala. Si prospe/ra venerint bñdicite. z psceuerabūt prospe/ra. Refert Aristotiles li. ij. politicorū pro/pe finem. Q̄ plato inter alias leges statuit vt ciues exercitarent ad hoc vt herent am/bidextri. id est vt eq̄liter possint manu sini/stra sicut dextra pugnare. Dextra signifi/cat prosperitatez. Sinistra aduersitatem. Ps. Cadēt a latere tuo. i. a sinistris in ad/uersitate. mille scilicet deficientes p despe-

rationē. et decē milia a dextris tuis scz in p/
speritate extollenk p̄ p̄sumptionē. Jn vtro
q̄s ergo statu hō debet laudare deū si vult
bñ pugnare cōtra dyabolū. De hilaritate
seu iocunditate refert Solinus in libro ō
mirabilib⁹ mūdi. q̄ in alleſa regione fons
est semp quiet⁹ et infra riuos suos manēs
q̄m ad cantū citbare vel ad sonū fistularū
intumescit z alueus suū excedit. Jste fons
oīm bonitatis deus est. q̄ ob letā gratiaꝝ
actionem statim exuberat et beneficiorum
suorum aquis inundat.

Dixi tertio q̄ si cognouerim⁹ ingratitudinis de
formitatē moueri poterim⁹ vt deo gratias
agam⁹. Valde em̄ deforme est vicium in/
gratitudinis. q̄d s̄m Hern̄. siccat fontē diuīe
pietatis ne fluat homini. Et ideo hō ppen
dens tale piculū q̄ se p̄uat dei bñficio oz
ab eo cauere et deū ꝓtinue laudare. Sūt
aūt petōres ingrati deo multipl'r s̄m Ro/
bertū bolgoth sup li. Sap̄. c. xvj. Nā q̄dā
dei dona nō cogitāt. ita q̄ nūq̄ ponderāt
q̄ receperūt. sed attēdūt ad habenda q̄ bñe
intendūt. Et ista est potissima causa ingra
titudinis. sicut dicat Seneca in libro ō be
neficiis in p̄ncipio. Prima inq̄t causa ē in/
gratitudinis q̄ nouis semp cupiditatibus
occupati nō quid habem⁹ scz quid petam⁹
attēdim⁹. nec in id q̄d iam est. sed in id q̄d
appetim⁹ intenti sum⁹. Ex quo ego infero
q̄ s̄m Senecā ad h̄ q̄ grati simus deo in/
digem⁹ bona memoria. Jstud patet sic. q̄a
sic ad pfecte sciēdū aliquā sciaz nō sufficit
si homo semel eam discat. sed requiritur q̄
pluries eam repetat. Jta et h̄ necesse est vt
homo sepius recordet. quid. cui. quantum
debitor est. Et hac ratione s̄m moralez in/
tellectū dies dñica videt instituta fuisse a
deo. vt si non sept⁹ saltē illo die septimo et
vltimo in hebdomada homo recogitet di
uina bñficia. scz creationis. reparatōis. cō
seruationis. p̄miationis. Hac rōne etiam
rōnabiliter induxit eccl'a et statuit legi spe
cialia officia missaꝝ corā laicis. et p̄dica/
ri alia singulis diebus dñicis. vt plus audi
ens tam diuersa bñficia diuina in ep̄lis et
euangeliis et aliis lectionib⁹ sanctis olim
patrib⁹ et tandē nobis facta p̄ eis ad grāz
actiones deo referēdas assurgat deuoti⁹.

Sed sunt multi p̄ certo q̄ de talib⁹
nihil curant. Nam q̄dam se bñficia a deo
accepisse negant. quidā ꝺo dissimulāt. qui
dam ꝺo nō reddūt. q̄dā omino obliuiscū/
tur. et isti sunt ingratissimi s̄m Senecam.
De quolibet tali potest dici illud Eccl. xxix.
Ingrat⁹ sensu derelinq̄t liberantem se. Et
bñ oz Ingt⁹ sensu. q̄a sensū mēoie amisit.
Secō sunt quidā ingrati q̄ deū ō suis be
neficijs nō honorāt. similes porcis q̄ glan
des quotidie comedentes nunq̄ ad arbo
res respiciūt. Contra q̄s dicit Aristo. viij.
Ethicoꝝ. Q̄ tales destruūt mutuā amici/
ciā. q̄a oportet retribuere z famulari iux
ta posse ei qui grāz fecit z seruire in recom
pensam collati bñficij. Jn signū huius re/
fert Seneca in p̄fato libro de beneficijs.
Poete finxerunt tres sorores filias vene/
ris et liberi patris virgines. que cōplexis
manib⁹ quasi coream faciētes se tenebant
ridentes z lucida veste indute. Quaꝝ due
ꝓuerse ad nos fuerūt. Tertia vultū auer/
tit. Jn q̄ significat qualis oz esse gratiarū
actio. Jn h̄ em̄ q̄ fuerūt ꝥgines. significat
q̄ incorrupta et sincera debent fieri bene/
ficia. Jtem q̄ cōnexis manib⁹ faciebāt cir
culū. significat q̄ bñficia debēt ire ab vno
ad aliū p̄ grām mutuā. Jtem q̄ erāt riden
tes. significat q̄ hilarē debent h̄e datorē.
Jtem q̄ fuerūt nude. significat q̄ bñficia
nolūt nec debent latere. Et in h̄ q̄sdam ar
guit Seneca. q̄ furtiue grās agūt i ā̄gulo.
et verent palam fateri vt p̄rio z nō alieno
adiutorio h̄e dicant. Sed de h̄ bñ ꝓbus
viij. Ethicoꝝ tangit dicens q̄ amicicie be/
nuolentia oz esse nō latens. Jtem fuerūt
filie veneris ad significandū q̄ bñficia de
bent fieri ob amorē. Jtem fuerūt liberi pa
tris. ad significandū q̄ debent fieri libera/
liter. Sed ꝓh dolor hodie impletur illō
q̄d dixit ap̄lus Jn nouissimis diebus erunt
homines seipsos amantes z ingrati. Tertio
sunt quidā q̄ deum de suis bñficijs expro/
brant ad modū vtroz ingrate. Fertur em̄
q̄ quidam vir p̄o crimine vtoris sue circa
mediastinū seu columnā in medio ciuitatis
se verberare p̄misit. Cui vtor postea enor/
mitatem suā improperauit. Sic multi in/
grati sunt de bñficio passionis x̄pi. in qua
enormia sustinuit. Unde Eccl. xxix. Pascet
z potabit ingratos. z adhuc amara audiet
Ultimo sunt quidā sceleratissimi q̄ ꝺ deū
p̄ sua bñficia pugnāt. Et sunt illi q̄ donis

dei ad peccandū vtunt. Nam multi abundant diuitijs. sz eas nō in vsus pauperū sz histrionū exponūt. Alij habent fortitudinē. z hij fiūt paupes oppressores. z fortitudinē suā i seruicio dyabolico psumūt. Alij optima habēt ingenia et facūda eloqa. Et hij sunt in iudicijs calūniatores. Cōtra qs loquit multa Bre. xxxij. Moral' tractans illud Job. xl. Huic mōtes herbas ferunt. dicens. q tales q diuitijs prauā conant ꝺ deū suis bñficijs pugnāt. Et idē exp̄ssius ponit in omelia. Cū audieritis seditiones. Uñ hij sunt sīles cuculo. q q̄dm est pull⁹ fouet in nido p quādā auē. sz cū fuerit adulta ipe suā nutricē occidit et deuorat. Et Seneca li. iij. de bñficijs narrat de q̄dam milite naufrago. q p viginti dies fuit apō quendaz nobilē optime tractat⁹. sz ipe postea accedēs regē Philippū macedonē. eū crimine pessimo accusauit. z ei⁹ bona a rege sibi impetrauit. Nihilomin⁹ tñ rex cōperiēs eius ingratitudinē. eū cauterio insigniri in facie fecit et suis bonis spoliauit Sic faciet deus ingratis. Nos ergo charissimi. zc.

¶ Dominica decimaqnta post trinitatis. I

¶ Sermo. CXII

Nemo potest duobus dñis seruire. Math. vj. Sicut ait Bre. sup Ezech. Omel'. ix. Nemo potest in vna eadēq re oīpotenti dño atq ei⁹ hostiby grat⁹ existere. Nam do se amicū denegat q ei⁹ placet inimico. Nec ille. Et reuera sic est. Nam iuxta Jacobuz in sua canonica. Qui voluerit amicus fieri h⁹ mūdi. ꝓstituit inimic⁹ dei. Nec immerito. Sūt em̄ isti duo dñi multū inuicē cōtrarij. z nūq̄z pūt hīe vnanimē voluntatez Juxta illud ij. Cor. vj. Que cōuentio xpi ad belial. lucis ad tenebras. sancti ad canē Quasi di. nulla. Et ob hoc nemo p̄t vtriq̄z ist⁹ simul seruire z placere. eo q volūtas hoīs p amorē suū cū sit simplex quocunq̄z se vertit. totaliter se vertit. Uñ dicit Damasian⁹ poeta. Non facile est animū tantis inflectere rebus. Ut res oppositas mēs ferat vna duas. Cum igit mūdus iste sit cōtrarius deo cum sua auaricia. eo q distrahit seruos xpi a seruicio suo. patet q meri/to xp̄s econtrario dissuadet homini auaricia. sz inq̄ntū vult sibi digne seruiri. Nam alias nemo potest ei placere nec libere seruire qui auaricie seruit. Dicit em̄ Isidor⁹ li. ij. de summo bono. ca. xlj. Non potest ad contemplandū deū mens esse libera. q̄ desideri⁹ h⁹ mūdi et cupiditatiby inbiat. Cuius ratio est fm ipm. q̄a alta nō potest conspicere oculus quē pulvis claudit. Licz at oīa pcta seruis xpi satis dure sint prohibita. eo q oīa impediūt i seruicio dei seruos eius. nihil tñ ita seruis xpi ꝓhibetur sicut auaricia. Quia fm Isidor⁹ vbi supra Oīa pctō peior est auaricia. Uñ per Salomonē dr. Nihil sceleſtius q̄ amare pecuniā. Nic em̄ z animā suā venalē hz. qm̄ in vita sua. piecit intima sua. Propter quod fm ipm ipsa est omnium criminū mater. Uñ et ap̄lus ait. Radix oīm malor⁹ est cupiditas. quā q̄dam appetētes errauerūt a fide. Et q2 fm Isidor⁹. Si succiditur radix nō pullulāt cetere soboles pctōr. Idō xp̄s volēs seruos suos ab auaricia retrahere in euangelio p̄senti dicit. Nō potestis deo seruire z māmone. Hoc est em̄ seruire duobus dominis adinuicē cōtrarijs. quibus nemo potest seruire. vt dicunt verba nostri thematis in principio euangelij.

¶ Nemo potest duobus dñis seruire. In q̄by verbis xp̄s premunit suos fideles. exhortando ad vnicū suū seruitiū. retrahendo eos ab amore h⁹ mūdi. Et q̄a quicquid est in mūdo. aut est cōcupiscentia carnis. Et sic est pctm̄ luxurie. aut cōcupiscentia oculor⁹. Et sic est pctm̄ auaricie. aut superbia vite. Et sic est pctm̄ vane glie. Ad que tria reducunt oīa genera viciorum fm triplicē ꝓcupiscentiā. vt dicit Thomas scḍa scḍe. q. lxxvij. ar. v. Sūt aūt ista tria q̄si causa omniū pctōr. ad quas ꝓfluūt alie passiones seu afflictiones. Scōm ꝺ igit in his verbis notat difficultas seu impossibilitas seruiēdi deo. z hnic triplici vicio. Hoc est em̄ duobz dñis seruire. scz deo et mundo. qui illo triplici vicio dominatur in cordibus pctōr. Et quia xp̄s ex eodē fundamēto prohibet sollicitudinē superfluā illor⁹ que distrahūt mentē seruor⁹ xpi. z involuūt eā curis superfluis. sicut in euangelio deducit de sollicitudine ciboz. potuū. vestimētorū et sic de alijs. Ideo etiā circa materiā presentē erit consideratio nostra de sollicitudine hui⁹ mūdi. Scōm ꝺ igit in ꝓbis ist⁹

ammonet quilibet vt vni deo z nō pluribꝫ seruiat. Hūt aūt seruientiū damnabiliter tria genera hominū. ō q̄bꝫ h ꝓsiderabim⁹ Nam sunt seruientes mundo. vt cupidi et auari. quoꝝ sollicitudo est in cōgregando tempalia. Secundi sunt seruientes dyabolo. vt superbi et tumidi. quoꝝ sollicitudo est in appetendo sublimia. Tertij sunt seruientes corpori ꝑpio. vt gulosi et luxuriosi. q̄ꝝ solicitudo est in experiendo suauia et delectabilia. Et hij oēs male seruiūt Et q̄mdiu sic seruiūt istis dñis. licet fingāt se etiā deo seruire. damnabiliter et pniciose seruiunt. Unde merentur a saluatore audire. Nemo potest duobꝫ dñis seruire. Ac per h necessario cōcludit q̄ sunt alij q̄ seruiūt deo laudabilit. vt electi z scti. iusti z fructuosi fideles et deuoti. quoꝝ sollicitudo ē in amore dei et proximi seruida.

Dixi primo q̄ seruientes dānabiliter sunt q̄ seruiūt mundo vt cupidi z auari. quoꝝ sollicitudo est in cōgregando temporalia. de q̄bꝫ dñs dicit. Nō potestis deo seruire. efficaciter et meritorie. et māmone. i. auaricie amanti diuitias. Graue est istud seruitium. Dicit em̄ Grego. xiij. libro Moral'. Peccatū auaricie mentē quā infecerit ita graue reddit vt ad appetenda sublimia attolli nō possit. Uides qūo graue seruiciuz est auaricia. Non est alicꝫ ita obnoxius et ullider in seruitute ita dura q̄n vnicꝫ seruiendo dño suo possit aspicere celū. Hoc tñ non pmittit seruitoribꝫ suis auaricia. De q̄bꝫ dr in ps. Oculos suos statuerūt declinare in terrā. Nec mirū. Oculi em̄ talium sunt mūdane possessionis puluere respersi. quia semp terrenis inhiant z ad terram respiciūt. De q̄bꝫ dr Prouerb. xvij. Oculi stultoꝝ in finibꝫ terre. Non dicit. in finibꝫ celi. Unde glosa sup illud. Mane astabo. dicit. Non videt qui temporalibꝫ adheret Ideo Petrus de lapiaria in tractatu de oculo morali dicit. q̄ ipi sunt sicut talpe. q̄ in terra bñ vident sed in luce nihil. Habēt em̄ non oculos veros sed signa tñ oculorum. Similiter auari apparent in mundo sapientes circa terrena. sz circa celestia sūt stulti. Unde Luce. xvj. dr. q̄ filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis in generatione sua. Sed ista sapientia non est dei sed mundi. animalis et dyabolica. Ex quo patet q̄ q̄mdiu auar⁹ sollicitus est circa tē poralia. non potest ꝓsiderare celestia gaudia. Cuius ratio est. qz sicut interpositio terre inter solem z lunā causat eclipsim lune ita interpositio terrenoꝝ inter mentē hominis et deū causat cecitatē mentis. Unō Ps. Supcecidit ignis et non viderūt solem. Ex quo patet q̄ auaricia non est aliud nisi cecitas horrēda. Unde Aug⁹. in libro de doctrina christiana. Auarus est cec⁹ credendo. diues est nō videndo. Et sequitur. Amas pecuniā quā nūq̄ꝫ videbis. cec⁹ possides. cecus moriturus es. q̄d possides h relicturus es. Sed vnde hec cecitas i auaro. Rūdeo fm Augu. super ps. xcviij. sermone. vij. Non aliūde nisi ex defectu amoris dei. Nam fm ipm. Qui deū non amat non videt eum. Ama ergo z videbis. O q̄ꝫ graue est istud seruitiū in quo hoīes amittunt oculos. Sicut Sampson in labore Philisteoꝝ Judicum. xvj. Ideo li. de elemosyna dicit Aug⁹. Erras et falleris qui te diuitem putas in hoc seculo Audi dñm in Apoc. dicentē. Dicis quia diues sum et nullius egeo. et nescis quia miser es et nudus et cecus. Et vere magna cecitas nō videre turpitudinem suam et damnū suū et periculū grauissimū. Auarus em̄ similis est ydropico. qui q̄nto plus abundat humore inordinato. tanto plus sitit. et tanto magꝫ bibit donec moritur. Sic vt ait Augustinus libro. iij. questionuz euangelij. q. xxix. Quanto auarus est copiosior in diuitijs q̄bꝫ non vtit. tanto ardentius alia concupiscit. Nec ille. Unde semp est in ptinua siti. q̄d est maximū periculū et grauis pena Secūdo magnū damnū auari est esse similem inferno et ardere ad instar inferni. Nam fm Augustinū in sermone de timore Infernus q̄ntoscūq̄ devorauerit nūq̄ꝫ dicit. sufficit. vel satis est. Sic auar⁹. Si em̄ fm Augustinū in libro de salutaribus documentis Omnes thesauri ꝓfluerint i auarum nunq̄ꝫ satiabit. Et in hoc auarus est deterior qualibet crudeli bestia. que vnq̄ꝫ satiatur. Unde Augustin⁹ libro q̄nto de verbis domini. sermone. ij. Nichil nobiscum tollimus et rapimus. Q si aliquid tollere mus. nonne homines viuos vorauremus. Que est ista auiditas concupiscentie. cum ipse belue habent modū. tunc rapiunt q̄ū

esuriunt. parcūt vero prede cum senserint
satietatem. Inexplebilis est sola auaricia
diuitū. semper rapit et nunq̄ satiatur. nec
deū timet nec hominē reueretur. non pa/
tri parcit nec matrē agnoscit. nec fratri ob/
temperat. nec amico fidem seruat. viduam
oppримit. pusillis inuidens. et liberos in
seruitiū reuocat. et falsum testimoniū pro
fert. res mortui occupat. quasi etiam et nō
ipi q̄ hoc faciunt moriantur. Hec ille.

¶ B ¶ Sed diceres. tamen inueniun/
tur quibꝰ supperunt ad voluntatez eorum
facultates. Ad hoc ego respondeo q̄d fal/
sum est. Nam q̄mdiu sunt auari sunt infer
no similes. quia deest eis tam quod habēt
q̄ quod non habent. Unde dicit Hiero/
nimus in epistola ad Paulinuz. Certe nō
est aliquis ita stultus seruus qui vult ali/
cui seruire de continua egestate. quod ta/
men facit auarus. Tertiū magnū damnū
est auaro esse in continuo laqueo et in te/
naci fisco. Dicit enī Augustinus libro. ij. ō
verbis domini. sermone. xiij. Amor rerum
terrenarū fiscus est spiritualiū pennarum
Ecce concupisti besisti. Et in libro de ele/
mosyna dicit idez Augustinus. Auare pe
cunie tue captiuus et seruꝰ es. catbenis ꝛ
vinculis cupiditatis alligatus es. et quez
iam soluerat christus. denuo vinctus est.
Et Chrysostomꝰ omelia. ix. sup Matthēū
Qui pecunie seruit et p̄sentibus compedi
bus constringitur et futuris paratur. Ue
re magna vincula. magni compedes sem/
per esse in timore perdēdi. in dolore amit/
tendi. vt dicit Isydorꝰ libro tertio de sum
mo bono. capitulo. xxiij. Unde Augusti/
nus super primaz canonicam Johannis.
Omelia. ix. Auaricia cum labore amatur
implesti domū. timenf latrones. acquisisti
aurum perdidisti somnū. deus sine labo/
re amatur acquiritur et tenetur. Hec ille.
Quarto magnū periculum incurrit aua/
rus. quia animā suam venalē exhibet pro
vno obulo. Istud enim est pactū auaricie
cū homine. vt si vult accipere denariū det
animam. Iuxta illud quod dicitur Gene/
sis. xliij. Da mihi animas. cetera tolle tibi.
Sic fecit Judas qui pro triginta dena/
rijs dyabolo dedit animā. Unde Augusti
nus in quodam sermone dicit. Auarꝰ an/
teq̄m lucrefaciat seipsum perdit. et anteq̄m ali/
quid rapit. rapitur solus. Quod lacius in
libro de salutaribus documentis prosecu/
tur dicens. Omniū malorū cupiditas ra/
dix est. Lupidus enim animā suā venalez
facit. Si enim inueniet tempus vt concu/
piscat alicuius aurum aut argentū aut ve/
stes pulcras. aut mulierem pulchram. pro
nichilo perpetrat homicidiū. Et sicut q̄s
effundit aquaz in terram ita isti sanguinē
proximi sui. Hec ille. Istud patet dō Achab
rege. de quo dicit Isidorus libro de sum/
mo bono. capitulo. xlj. Q̄ appetitu cupidi/
tatis sue homicidiū perpetrauit in illo bo
no viro Naboth. De quo habetur iij. Re/
gum. xxj. Quintū periculum graue est auа
ro. quia seruiens pecunie seruit cuidā ydo
lo. et ita est i rei veritate ydolatra. De quo
Ozee. viij. dicitur. Argentum suum et au/
rum suū fecerunt sibi ydola vt interirent.
Unde apostolus veraciter appellat auari/
ciam ydolorū seruitutē. Ad Ephes. q̄nto.
Ubi glosa dicit. Q̄ illū auarū dicit ydola
tram cuius deꝰ nūmus est. Talis enī nū/
mū adorat et colit vt deū. Diligit enī eum
plus q̄ se. Unde auarus dicitur ydolatra
scōm Horrram super epistola. ad Ephes.
q̄nto. Ideo quia cultū deo debitū ydolo
impendit. Ipse enim carius aurū inspicit
q̄z solem. Quod patet in quatuor. Primo
q̄a impendit ei diuinam amiciciaz. Unde
magis diligit tenebras q̄z lucez. Ideo Ec
clesiastici. x. dicitur. Nichil iniquꝰ q̄z ama
re pecuniam. Secūdo impendit ei diuinā
obedientiā. Licius enim currit pro num/
mo q̄z pro deo Ecclesiastes decimo. Pecu
nie obediūt omnia. Tertio impendit ei di/
uinam confidentiā. Confidūt enī in virtu
te sua et in multitudine diuitiaꝝ suaꝝ glo
riant. Cōtra quos Job. xxj dicit. Si pu
taui aurū robur meū. ꝛ obryzo dixi fiducia
mea. Quarto impendit ei diuinam reuerē
tiam. vt hic. Nō potestis deo seruire ꝛ mā/
mone. Hec ille. Propter q̄d dicit Augusti
nus libro. iij. contra epistolā permeniani.
Q̄ non potuit in diuinis eloquijs quicq̄z
auaricia accusari q̄z vt ydolatrie demōstra
retur equalis et eius nomine appellet. Hec
ille. Non est aliqs ita stultꝰ qui sciens ter/
ram vel lapidem. vel aliquid hmōi coleret
illud pro deo et sibi diuinos exhiberet ho
nores. et tamen pudet dicere q̄ christiani
scientes et credentes corde ꝛ profitentes
ore. nō aliū deū esse. verū q̄z p̄em et filium.

et spūmsanctū. nihilominus adorant ter/ram vilem. scz aurū z argentū. Nam scōm Bernhardū aurū nihil aliud est nisi terra rubea. et argentū terra alba. que solus er/ror hominū et non valor eoz fecit esse pre/ciosa. Item de hoc q amor omniū aliaz re/rū pter deum est ydolatria Dionisius lib. iij. de diuinis nominib⁹ cap'o. iij. circa me/dium ¶ Sed videamus de sollici/tudine auaroz. de qua dicit Eccs. ij. cap. Lunci dies eius laboribus et erūnis pleni sunt. nec p noctē mēte requiescit. Propter quod dicit idem modicū post. q peccatori auaro dedit de⁹ afflictionē z curā superfluaz vt addat et congreget. Hanc sollicitudinē describens Innocenci⁹ ārtus libro pmo. de vilitate humane conditionis. cap. xij. di/cit. Currunt et discurrūt mortales per se/pes et semitas ascendunt montes. transcē/dunt colles. transuolant rupes. peruolant alpes. transgrediunt foueas. ingrediūtur cauernas. rimant viscera terre. profunda maris. incerta fluminis. opaca nemoz. inuia solitudinis. exponūt se ventis z tym/bribus. tonitruis et fulminib⁹. et fluctib⁹ z procellis. metalla cudunt et conflant. lapi/des sculpunt. ligna succidunt z dolant. te/las ordiunt et texunt. vestes incidunt z cō/suunt. edificant domos. plantant ortos. colunt agros. pastinant vineas. succendūt cibanos. extruunt molendina. venantur piscant z aucupant. meditantur. recogitāt. cōsiliantur et ordinant. querelant z litigāt diripiunt et furant. mercantur z cōtendūt et peliantur vt opes congerant. honores acquirant. questus multiplicent. et lucra sectentur. Hec ille. Sed certe hec omnia vana sunt. sicut dicit Ecclesiastes. ij. Dete/status sum omnē industriā. id est. sollicitu/dinē meā. qua sub sole studiosissime labo/raui. habitur⁹ heredē quē ignoro vtrū sa/piens vel stultus sit futur⁹. z dominabit i laboribus meis. in qb⁹ desudaui z sollicitus fui. Et est quicq̄ tam vanū. Hec ille. Ler/ne magna vanitas qa bona auaroz sepissi/me alieni diripiunt z inde laureviūūt. Un/dē p Psalmistā dr. Thesaurizat z ignorat cui cōgregabit ea. Et esto q veniant i ma/nus filioz legitimoz. adhuc perpetuari nō possunt diuitie. Quia dicit Augustin⁹ libro qrto omeliaz. Omelia. iij. in pncipio Quā curam geris filioz vt eos obruas. la/crimis ministroz. Non est hoc filios ama/re sed potius necare. Et sequitur. O q̄nti quibus hereditas dimittitur. et postea ad penuriam rediguntur. Hec ille.

Dixi secundo q̄ in verbis p̄missis debet esse nr̄a cōsideratio circa mortis multiplicem distinctionē. Cum dicitur. Defunctus. Ac si enim diceretur. Ecce defunct⁹ corpore. qui vtinam nō esset defunct⁹ mente. Est ergo sciendum q̄ triplicem mortem legimus in scripturis. Est enim quedam mors corporalis resolutionis. ꝛ illa est naturalis et cōmunis omniū. Alia est mors culpabilis infectionis. et illa est specialis tm̄ malorū hominū. Tertia est mors sanctę conuersationis. ꝛ illa est singularis tm̄ electorū. De prima morte patet illud. scōi Regum. tūj. Ubi dicitur. Omnes morimur et sicut aqua dilabimur super terraz. que vltra nō reuertetur. Dicitur autez ista mors naturalis nō q̄ sit homini cōcreata a deo. sed pro meritis prime preuaricationis illi accessit. Unde iam naturalis facta est. quia originaliter a primo homīe i omnes homines transijt. Ita dicit Isidorus libro ꝑmo de summo bono. cap̄lo vndecimo. Sapientie ꝑmo dicit. Deus mortem nō fecit. Et post pauca. Impij. id est. Adā et Eua accersierunt illam. Ex quo dicto apostolus concludit. Ex quo per vnum hominem peccm̄ intrauit. et per peccatum mors in mundū venit. Romanorum q̄nto iam mors nobis dicitur quasi naturalis. Unde ipse appellat oēs homines naturaliter filios ire dei. Ephes. ij. Ista tamen mors licet sit multū penalis et amara iter oīa terribilia. Sicut dicit philosophus iij. Ethicorū. tamen iustis est multū desiderabilis et iocunda. Sicut enim idez cibus est infirmo amar⁹ et sano suauis. Sicut dicit Augustinus libro. ij. Confessiōn. Dic mors impijs est valde terribilis. sanctis vero delectabilis. Unde Ecclesiastici xlj. dicitur. O mors q̄m amara est memoria tua homini iniusto et pacē habenti in substātijs suis. Eo enim q̄ iniustus est timet supplicij. et quia pacem habet in suis bonis. ideo cum dolore ea relinquit. Sed de iustis econuerso est. quia ibidem dicitur. O mors q̄m bonū est iudicium tuū homini indigenti et qui minoratur viribus. scilicz merendo p̄emiū. Et quo patet q̄ peccatores et iusti licet eadem morte moriuntur. non tamen equaliter. Nam de iustis dicit Prouerbioz. tūj. Sperat iustus in morte sua. Et quid sperat ostendit Ecclesiastici. j. Timenti deū bene erit in extremis. et in die defunctionis sue benedicetur. Ecōuerso de peccatore dicit Prouerbiorū. xj. Mortuo homine impio nulla erit vltra spes. Et Sapientie. tūj. Infelices sunt et inter mortuos spes illorū est. Et hoc inferro scōm beatū Dyonisium in libro de ecclesiastica ierarchia. cap̄lo. ij. Ex licet mors omniū hominū nō sit in nobis anime consumptio. sed tm̄ separatio a corpe. tamen illa separatio est diuersa. quia vt ait ibidez. et etiā cap̄. vij. eiusdē libri. Sancti pgunt ad inuisibilia dei facta. et ad desideratā incorruptionē. et laudant diuina munera. et spūali delectatione adimplent. nō iam formidantes de cetero lapsum peccati. sed bñ scientes q̄ bona que post mortē recipient firmiter et eternaliter possidebunt. Econuerso aūt mali et sordidi attendētes quia fidē quā accepant cōcupiscentijs quibo inheserūt sordidauerūt. et vitā sanctā dereliquerūt. miserabiliter et nolētes abscindū tur ab hoc seculo. quia nō habent spēm future cōsolatōis. quia cōscie sunt sibi praue vite p̄terite. nec purgate p̄ verā penitentiā. Verba sūt obscura. ego posui ea facilius. Ex hoc patet quare sancti desiderant mortem dicentes cum Paulo. Cupio dissolui. Impij aūt cupiūt diu viuere. Et ex ℞ etiā patet quare sanctoz mors dicit dormitio. Sicut deducit ibidez idem Dyonisi⁹. Et his iam infero q̄ boni homines vt cōmuniter leuius et facilius dulcius et hilari⁹ moriunt q̄m mali. qui vt cōmuniter moriū difficulter et grauiter. Nam ait Isidorus libro tertio de summo bono. cap̄. xxvij. Electorū anime in suo fine hilarescūt cōtemplatione eternoz bonoz. Unde fine illoz tranquilla vocatio cōmendat. vt et eo intelligant sanctoz bte cōsortiū angelorū et ℞ et ab ℞ corpe sine vexatōe dura tollūtur. Prauos autem homines apostate angeli excipiūt morientes. vt eis ipi sint tortores in penis q̄ fuerūt suasores in vicijs. Nec ille

Idem patet p̄ beatū Gregoriū in omelia sup̄ illud. Cū venerit et pulsauerit confestim aperiant ei. Ubi dicit. Cōfestim aperit qui letus iudicez suscipit. et cū tempus appropinquat mortis de gloria retributionis hilarescit. Unde autem ista iocūditas sanctis p̄uenit dictū est q̄ ex appropinquatione p̄mij quod se sperant recepturos. Fit etiam ex apparitiōe aliquoꝝ sanctoꝝ quos tunc vident. et interdum de visione ip̄i⁹ saluatoris. vt dicit Gregorius lib. iij. Dyalogoꝝ. Ecōuerso vero malis fit magnus timor ex desperatiōe p̄mij. et ex visiōe demonū. qui eis tunc horribiles apparent et eos terrent. prout ait idem Gregori⁹ li. vj. Moral. ¶ Sed diceres. Tamen interdum videmus sanctos homines graui ter mori et graniter turbari in hora mortis ipsoꝝ. Ad q̄d respōdeo scōm Isidorū vbi supra. Et Gregoriū. xxiij. lib. Moral. Q̄ Ꝟ contingit ex duabꝫ causis. Primo ex eo z si sunt sancti tamen terrent ex seipsis. ne sicut ad p̄miū ita ad suppliciū protrahant. maxime cū nemo sit certus an odio vel amore dignus sit. Secō ex eo q̄a quādoꝝ sancti habent aliqua leuia peccata de quibꝫ non plene satisfecerūt. Ite ergo vadant ad purgatoriū purgantur hic dolore z pauore corporaliū tribulationū in extremis. Et sic patet solutio istius dubij.

¶ Ad ¶ De secūda morte. scz culpabilis infectionis que est specialis maloꝝ. et ista nō est aliud nisi separatio anime hominis a deo p̄ peccatū. scm Augustinū. Juxta illō Ysaie. lix. Iniquitates vestre diuiserūt inter vos z deū. Et Sapiētie p̄mo. Peruerse cogitationes separant a deo. Et ab ista morte ducitur peccator ad aliā mortē perpetue cruciationis. De qua in Psalmo dicitur. Mors peccatoꝝ pessima. Ex quo patet q̄ dānati moriunt quadruplici morte. Primo morte naturali in corpore. Secundo morte culpe in anima dum viuunt in peccato. Tertio morte iehenne dum in anima descendunt post mortē ad infernū. Quarto morte vtriusq̄ post diem iudicij dum in vtroq̄ perpetuo tam in corpore q̄z in anima morient. Et ideo dicitur. Mors pessima. Et sciendū q̄ multum conuenienter mors culpe assimilat morti naturali. et hoc p̄ter tres rationes. videlicet p̄ter finalem defectū. Secūdo p̄ter consimilem effectū. Tertio p̄ter consimile aspectum. De p̄mo patet. nam moriente corpore talis est p̄cessus in deficiendo. Primo enim corpus distemperat et discreiatur. Secūdo homo infirmatur. Tertio moritur. Quarto portatur. Quito sepelitur. Sexto a vermibꝫ consumit. Isto modo anima primo distemperatur et discreciat p̄ tēptationē et cogitatiōem de peccato. Secūdo infirmat per sequentē delectationē. Tertio moritur p̄ cōsensum. Quarto aspernat et elongat ab hominibꝫ p̄ culpe sue abhominationē et diffamationē apud homines. Quinto sepelitur p̄ malam consuetudinez Sicut em̄ terra opprimit corpus ne resurgat. sic mala consuetudo est q̄si moles grauissima opprimēs et necessitās homiez ad peccandū. Unde Augustin⁹. viij. Cōfessi. cap̄. v. Lex peccati violentia consuetudis qua trahitur et tenetur inuitus anim⁹ eo merito quo in eam volens illabitur. Et in eodem casu cito post p̄cipiū loquens ō seipso p̄ statu suo ante baptismū. Suspirabam inquit ligat⁹ nō ferro. sed mea ferrea voluntate. velle meū mecz tenebat inimicus. et inde mihi cathenā fecerat z p̄strinxerat me. Nam ex volūtate puersa facta ē libido. z dum seruit libidini. facta est consuetudo. et dū Ꝟsuetudini nō resistit facta est necessitas. Hec ille. Et hec consuetudo fm ipm cōgat sepulture Lazari. put ipse ait in li. de sermone dñi in mōte li. j. ca. xiij. Sicut nūc videtis q̄ magnis dñis et nobilibꝫ fiunt sepulcra fortia et solida ō marmore vel alabastro vel petra dealbata vel ere depicta z ornata. ita vt cōmuniter adulatores eoꝝ faciūt eis Ꝟsuetudinē peccādi suis adulatōibꝫ adulātes et ornātes commēdantes eoꝝ pctā. Ps̄. Laudat peccatoꝝ in desideriꝫ anime sue. Sz tū eos nihilomin⁹ deprimūt sic̄ sepulcra ne resurgant a peccatis. Propter q̄d Gre. li. iij. Moral. capit. notat multū q̄ xp̄s tres mortuos suscitauit. puellā in domo. iuuenē in porta. Lazarum in sepulchro. Quartū fo discipulo nūciante cognoscit mortuū. sed eū non suscitat. quia valde difficile est. vt is quez p⁹ vsum male Ꝟsuetudinis adulantiū lingue excipiūt a mētis sue morte reuocet. De q̄ bene dicit. Finite mortuos sepelire mortuos suos. mortui em̄ mortuos sepeliunt cū peccatores pctōres fauoribus p̄miū.

Erat aũt Lazar⁹ mortu⁹ sepulc⁹. sz a fidelibus mulieribꝫ nõ a mortuis cũ pietate sepulc⁹. Nec ille. Sexto corp⁹ mortuũ ꝓmittimus ꝓsumik. sic mens ꝑuata vite gre a verme ꝓscie desperatõis z finaľ pnie corrodik et mordek. Sic ḡ pctm mors anie ór. quia intrat in animã sicut mors in corp⁹. Unde mors ei⁹ ór. ꝓpter ꝓsilez defectũ vel deficiẽdi, pcessuz. sic sup dictũ est p ordinẽ. Scõo ór. mors peccati, ꝓpe ꝓsilem effectũ. Mors nãz facit corp⁹ rigidũ et frigidũ fetidũ et putridũ horridũ terrenuz z ponderosum. Isto mõ pctm facit aiaz rigidã p superbiaz et inobedientiã ad deũ. Prouer. xvij. Luz obsecratiõibꝫ loqk paup. z diues effabik rigide. Glo. i. superbꝫ efficit aiaz frigidã per invidiã. Hiere. vj. Sic frigidã facit cisterna aquã suã. sic frigidã facit malicia aniaz suã. Item facit eã fetidã p luxuriã. Isa. iij. et xxxiij. De cadaueribꝫ eoz ascẽdet fetor. Item facit putridã p gulã. p quã sensus et rõ sepeliunk. vt hõ in asinũ mutek. Hiere. xxij. Sepultura asini sepeliek putrefactus Facit eã horridã p iracundiã Genek. xv. Horror magn⁹ z tenebrosus invasit Abrahã. Facit eam terrenã p auariciã qz nihil sapit nisi terrena. Gen. iij. Terrã comedes cũctis diebꝫ vite tue. Facit eam etiã pigrã p accidiã. ḡa nihil boni opak. Prouer. xiij. Vult et nõ vult piger. anima aũt opantiuz impinguabik. Et sic pctm ór. mors ꝓpe consimilẽ effectũ. Tertio pctm ór. mors ꝓpter ꝓsilez aspectũ. Quãtumcũqz eim hõ fuerit amabilis pulcer z delicat⁹. statim mortu⁹ ẽ horribilis. turpis z abhominabiľ z a communione hoim separãdus. Sic aia ante pctm est pulcerrima z formosa. Cantico. iiij. Ecce tu pulcra es aica mea. ecce tu pulcra zc. Sed p pctm spoliak ḡtuitz. vulneratur in naturalibꝫ. z fit fetida z abominabiľ coram deo Ezech. xvj. Abominabilez feciſti decorẽ tuũ. Et tũc aia sepak a cõmunione fideliũ. ḡa est extra ḡraz z caritatez. z extra amiciciã angelor. ḡa oĩs amici ei⁹ spreuerũt eam. z facti sunt ei inimici. Ideo Prouer. xviij. ór. Miseros facit pl'os peccatũ. Et sic pater quomodo peccatum dicitur mors propter eius aspectum. ¶ D ¶

¶ De tertia morte. que est mors sctẽ conuersationis. z est tm sanctorum in hac vita ór Col'. iij. Mortui eim estis. scz mundo. et vita vra abscondita est cum xpo in deo Et ij. Cor. vj. Quasi morientes z ecce viuim⁹ Viri eĩ sancti z religiosi et alij apparẽt secularibꝫ qi mortui. sed tm i rei ꝟitate sũt vi ui. Romanor. vj. Estimate vos ḡdẽ mortuos peccato. viuentes aũt deo. Et multi cõpetenter religiosi dicũk mortui. Primo eim mortuus condit testamentũ. in quo legat aniã deo. corpus tumulo. facultates amicis. Sup hoc aũt ponit executorez et deputat. Isto modo religiosus profitẽdo dat aniã deo. corp⁹ monasterio. facultates designat mundo. executorez suos ponit platos. quoz custodie tam aiaz qꝫ corpus cõmittit Secũdo ḡa sicut moritur⁹ primo incipit perdere calorem naturalẽ. postea visum et vsum alioz sensuũ exterioz. z tandẽ motũ, ꝓpriũ. ita qꝫ si debet moueri de loco nõ potest nisi per aliũ. pannus ei tribuik breuis et mensura certa. z finaliť abscondik in sepulcro. Isto modo religiosus primo amittit calorem naturalẽ. i. amorez carnalẽ et mundialẽ amicoz et parentum. Secũdo amittit quasi vsum sensuũ. quia non oĩa pmittik videre vel audire qꝫ placent. nõ oĩa loqui potest qñ vult sz horis statutz. vltimo pdit motũ. ḡa nõ mouetur nisi ad voluntatẽ et ꝑcepti plati. z modico panno ꝓtentak. nõ ad supfluitatẽ sz ad necessitatẽ. et tandẽ abscondik in claustro sic in sepulcro. Sic ergo si videris aliquẽ ex his tribꝫ taliter mortuũ. scz morte naturali. morte culpabili. morte sancta. poterz cõgrue de eo dicere. Ecce defunct⁹ efferebak Et hoc quo ad pmissaz informatiõem. Et tm de secundo. ¶ E ¶

Dixi tertio q in verbis pmissis hortak nos ad viscerale et piam mentis cõpassionẽ. cum ór. Efferebak. Isti siquidẽ qui efferebant mortuũ. cõuenerant ad cõpatiendũ vidue sup dolore suo. Tum ḡa desolata erat viro quia vidua. tum quia orbata filio vnico. et ideo isti venerant ad exequias funerales. Unde quidã portabant. quidã lacrimabãtur sequentes. zc. Per quod datur nobis exemplũ vt libenter intersim⁹ exequijs fidelium. qd fm Dyonisiũ vtile videtur. et maxime penitentibꝫ Nam fm eum in libro de ecclesiastica hierarchia. cap'o. viij. Conuenienter assunt penitentes exequijs mortuoz vt discant et attendant mortis contemptũ. et bonores sanctoz qui laudãtur

a sacra scriptura in ecclesia audiant. et vt etiam audiant errantes et ipi enarrant interminabiles tristicias imminere. z vt pro nouenk exemplis bonis defuncti audiētes eum laudari z cōmendari per sacerdotem de bona vita. Hec ibi sententialiter. Ex q̄ patet q̄ valde vtile est facere sermones exhortatoriū in exequijs alicuius defuncti qui fuit vite perfecte. ad exhortationē aliorum. Ex quo infero q̄ pessime oblatrant sicut canes venefici hussite heretici. dogmatisantes. non licere fieri solennitatē exequiorū defunctoruz. cum ꝑm Dyonisium vbi supra hic mos a sanctis apostolis sit institutus. ¶ Sed diceret aliquis. Vtruz in morte amicorū debeat flere compatiendo morti sue. Respondeo ꝑm Ysidorū de summo bono. libro. iij. cap'o. xxvij. circa medium. vbi dicit. Et si pietas pro defunctis fidelium flere iubeat. fides tamen p eis lugere vetat. Illi em deplorandi sunt in morte quos miseros ex hac vita suscepit. non qs celestis aula letificādos includit. Hec ille. Et sic patet breuis responsio. q̄ boni non sunt deplorandi. In signum cuius christ⁹ hic dixit vidue. Noli flere. ¶ F ¶

¶ Unde Robertus holgoth sup librum Sapientie. cap̄. xiij. ponit decem causas ꝓpter quas non est flendū sup bonis. quas ego breuiter percurrā. et ꝓtinentur in his versibus. Vult deus. vt suus. lex. liberat. deus omnia noscens. Nec valet. ymo nocz obstabat. surget. amabat. Prima igit causa est que accipitur ex cōsideratione diuine voluntatis. cui nullo modo debemus esse contrarij. Unde et paganus Seneca dic̄. Placeat homini quicq̄d deo placet. Diuina em volūtas est summa omniū causa q̄ fiunt. Cuius alia cā querēda nō est. vt dicat magister sententiaz. libro. j. distin. xlv. Propt̄ q̄d Aug⁹. in li. d fa religione. c. xlij. dicit. Qui pfecte deū diligit non affligitur morte cuiusquā. Nam q̄ deum toto corde diligit nouit nec sibi perire q̄d do nō perit Deus aūt dñs viuoz et mortuoz. Secūdo considera quia hoc iustū est et licitum vnicuiq̄ repetere q̄d suū est. Unde Hieronimus in Epistola ad Marcel. Nichil abstulit qui dignatus est recipere suū. Talis fuit Job qui audita morte filioz. dixit Dominus dedit dominꝰ abstulit. Tertio considera necessitatē moriendi. que est lex cōmunis. Si em tantū tuo amico cōtigisset. aliquid esset. sed statutū est omnib⁹ hominib⁹ semel mori. Hebreoz. ix. Un Ambrosius. ij. de morte Satbiri fratris sui. Quid absurdius q̄s vt idem q̄d scis omnibus cē ꝓscriptū quasi speciale deplores. Unde metrista. Pauperis et regis cōmunis lex moriendi. Dat cām flendi si bñ scripta legis. Gustato pomo nullus transit sine morte. Heu misera sorte claudit oīs homo. Quarto cōsidera q̄ mortuꝰ fit liber de seruo. certus de dubio. beatꝰ de misero. Unde Augustinꝰ li. j. de visitatione infirmoz. Quis numerare potest ꝑsentis vite molestias. esurire. sitire. algere. calere. lassari. Ideo refert idem. q̄ fuerūt quidā philosophi q̄ in natiuitate pueroz flebant. q̄a homo natus de muliere replet multis miserijs. Job. xiij. Sed in morte gaudebāt. quia euadūt miserias Sic saluator i morte Lazari gauisus est Joh. xj. Lazarꝰ mortuus est. et gaudeo ꝓpter vos. z in resuscitatione eius plorauit. Igit patet q̄ mors liberat a miserijs ꝑsentis vite. Quinto consider a q̄ deus est noscēs oīa. ipe em nouit quid vnicuiq̄ expediat. cui viuere melꝰ vel cui mori. Sexto ꝑsidera q̄ luctꝰ tuꝰ nō iuuat mortuū. q̄a nec a morte nec a purgatorio potest eū liberare. Unde Dauid. ij. Regum. xij. Qui dum viuit puer fuꝰ flebat. Cum autē mortuus esset letatus est et comedit dicēs. Nunq̄ potero eum reuocare amplꝰ. Ego vadā ad eū. ipe vero nō reuertetur ad me. Septimo cōsidera q̄ luctus tuꝰ illi nocet eo q̄ occupatus circa fletū nō potes debite orare p eo. Octauo cōsidera q̄ aliquoties amici nostri impediūt nos a virtute z a via salutis z coz nostrq̄ ad mūdum alliciunt. Unde Augustinꝰ sup Heñ. dicit. Sepe offendit deus ne offendatur amicus. z ideo nobis sepius amici subtrahunt. vt affectiones nre in deū liberius extendant. Nono ꝑsidera spem resurrectōis future. j. Thes. vltio. Nō ꝓtristemini sic ceteri q̄ spem nō habēt. Decimo ꝑsidera q̄ si viuens fuit gratꝰ. gratioz fiet saluatꝰ. Sic em amici nri a torrente voluptatis diuine inebriant. z tñ nri nullatenꝰ obliuiscuntur. sicut docet beatus Augustinus libro nono Confessio. cap'o. iij. loquens de Nepociano suo amico defuncto. Et addit Cyprianus libro suo de immortalitate anime.

etiã ideo nõ esse flendũ. ne detur occasio paganis reprehendendi nos merito. quia qs apud deũ viuere dicim⁹ ranqs pditos lugere nõ debem⁹. Nihil em̃ pdest verbis proferre et factis destruere ꝓbitatẽ. Dec ille.

¶ Sed diceres. Non possum continere a lacrimis sup morte amici. Rñdeo Si nõ potes ꝓtinere etrũc facm ꝓsiliũz sapientis dicẽtis Eccĩ xxij. Modicũ plora sup mortuũ. qm̃ requieuit. Et bis pz q li/cet excessiuus fletus phibeat ꝓpter viciũ desperatõis. tm̃ moderatus pmittit ꝓpter viciũ ingratitudinis ne eo notemur. Et matime flendũ est sup bonis mortuis ex tribus causis. Primo quia pauci boni viri z vtiles sunt in eccla militante. Sicut fecit Aug⁹. q sup bono sacerdote cũ eius mortem audiunt. fleuit. nõ q sibi aliquid de eo timeret. sz quia tales paucos habuit. Secũdo qz forsitan aliqua secũ purgãda desert q̃ ĩ psenti tpe talit nõ cõplanauerit. Tertio ꝓpter cõsiderationem naturalis miserie qua nos oportet ꝓpter pctm̃ primi parẽtis putrefieri z incinerari. Sic Thobias sepeliẽdo mortuos lugebat Thobie. ij. Propter qđ dr Eccĩ. vij. Melius est ire ad domũ luctus qm̃ ad domũ cuiuij. In ea em̃ finis oim̃ ammonet. Nos igit cõsideremus psentẽ defunctũ. qa mortẽ subijt. attendentes nos sil̃r moriẽtes. vnde vitã nostrã in melio⁹ reformãres moriamur mũdo z viuamus xpo. vt tandẽ ei conregnare valeam⁹ Quod nobis prestare dignet pater et filius et spũssanctus. Amen.

Dominica decimasexta post trinitatẽ. II

Sermo. CXV

Adolescens tibi dico surge. Lu. vij. Inter etates hois nulla piculosior credit qs adolescentia. eo q est vicina et prima lapsibus omniũ vicioz vt dicit Ambrosius libro primo de viduitate. Unde dr Geñ. viij. Sensus et cogitatio hũani cordis prona sunt in malum ab adolescẽtia sua Et iõ fcte dr Eccĩ. xij. Adolescẽtia et voluptas vana sunt. Et certe vana. quia multũ instabilis est illa etas z flexibilis indifferenter ad bonũ et ad maluz. Unde dicitur Proverbioz. xxx. Tria sũt mihi difficilia. et quartuz penitus ignoro. Viam aquile in celo. id est. superbi in diuitijs se extollentis. viam colubri in petra. i. pauperis in austeritate habescentis. viaz nauis in medio maris. id est. alicuius quez vana sollicitudo conturbat. z viam viri ĩ adolescentia sua. cum scz vadit post cõcupiscentias suas. Dec est via peruersa et remota a salute. que etiã est multuz periculosa. qa adolescẽs q̃ iuxta viã suã gradit cũ senuerit non discedit ab ea. vt dr Proverb. xxij. Unde Anselm⁹ li. iij. de similitudinibus cõparat eam cere molli. q̃ dum recipit ymaginẽ sigilli. postq̃ indurat eam dimittere nõ potest de facili. Sic homo ĩ senectute nõ potest de facili curari a peccatis in adolescentia cõsuetis. Et vt ait Valerius li. vij. ca. v. Tales sunt ab adolescentia bonis moribus informandi. Nam vt dicit Chrysostomus sup Matthei Omelia. xlix. Vita etas est sicut terra nondũ fructuosa. que si negligitur pducit multas spinas viciorz. In signũ huius fm quosdaz doctores famosos iste adolescens defunctus fuit in tali etate. ad significandũ q in hac etate matie hõ incipit peccare et a malis moribus inici. Et iõ si adolescentes volũt bene et iuste in seniũ viuere debent bene et regulariter in adolescentia discere. Nam iuxta sapiẽtez Eccĩ xxv. Que in iuuentute tua non congregasti quomodo in senectute inuenies. Necesse est igitur super oĩa adolescentibus vt tunc incipiant proficere de virtute in virtutẽ. Q si forte fragilitate nature vl̃ ignorantia peccauerint. statim hmõi petã debita penitẽtia studeant expiare. nec expectẽt nec differant in vltioriẽ etatez. quia dicit Grego. tractans illud Job. Ossa eius implebunt vicijs adolescentie eius. z cuz eo ĩ puluere dormiẽt. Ubi lib. xv. Moral. ista verba exponẽs dicit. Tenent praue cõsuetudines eum quem semel ceperũt. et quasi quotidie duriores existunt. et cũ eo in puluere dormient. quia non nisi cum eo finiuntur. Dec ille. In signum huius legitur dominus iustum adolescentem in tali etate suscitasse a morte corporis vt innueret tales exemplo suo per suos vicarios esse suscitandos. ita vt vnicuiq talium q̃mcito peccauerint in tali etate dicatur. Adolescens tibi dico surge. s. propter pmissa pericula. In qbus pbis saluator excitat iuuenilẽ pigriciã z hortat. ymo pcipit ei festinã z velocẽ puersionẽ. significãs cito esse surgẽdũ

a statu culpe et ꝓperandū ad statū venie et gratie diuine. ac per ħ ꝑdicatoribꝫ suis dat exemplū hortādi ꝛ excitādi oēs pctōres ad surgendū velociter de pctō. sed tñ maxime in ꝓñti euangelio dat formā excitandi adolescentes ꝛ iuuenes lapsos. ne in talibꝫ vicijs adolescentie ipoꝝ vsqꝫ ad senīū pdurent. ideo fidelis predicator debet sollicite monere tales ad statum bone vite ꝛ rectitudinez iusticie q̄mdiu sunt in illa etate. dicendo exemplo christi Adolescens tibi dico surge. scz a statu puersitatis in quo erraueras et quasi mortuꝰ iacebas. nihil boni operando. Et quia hic ponitur verbū preceptiuū scilz dico. per quod notatur q̄ eis aliqua sunt ꝓcipienda. Unde si debēt adolescentes bene informari. aliqua sunt eis precauenda. aliqua precipienda. aliqua predicenda. Et ideo adolescentibus sunt tria necessaria. Primo em̄ sūt eis quedaz scire necessaria. que sunt ab eis precauēda que fugere debent ne cadant et moriant morte culpe. ne dicatur eis necessario post casum. Surge. Secundo sunt eis quedam imponēda que seruare et custodire debēt. Quibꝫ seruatis nō opus erit eis audirevt dicatur eis. Surge. Tertio sunt eis quedam predicenda que timere debent vt a casu abstineant. et sic nō audiant. Adolescēs tibi dico. surge.

¶ A ¶

Dixi primo q̄ adolescētibus sunt aliqua ꝓcauenda que fugere debent ne cadant et moriantur morte culpe. Et sic mereantur audire Adolescēs tibi dico surge. Sūt autē tria ipis precauēda fm Robertū holgoth super librū Sapientie. capl̄o. viij. Primo enim precauere debent somnū torpentis ociositatis. Secūdo viscum seu picem inficientis societatis. Tertio estuz presumētis tumiditatis. De primo qūo debent precauere somnū torpentis ociositatis. Nā licet omnibꝫ statibꝫ periculosum sit ocium. maxime tamē adolescentibꝫ. eo q̄ illa etas est fundamentū totius etatis. Unde ꝯa tūc dicit Hieronimꝰ Epl̄a. cxxvij. In illa etate debet vsus sancte cōuersatiōis inolescere seu acquiri. eo q̄ illi anni sunt oportuni ad instructionem. in q̄bꝫ facile potest trahi animꝰ adolescētis ad voluntatē docentis. ideo q̄ tūc sectaꝝ ocium stultissimꝰ est. Illa em̄ etas est sicut estas in qua debēt germinare oīa bona semina et plantari sancta opera. Unde sapiens ꝓsulens patribꝫ dicit Eccl̄i. xxx. Curua ceruicem eius in iuuentute. Et. vij. ca. dicit Filij tibi sunt. curua eos a puericia. Sūt ergo erudiendi debitis artificijs et cōuenientibꝫ suis statibꝫ. Unde fm Johannem gallensē. in cōmuniloq̄o. dist̄. j. tertie pt̄z. Hi sunt nobiles eruditi in operibus que sunt nobiliū. et si indigeant viuere in artificio eruditi in artificijs mechanicis sibi ꝓuenientibꝫ vt possint honeste viuere. Unde de Constantino imperatore legitur q̄ filias suas in arte texendi ꝛ nendi instruxit. vt si necesse esset ex illis possent viuere. Ante oīa aūt sunt informādi i fide ꝛ bonis moribꝫ. put ait Hugo de sacramētis. li. ij. pte. ij. c. xij. Narrat Tulius li. ij. de tusculanis q̄stionibꝫ. q̄ quidam ligurgus nomine statuit leges q̄bꝫ ꝓcipit vt adolescentes eruditi venando. currēdo. esuriēdo. algendo. estuando. De q̄ Seneca ꝓsequēdo dicit Epl̄a. xxxj. q̄ natꝰ in Spartia arcū discit tēdere. In Hermania ꝥo hastile studet vibrare. In italia āt eq̄tare ꝛ caute hostē ꝓcutere. Idem narrat Salustius li. j. de quadā gente. cuius mos est eq̄tare. iaculari. cursim cū equalibꝫ certare. Preciꝫue etiā illi q̄ habēt regna. puinciaz. terrarū. ducatuū. ab infancia debēt informari i studio lr̄az. sicut ꝓz de antiq̄s ꝓncipibus. Legit em̄ de Ptholomeo q̄ cōtinuus fuit in libris. Unde ꝛ de eo q̄ septuaginta interꝓtes vocauit ad interꝓtādū sibi bibliā. put habet li. v. de ciuitate dei. et de doctrina xp̄iana. ca. iij. De Alexandro etiā narrāt Agellius li. acticaz noctiū. Quō Philippus pater eius cuz gaudio magno eum Aristoteli instruendū cōmisit. Sic etiā recitat Alexāder neq̄ in li. de naturis. et Seneca epl̄a. xc. Silr Nero habuit Senecā in mgrm. Traianꝰ Plutharcuz. De studio etiā Julij. li. de vita cesaz. multa narrātur et q̄ eius disciplina fundamentū fuit oīm imperatoz. vt dic̄ Solinꝰ li. j. c. v. et li. j. ante finem. Q̄ eo nullus legit velocius. nullus scꝰsit celerius. ita vt simul dictaret quatuor epl̄as. Idem ꝓz de Theodosio. vt recitatur in ꝓlogo historie triptite. De magno Karolo etiā legit q̄ntū fuit amator librorū et spēaliter bti Augustini de ciuitate dei. q̄ mgrm habuit Alquinū. q̄ eū docuit dyalecticam. rethoricam. ꝛ astronomiā. Hec mira

¶ Dñica decimasexta post trinitatis

q̄ bene regebant sub ditos. quia ita illumi nati fuerunt sciētijs. Nam opus regimis non potest exerceri sine scientia in indican do. in p̄cipiendo. in belligerādo. in lege cō/dēda. Unde Seneca dicit Epistola. xciij. Q̄ cū sapientes dominabant tunc fuit au rēū seculū. Et patet hoc. quia deus ab ini/cio nunq̄ cōmisit regimen populi nisi do/ctis et sapiētibꝫ. quos aut per se docuit in spū. aut per alios. Unde primus Abrahā rector sui populi fuit peritus in omni sapi entia Egyptioꝝ. vt dicit Actuū. vij. Et si/militer Moyses et Dauid. qui habuit sci entiā sicut angelus dei. vt habet. ij. Reguꝫ riij. Et Salomon nihil petijt nisi sapien/tiā. ij. Regum. iij. Unde antiquit⁹ dictū est q̄ rex illitterat⁹ est sicut asin⁹ coronat⁹. Pa tet ergo q̄ multū pdest adolescentibꝫ non ociari in illa etate. sed studere que sunt vti lia p tota etate iꝑoꝝ. Sed ecce hodie ver/sa est res in contrariū. Pauci em̄ vel nulli nobiles aut p̄ncipes vel reges tradunt fi/lios suos ad scientias liberales ab adole/scentia. applicantes pot⁹ eos curꝫs in qui bus quotidie ludūt et insaniūt. et sic ī ocio tempus expendūt. Sed attendant tales quia tales ludi sunt multū p̄nicioſi et no/cui in quibꝫ est consumptio p̄cioſi tempo/ris et assuefactio ad mala opera. videlicet ad detractiones. ad turpiloquia. ad pom/pam. ad vanā gloriā. ad gulam. ad luxuriā ad rapinā. ad oīez iniuriā. p̄morū z cō/tumeliā diuinā. Et ideo Eccī. xxx. compa/rant equo iuueni et indomito. q̄ dure va/dit. Et si sic p̄mittit postea in seniuꝫ nullo mō flecti potest. Unde Aristo. ij. Ethicoꝝ. ij. cap. dicit. Q̄ iuuenes sūt enutriēdi legi bus coactiuis. eo q̄ eis opa ꝛtuosa i se nō sunt delectabilia nisi ad ea cogant. Sicut deducit idē pbus. j. Ethicoꝝ. cap. xviij. Et sicut idē pbus ponit. ij. Rethoꝛice. Juue/nes sunt faciliter ꝺcupita. psequētes. z faci liter a ꝺcupitis desistētes. z ido castigatoe indigent. Nā q̄ parcit ꝛge odit filiū suum ꝓuer. xiij. Refert Plin⁹ q̄ accipiter pul/los suos cū maturant extra nidū picit. et alis ꝛberat ne pigrescāt. Sic adolescēs ex tra nidū p̄prie volūtatis sue est ejciendus et alis disciplīe coꝛrigēdus. Alioqn sciat pater p̄ iniq̄tate filij dissoluti veraciter se damnari. Sicut habes exemplū de Heli sacerdote. qui p eo q̄ audiens filios suos incōtinenter viuere eos leuiter tm̄ verbis increpatoꝝ coꝛrexit sed verbera nō adhi buit. de sede coꝛruēs miserabiliter fracto capite expirauit. Filij autem eius in bello fuerūt occisi. j. Regum. iij. Qualiter autez Romani docebant filios suos adolescen/tes pulchre narrat quidā expositoꝛ super Juuenalē li. j. Satire sue dicēs. q̄ Roma/ni disponebāt actiones suas p singlos dies q̄ summo mane oīes simul ꝙuenerāt ad arcus triūphales. in q̄bꝫ antecessoꝛes eoꝝ depingebant cū armis z cautelis q̄bꝫ deui cerant hostes suos. vt sic iuuenes visis illꝰ accenderent ad ꝛtutē p ymaginatōez gesto rū. Deinde accesserunt templū Apollinis q̄ erat dñs sapiētie. Postea iudices ad foꝛ senatoꝛes ad capitoliū descēdebāt. Judi/ces vt causas tractarēt. senatoꝛes vt cōmu ni vtilitati ꝺsulerēt. et sic tps suum vsq̄z ad horā nonā expendebāt. Itē narrat Ma/crobius p̄mo saturnaliū q̄ apud Roma/nos pueri nobiliū quadā vrebant veste q̄ dicebat̄ pterta. In q̄ ante pect⁹ deferebant q̄ndam aureā fibulā sicut monile. ad mo/dum bulle q̄ natat sup aqua semirotunda. Preterea erat de purpura rubei coloꝛis. vt pudoꝛe sue nobilitatis a vicijs se subtra herent. z coꝛdis ymaginē ante pectus poꝛ tabant. vt se inuicē intuentes ita se foꝛtes homines cogitarent si coꝛde p̄starēt. Nec Macrobius.

¶ Scōo iuuenes debēt p̄cauere viscum seu picē inficiētis societatis. Nam z si valde piculoſa est familiaritas maloꝝ oīnib. tm̄ magis adolescētib. Quia. q̄d noua testa ca/pit. inueterata sapit. Unde Alexander nō potuit carere moꝛib⁹ Leonidis magistri sui. Similiter et vicijs. vt dicit Seneca z Hieronim⁹. Nec mirū. Amoꝛ em̄ est tante virtutis q̄ transformat amantē in amatū. et ei assimilat. ꝛm Dyonisium. iij. de divi/nis nominib. Et ideo pbus. ix. Ethicoꝝ dissuadet amicicia puerꝛoꝝ. Maxime aūt debēt vitare familiaritatē maloꝝ. Et econ uerso adolescētes virgines familiaritatē viroꝝ. quia vtrobiqz est periculuz. vt dicit Hieronim⁹. Non solū autem familiarita/tem fugere debent inuicem. sed nec de eis facere mentionē. quia talis memoria valde est piculoſa. z p̄ma via ad petm̄ q̄d genera/tur in cogitatiōe. Et ideo legitur de beato Arsenio q̄ oꝛabat deū vt aboleret nomen

cuiusdam femine de memoria sua. licet illa optimo proposito ad eū accessisset vt ora/ret pro ea. Legitur etiam de quadam vir/gine que pro eo q quidam in ea scandali/zatus fuit. decem annis se aspectibus ho minum subtrahens in quodam sepulcro latuit dicens. Nolo scandalizare creaturā ad similitudinem dei factam. ibiq; obiit. Ecce quanta pudicicia illius virginis fuit in adolescentia.

¶ Tertio precauere debent adolescētes estum presumentis tumiditatis. Duo ge/nera hominū sunt valde magne spei natu raliter. scilicet iuuenes et ebrij. Debent er go vitare presumptionez. quia ipsa est ma ter iurgiorum. Et raro videbis iurgia ni/si assint vel iuuenes vel ebriosi. Sed vnde prouenit adolescentibus hec presumptuo sitas q non timent quecunq; difficilia sed omnia facilia deputant. Respondeo scōm philosophū. ij. Rethorice. q huius triplex est causa. Primo. quia habent magnam et multam spem de futuro. eo q credunt ad/huc per longum tempus durare. et ideo in animo semper sperant se posse multa con/sequi. et quo temp⁹ habent multuz. Unde aliqui sperant se futuros episcopos. Aliq; magnos dominos. Et ita nolunt aliquid laborare. sed post modicum tempus cum iam maturantur et laborare verentur. vel studere vel sedere in loco aut plagas susti/nere. libenter essent campanatores vel alq parui ministri. Secundo. ḡa habent mul tum de calore naturali. Et ideo cor in eis ampliatur. ex qua ampliatione tendunt in difficilia. Tertio ideo. quia nondum sunt experti difficultates et resistentias in fac/tis suis. ideo sunt audaces ad temptandū omnia. Et ideo philosophus tertio Tho/picorum dicit. Q nemo eligit duces iuue/nes in bello. propter eorū nimiam presum ptuositatem. Ista tria si precauerit adole/scens non cadet. nec ei opus erit dicere ab aliquo. Adolescens tibi dico surge. Et tan tum de primo.

¶ Dixi secundo q adolescen tibus sunt que dam imponenda que seruare et custodire debent. Quibus seruatis non erit opus ei audire. Adolescēs tibi dico surge. Tria autez sunt eis imponenda. scilicz prompti tudo obedientie. sanctitudo conscientie. et sollicitudo continentie. De primo scilicet quomodo debent habere prōptitudinem obedientie. patet per Augustinum de duo decim abusionibus seculi. Ubi dicit q ter cius abusionis gradus est adolescens si/ne obedientia. Quomodo enī scōm ipsum in senectute sibi ministrari sperabit qui in adolescentia senioribus obedientiaz exhi/bere contenit. Unde et pro illo in prouer/bio apud antiquos dictum est. q seruos habere nequeat qui in iuuentute aliis ser/uire nescit. Unde dicit Aristoteles octauo Ethicorum. q amicicia inter senes z iuue/nes est necessaria. Senibus quidez vt eis a iuuenibus seruiatur. et iuuenibus vt nō peccent. Hoc est. vt a senioribus a pecca/tis preseruent. Nā timore senū z reueren/tia solēt iuuenes sea suis insolētijs refre/nare. Sicut dicit Job de se. xxix. capitulo Videbant me iuuenes et abscondebātur. De ista obedientia iuuenum ad seniores dicit Valerius libro secūdo capo primo. Q apud antiquos senecturi iuuentus ge/neraliter ita circumspectum honorez red/debāt. tanquaz omnes seniores commu/nes essent patres omniū iuniorum. Unde Judicuz. xxiij. dicitur. Sic enim iuuenes consueuerunt facere. Bene dicit consueue runt. quia ista est optima consuetudo que fuit seruata ab inicio seculi. sez qua minor seruiebat maiori. Refert Hieronimus de obedientia cuiusdam adolescentis marci. quem cum abbas Siluanus ad se voca/set ea hora qua in quaterno scribebat. ille ad preceptum vocantis. litteram o quam inchoauerat ꝓpter obedientiaz dimisit in/completam. Similiter refert de quodaz Jo/hanne heremita. quem cū Paulus abbas mittere vellet ad ciuitatem ꝓ necessarijs. Ille se excusauit dicens. Pater leena dici/tur esse in via. z vos me illuc dirigitis. Ab bas vero estimās eum iocose dixisse respō dit. Si occurrerit tibi leena. alliga illam. Qui cū iter arripuisset occurrit sibi leena z irruit sup eū. Ille vo accedēs voluit ca/pere eā. sed illa auffugit. Qui p⁹ eā clamās dixit. Abbas mihi precepit vt te adducam ad euz. z statim stetit. Ille autem alligans eam reuersus est ducens eam alligatam. Quod videns senex volens eam humi/liare tanto plus. dixit canē fatuū adduxisti

ad me. Sicut tu insensatus es ita et bestia tua. et soluens eam abire precepit. Sed hodie versa est res in cōtrariū quando non honor non reuerentia non obediētia defertur senioribus ab adolescentibus sed cōtumelia et omnis irreuerentia et derisio. sicut cōqueritur Ysaias. iij. Tumultuabitur puer contra senē. et ignobilis cōtra nobilem. Et propter quod confusus est totus ordo.

¶ E ¶ De secundo quod eis imponendū est. scilicet sanctitudo conscientie. patet. quia adolescentes debent discere qūo peccata sua scirent circūstantijs diligenter discussa integraliter et cuidenter exprimere. quia si fuerit conscientia larga in iuuentute amplabitur in senectute sine mensura. Propter quod Ecclesiastici. vj. dicitur. Fili mi a iuuentute tua excipe doctrinā et vsq; ad canos inuenies sapientiā. Et dicitur Ecclesiastici. xxv. Que in iuuentute tua non congregasti quomodo inuenies ea i senectute tua. Quasi di. Nullo modo. Et ideo multi sunt qui cum negligūt conscientiam in iuuētute postea in senectute dolendo cōquerūt z lamētāt. dicētes Prouerbior. v. Cur detestat⁹ sū oēs disciplinā et increpationibus nō acquieuit cor meū. Quasi di. Maledictus ego sum qui non audiui vocem docentiū me. et magistris meis nō inclinaui aurem meam. Et merito plangunt tales postea in senectute qui noluerūt discere in iuuentute. ḡa metrice dicit. Damna fleo rerum. sed plus fleo damna dierū. Vix poterit rebus succurrere nemo dieby

¶ F ¶ De tertio quod eis est imponendum. scz sollicitudo continentie patet. Nā magnā sollicitudinē debent habere vt cōtinentes sint. et maximam custodiā debēt habere in iuuentute a senioribus. eo q; dicitur in psalmo in persona cuiuslibet iuuenis de concupiscentijs carnalib⁹. Sepe expugnauerūt me a iuuentute mea. Et quo ad hoc necesse est vt sobrie nutriant⁹ et moderate. Juxta illud Boe. de disciplina scolarū. Potus aūt sit tenuis ciusdēq; parcitas. ḡa sicut vinū moderate sumptū acuit ingenīū. ita immoderate sumptum pertur bat rationem. intellectū ebetat. memoriaz eneruat. et per consequēs oblitionē induc. Unde dicit Macrobius libro vltimo q; obliuio est comes ebrietatis. Et Seneca in epistola dicit. q; est hilarꝫ insania. Et vt idem dicit epistola. lx. Est voluntaria insania. Dinc est q̄d Hieronimus impossibile reputat adolescentem delicatum posse fieri castum. Dicit enim Epistola. cxvj. allegando apostolum. j. Corinthioz nono. vbi de se ait. Castigo inquit corpus meuz et in seruitutem redigo. Si ergo apostol⁹ castigat corpus vt subijciatur anime imperio. quomodo adolescens feruens cibis de castitate securus est. Bene ergo dicit ille philosophus Cornutus. q; sine cerere. id est. cibo. et libero. id est. vino frigeren⁹. Et apostolus Ephes. quinto. Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Fertur de philosopho Zenocrate prout ait Valeri⁹ libro q̄rto. capl'o. iij. q; apud Athenas quedam mulier spopondit iuuenibus se posse corrumpere eius temperantiam. Et nocte veniens iuxta eum se deposuit. Que cum non posset eum in aliquo flectere. adolescētes qui secum pactum super hoc posuerūt si eum seduxisset. precium reposcebant. Illa vero respondit. pignus posuisse cū eis non de statua sed de homine. vocans philosophū statuam propter immobilez eius continentiam. Est etiam magnū periculū si nimis delicate et copiose nutriatur adolescens. Quia vt ait Augustinus. xxj. libro de ciuitate dei. Si pro viribus suis alatur iuuenis fit vt in crescendo plus capiat. et si modum sue capacitatis excedit deficiet anteq; crescat. De hoc pulcre Seneca libro secūdo de ira dicit. Q; vinū negandum est talibus. vt ait Plato. nec cibis implendi sunt. ne distendantur eoruz corpora. Hec ille.

¶ B ¶ **Dixi tertio** q; adolescentibus sunt aliqua predicenda q̄ timere debent vt a casu abstineant et sic non audiant verbum terribile. Adolescens tibi dico surge. Sunt autem eis tria predicenda scilicet labilitas temporalis iuuētutis. diffformitas hyemalis senectutis. et debilitas corporalis virtutis. De primo patet. Nam solent adolescentes gloriari de fortitudine nimia. non aduertentes q̄m cito transibit. Quibus tamen dicitur Ysaie quadragesimo Juuenes in infirmitate cadent. ideo predicenda est eis labilitas temporalis iuuentutis. quia forma corporis q̄ntūcunq; est magna cito transit

et arescit sicut flos vernalis. Unde Ouidius libro secundo de arte amandi. Forma bonū fragile est q̄ntūcq; accedit ad annos. Fit minor et spacio carpitur ipa suo Nec viole semper nec florent lilia semper. Et riget annula spina relicta rosa. Et tibi iam venient ruge formosi capilli. Jam venient ruge que tibi corpus arent. Secundo predicenda est iuuenibus deformitas hyemalis senectutis. de qua idem Ouidi⁹ libro tertio de arte amandi scribit dicens. Venture memores iam nunc estote senecte. Sic nullum tempus vobis abibit iners. Utendum est etate. cito pede labitur etas. Nec bona tam sequitur q̄m bona prima fuit. Quo nam cito me miserū laxantur corpora rugis. Et perit in medio qui fuit ore color. Et ideo signanter dicit Ecclesiastes duodecimo. Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tue antequaz veniat tempus afflictionis tue. et approp̄inquent anni de quibus dices. non michi placent. Et Virgilius in Bucolicis. Egloga secunda. O formose puer nimiū nō credе colori. Alba ligustra cadūt vaccinia nigra leguntur. Vaccinia apud Virgilium sunt aliquando parui fructus nigri. Et sic loquitur hic. Aliquando vocantur flores qui dicuntur primule veris. Et sic loquitur in eadem Egloga dicens. Pollia luteola pingit vaccinia campos. Tertio p̄dicenda est debilitas corporalis virtutis Nam iuxta poetam. Multa circumueniunt incōmoda senem. Unde Innocecius libro primo de vilitate humane conditionis capitulo nono dicit. describens incōmoda huiusmodi. Si quis inquit ad senectutē processerit. cor eius affligitur. z caput cōcutitur. languet spiritus. et fetet anhelitus. facies rugatur. et statura curuat. caligant oculi. et vacillant articuli. Nares effluunt et capilli defluunt. tremit tactus. deperit actus. dentes putrescunt. et aures surdescūt. Senex facile prouocatur et difficile reuocatur. et cito credit et difficile discredit. tenax et cupidus. tristis et querulus. velox ad loquendū. tardus ad audienduz. Laudat antiquos. et spernit modernos. vituperat presentia. et cōmendat preterita. suspirat et anxiatur. torpet et infirmatur. Hec ille. Ecce quanta miseria quam deberent bene aduertere adolescentes. vt eā non eroptent nec expectent. que cū venerit omnia mala secū adducit. ita vt nemo sit qui eam non accuset. vt dicit Tullius in libro suo de senectute. Tanta i omnibus stulticia incōstantia ac peruersitas est q̄ omnes eam vt adipiscantur eroptant sed tamen eandē adepti accusant. Et quo concludit finaliter q̄ licet omnes sumus vt esse intendimus senes si deus volnerit. tamen hoc non est perfectorū appetere absolute. Rm Robertū holgorth super librum Sapientie capitulo quarto. Et ratio est. quia talis appetit⁹ scōm ipm magis monetur ex instinctu nature q̄z fidei. Quapropter nullus adolescens se remittat ad huiusmodi etatem. que plena est incōmodis et miseriis. et interdum depravationeru/luntatis. Sicut illi senes fuerunt. de quibus dicitur Danielis. xiij. Qui Zuzānam de turpitudine solicitabant. De Salomone quoq; legitur. iij. Regum vndecimo. Qcū esset senex depravatum est cor eius per mulieres. Ideo Psalmista petit dicens. Ne proiicias me in tēpore senectutis. Ut autem de omnibus premissis adolescens instruatur necesse est eum adherere senio/ri alicui. qui eum in moribz bonis instruat et a casu custodiat. cadentemq; animo/neat vt resurgat. Hinc dicit Tul⁹ q̄ adolescentes debent adiūgi bonis z probatissimis quorum consilio innitantur et vantur. Et Ambrosius libro primo de interpellatione Job dicit. causam hui⁹ reddēs. q̄ quia adolescentia magis ad viciū lubrica esse consuevit et est ex se infirma in consilijs. ideo maturis prepositis adiungi debet. vt eorum exemplo tucatur et ducatur ad bonū. Et de hoc idem Ianus prosequitur libro secūdo de officijs. capō. xviij. Qcum fuerint adolescentes. facile casum poterint euitare et tandem consequi vitam eternam. Ad quā nos perducat dominus noster iesus christ⁹ qui est benedictus in secula seculorū. Amen.

¶ Dñica decimaseptia post trinitatz. I

¶ Sermo. CXVII

Sinaut eū ac di[mi]sit. Lu. xviij. Sic dic Aug⁹ i li. de ope mōachoz. Nuquā ondit

¶ Dñica decimaseptima post trinitatis

corporis infirmitatez humane tractādus est seu curād⁹. Hec immerito. Hā paciētib⁹ passionē ostendētib⁹ cōpaciendū iudicat etiā ipa nostra natura. Hūc dicit Hugo de tribus voluntatib⁹ in christo. Humane nature insitum est vt pietatis affectu animus suus crūnis alienis condoleat. Hinc est q Innocētius q̄rtus de vilitate humane cōditionis vocat tale pectus ferreum et cor lapideū. quod super aliena miseria aut dolore lacrimas non effundit. cum proximi morbū vel interitū intuetur. Et quia vt dicit Hregorius. xix. libro Moraliū. Tanto quisq; perfectior est q̄nto perfectius sentit dolores alienos. Cum igitur christus dominus fuerit perfectissim⁹ omniū non potuit a compassione abstinere miserorū. sed eos quos vidit varijs languoribus oppressos statim vt vidit misericordia motus est et compassionis interno amore concitat⁹ omnes perfecte sanauit. Juxta illud. Cuz aūt sero esset oīes qui habebāt infirmos varijs languoribus oppressos. ponebant illos ante eū et curabāt. Hinc dicit de eo Petrus Actuū decimo. Q̄ pertrāsiuit benefaciendo et curando oīes oppressos a languoribus eorū. Hec solū curauit misericorditer. sed etiam liberaliter. Non em̄ precū ab his quos curauit recepit. sz gratis sanauit. Sanatūq; liberū abire dimisit. vt dicunt verba nostri thematis. Cum intraret iesus in domū cuiusdaz principis phariseorū. z cetera que sequuntur.

¶ Cum intraret iesus in domū cuiusdam principis phariseorū sabbato manducare panem. In quibus verbis tria tāguntur. Primo enim describitur magna christi benignitas in eo q̄ dicitur. Sanauit. Secūdo ostenditur infirmitatis cura et anxietas. cum dicitur. cum. scilicet ydropicum. Tertio subiungitur diuine pietatis liberalitas. cū dicitur. Ac dimisit z̄.

¶ A

Dixi primo q̄ in verbis premissis describit magna christi benignitas. Cum dicitur. Sanauit. Sicut autem dicit Augustin⁹ Xp̄us neminē sanauit imperfecte. sed quē cunq; sanauit in corpore illum etiā sanauit in anima mundando eam a peccatis. Et ideo hic de sanitate mentis videndum est. que est vtilior. Est igitur sciendum q̄ christus fuit perfectissimus medicus ex duobus. scilicet ex eius magna benignitate pietate et compassione. quaz habuit ad peccatores. et ex eius perfecta arte. qua curauit eorum languores. Ita vt de eo possit dici veraciter q̄ sanauit illum. quod de nullo medicorum dici potest. De primo patet. quomodo christus fuit maxime benignitatis erga nostras infirmitates. visitando nos corporali presentia. Multi nanq; medicorū dedignantur ad infirmos pauperes vel leprosos visitare. abhominantes eorum fetores. aut timentes infectionem. Sed christus videns dolorez humani generis intollerabilem. qui etiam fetore suo celos penetrabat. Juxta illud prophete. De cadaueribus eorum ascendit fetor. misericordia motus descendit. non de domo. sed de altissimo celo. Juxta illud. Per viscera misericordie dei nostri in quibus visitauit nos oriens ex alto. Nec victus est precio diuitum. non auro nec argento regum. sed humili prece pauperum. Omnium enim peccatorū erat illa vox cōformis et vnanimis clamantium et dicentium ad deum. Sana me dñe et sanabor. Ut habetur Hieremie decimo septimo. Pic est ergo pius medicus. quem non tractit ad nos auri copia. sed tantū nostra miseria. Magna ergo datur peccatoribus confidentia de venia. cum tanta sit in Christo eorum medico miserationis et benignitatis copia. qui quasi pro nichilo saluat et sanat. Juxta illud psalmiste. Pro nihilo salvos facies eos. Unde apostolus. Non ex operibus iustitie que fecimus nos. sed secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Dicunt naturales q̄ confidentia patientis de medico gratioso et affabili multo citius curat q̄z de medico serioso et crudeli. Unde dicit Petrus Rauanensis in quadam epistola q̄ frequenter ex aptitudine medici gratiosa. et ex quadam confidentia quam egrotus inde concipit. natura iam deficiens conualescit. Unde dicit Robertus holgoth de quodam medico q̄ de quadaz graui infirmitate curauerat patrem. Et cum iterum recidiuasset. iterum eū curauit. Contigit autē q̄ nouerca dicti medici eādē infirmitatē inciderat peretbat pater vt filius curaret nouercam. allegās q̄ sciret et posset eam curare. ex quo eā iam

bis curauerat in ipo patre. Respondit se filius hoc non posse facere. quia t si sciret curare illam infirmitatē in patre. non tamen in nouerca. eo q certus esset de dilectione patris erga se. q dilectio t affectio multuz opata ē ad curā ei⁹. nō aūt cert⁹ erat de dilectōe nouerce erga se. Et iō ñ erat cert⁹ se posse illam curare ꝓpter diffidentiam quā nouerca habuit erga ipm. Ecce quo confidentia de medico cito sanat egrotum. Et quia vt dicit apostolus. ij. Corinthioz tertio. Tota fiducia nra ex deo est. Jdo adeamus throuz gre cum fiducia vt gratiam consequamur.

¶ Dixi primo q̃ circa istam in/ quisitoz sanctis/ simã. ꝑimo ꝓsiderandũ ẽ q̃ sũt q̃ xpm de/ bẽt q̃rere vt inueniãt. q̃ tres reges. sic̃oz ĩ ꝓncipio euãgelij. Et p isto sciẽdũ q̃ de que rẽtibꝫ xpm tria dicũť. ꝑmo q̃ erãt magni statꝰ z dignitatꝭ excellẽtꝭ. q̃ magi. Scõo q̃ erãt numeri cõpetentꝭ. q̃ tres. Tertio q̃a venerũt ex ꝑte loci eminẽtis. q̃ ab oriente. Sic spũal'r volẽtes q̃rere xpm vt eũ inue/ niãt ꝑ grãm. debẽt esse ꝑmo magni status z dignitatꝭ excellẽtꝭ. vt reges. Tũc aũt dicať xpianꝰ rex q̃n regnum peccati de corpe suo depulit. z regnũ iusticie pauit in membris suis. De talibꝫ regibꝫ dicit Petrꝰ j. Pet. ij. Vos estis genꝰ electũ regale sacerdotium Quod verbũ dicit Oꝛigeñ. sup libꝝ nũeꝝ oml'. xiij. de oĩibꝫ credẽtibꝫ itelligi esse pla tum. Spẽaliter tñ illi reges dicũť in eccl'ia qui ea q̃ docẽt alios ipi faciũt. Iurta illud Math. v. Qui ãt fecerit z docuerit ꝟ mag/ nus vocabiť in regno celoz. Doce ẽ dicere. Dic erit rex in eccl'a militãti. Nã q̃d est esse regem nisi magnũ in regno. vt dicit Oꝛige. vbi supra. Omes ergo qui alios regũt re/ ges dicunť Generaliter tñ reges dicuntur oĩes fideles q̃s dũ deꝰ regit et sensus mẽ/ tis illuminat. spũs coꝝ regnũ cum iusticia tenet. Si autẽ sapiẽtia carnis dñať sensui nostro. tunc oĩia turbanť. nec amplius re ges dici possumus. inquit Oꝛige. sup libꝝ Exod. omelia. iij. Et ꝓpter hoc saluatoꝛ

docuit nos insistenter petere in oratõe dominica vt adueniat in nobis regnum suũ. Hoc est. vt sicut huic sec'o ante seruimꝰ ita donante gratia xpi seruiamꝰ sibi. et ipo largiente in virtutib regnemꝰ. Hic exponit Henricꝰ de vmaria in tractatu de oratione dñica. Licet aũt oẽ viciũ mentem hominis in seruitutẽ subijciat. z de rege iustice faciat obnoxiũ seruũ iniusticie. eo ꝙ ꝙ̃ seruit pctõ seruꝰ est peccati. Joban. viij. tamen tria vicia maxime subijciũt z in seruitutẽ redigunt hominis libertatẽ. scilz superbia auaricia z luxuria. Nam supbia ita subijcit hominez ꝙ eũ facit seruũ dyaboli Sicut scriptũ est. Ipe est eñ rex sup oẽs filios supbie. Job. xli. O vilis seruitus esse sub tali tanto ꝙz tyranno qui non dabit requiẽ die ac nocte. Hiere. xvi. Et in cuiꝰ regno nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. vt dicit Job. x. Cui horrori nihil potest sup terrã cõparari Sapientie. j. Non est inferoꝝ regnũ in terra. Holgoth. id est. in superficie terre. sed circa centrum. Auaricia etiã subijcit hominẽ ꝙ eum facit subditũ idoli muti surdi z ceci. Nam auaricia ſm aplm nõ est aliud nisi idolorũ seruitus Colos. iij. Dicit autẽ Henricus de vmaria ꝙ licet ꝙ̃libet pctm̃ mortale contrariat regno dei z sanctificatiõi diuini nominis in nobis et etiã diuine volũtati. specialiter tamẽ auaricia cõtrariat regno dei ꝓter inclinationẽ affectꝰ ad ipa terrena. ꝙ̃d ih cõtingit in alijs vicijs. Tertio luxuria ita subijcit hoiez ꝙ eũ facit seruũ animalis bruti. Unde Sap. ix. dr ꝙ corpꝰ ꝙ̃d corrũpitur isto vicio. aggrauat aiaz z deprimit. vt de hoie fiat pecus. Juxta illud ps. Homo cũ in honore esset nõ intellexit. cõparatus est iumentis insipientibꝫ z silis factꝰ est illis. Quod vtiqz fit p luxuriaz. Nõ asserit etiã Aristo. scribens ad Alexandrũ. z alludit verbis beati Petri. ij. Pet. ij. dicentis. Sus lota in volutabro luti. Joel primo Cõputruerũt iumenta in stercore suo. Ecce ꝗ̃s vilis seruitꝰ que tanto vilior quanto magis voluntaria. vt dicit Seneca epistola. xl. Et ꝑmissis infero tria. Primo ꝙ volens esse verꝰ rex in regno militantꝫ ecclesie debet deo ꝑmo subesse in omnib vt a deo regatur. Nam dicit Augustinꝰ sup Johannẽ. Qui vult vt seruiat sibi caro sua. debet ipe seruire deo in anima sua. eo ꝙ ſm ipm debz homo regi a deo vt possit regere. Secũdo infero ꝙ volens esse verus rex mistícus. vt dictũ est. debet ipe p rationẽ sensualitati p oẽnia imperare Rom. vj. Non regnet pctm̃ in vestro mortali corpe. Nõ dixit. nõ sit. sz nõ regnet. Unde Aug. sup Johannẽ dicit. Qñ tũc recte gubernata dom? est vbi vir imperat. femia obtẽperat. virũ itelligit rõem. femiñ sensualitatẽ. Hinc Prosper in sententijs suis dicit. Nõ caret regia ptate qui corpi suo nouit rõnabiliter imperare. Uere dominatoꝝ est terre ꝙ carnẽ suã regit legibus disciplíne. Tertio infero ꝙ licz oĩa vicia studiose sint vitanda. ꝑcipue tñ illa tria scz superbia. auaricia. z luxuria. eo ꝙ ista regiũ statũ marie deformãt in homie z subijciũt eum seruituti turpissime. Hinc dicit Grego. xxv. li. Moral. Qñ sancti viri reges vocañ. quia prelati cũctis motib carnis. modo luxurie appetitũ infrenãt. modo estũ auaricie tempant. modo vanã gloriã declinant. Hec ille. Tales ḡ reges digni sũt ꝛre xpm̃ z ꝑsequẽs inuenire. et talib promittit regnũ decoris. Sap. v. Accipiẽt in ꝙt regnũ decoꝛ. z diadema speciei. Regnũ decoꝛ dr ſm Holgoth tũc qñ aia btã pfectũ regnũ obtinebit sup corpꝰ gl'osuz clarũ z subtile. agile z impassibile. tũc erit anime gl'osuz regere corpꝰ suũ. ꝙ̃d tñ mõ est valde tediosũ Et idõ regnũ aie sup corpꝰ erit tũc tpis ꝛgnũ ꝺcoꝛ. qñ aia hũana pfcẽ erit subiecta volũtati dei z corpꝰ volũtati aie. Hec ille. ¶ B ¶ Secõ de istꝫ regib dr ꝙ erant tres. et sic numeri ꝓpetentꝫ. De qb dicitur in ps. lxxj. Ubi enumerãs eos ps. dic. Reges tharsis z insule munera offerẽt. reges arabũ z saba dona adducent. ¶ Sed diqũo tu dicis tres reges fuisse. cũ ego audio qtuor extitisse. scz reges tharsis. reges insule. reges arabũ. et reges saba. Ad qd rñdeo ꝙ ꝗ̃ ꝓmo ad ly̆z itelligẽdo refert ad ꝗ̃ isti tres reges fuerũt vnusq̃sqz de speciali regione. q̃ regiones particulares ꝓsistebant in vno magno generali regno. Quod dicebaꝫ Saba. Unde Isaie. lx. dr. Qñ licz vnusq̃sqz habeat ꝓpriũ regnũ. tñ oẽs de sabaveniũt. Et ita sũt tria regũ spẽalia. vnum ãt oĩb generale z cõmune vt sic sint q̃tuor simul. Dicit aũt Innocencꝰ sup ps. lxxj. Qñ p hos quatuor tanguñ quatuor genera offerentiũ. Tharsis enim interpretatur explorãs gaudiũ vel dissipans speculum.

Et significat ꝓtēplatiuos .q̄ explorāt eterna gaudia. ꝛ qñq̄ dissipāt speculū .vt iam nō videant in enigmate ꝛ p speculū .sz facie ad faciem.sic Jacob Gen.xxxij. Vidi dñm facie ad faciez.ꝛ salua facta est anima mea. Insule reges sunt actiui homies.q̄ fluctibus et vnda.i.temptatiōib⁹ circumdātur. nec tamē mouent. Et isti sunt viriles.sicut illi q̄ existentes de genere nobili licet incidant in aliquas oppressiones .nō tamē suā nobilitatē in aliquo ꝑmittunt decolorare. Un Eccs.x.dr de talib⁹. Si spūs ptātē habēt ascēderit sup te.ne dimiseris locū tuum. Reges arabū interp̄tant humiles vel occidentales vel callidi. Et significāt incipiētes.q̄ humiliter recipiūt occasum suū. et insidiari incipiūt celo. Sicut ait Saluator Matth.xj. Q regnū celoꝝ vim patitur.ꝛ violenti rapiunt illud. Dū aūt omes debēt venire de saba .que interp̄tat captiua vel ꝙuersio. Et significat omes de omnib⁹ statib⁹ ꝑdictz. Omes em̄ isti offerunt munera. Cōtemplatiui munus deuotiōis Actiui mun⁹ aliene salutis q̄ntū ad ꝓdicatores. vel mun⁹ elemosynaꝝ q̄ntū ad alios Incipiētes offerūt seipos. Sed quia ista oīa nihil valerēt si nō ex charitatz feruore ꝓcederent. ideo dictū est q̄ oēs isti reges de saba veniūt .que interp̄tat incendium. Sicut em̄ ait apl'us.ij. Cor.xj. Si līguis hominū loquar ꝛ angelorū . (ꝛ cetera q̄ ibi enumerat) faciam. nihil sum . et nihil mihi ꝓdest. Si ergo incipiētes si actiui ꝛ ꝓficiētes siue ꝓtemplatiui aliq̄d deo offerūt omnia debēt facere in charitatz feruore. Juxta illud apl'i. Siue bibitis siue comeditis siue quicq̄ aliud facitz omnia in laudē dei facite.j.Cor.x. ¶ L ¶ Tertio dicitur de istis regib⁹ q̄ veniūt ab oriente .ꝛ sic describunt ex pte loci eminētis. Istud bene conuenit ꝓphetie in ps.lxxj. vbi Dauid scribēs de xp̄o dicit. Orietur in diebꝫ eius iusticia ꝛ abundātia pacis.donec auferatur luna. Hoc impletū est tūc.qm̄ vt dicit Innocēcius ibidē. ipe xp̄s qui ort⁹ est de virgīe est iusticia ꝛ veritas. Ps. Veritas de terra orta est.i.xp̄s de beata ꝑgine Maria. Et iusticia de celo ꝓspexit. vt sz iusticiam daret .j.Cor.j. Qui fact⁹ est nobis sapiētia et iusticia sanctificatio ꝛ redemptio. Justicia ei semp est in celo ꝛ etiā in inferno . In terra aūt est iniusticia .q̄ ꝑcipue ante aduētū xp̄i terrā occupauerat. Unde ꝙquerebat Isa. lix. Conuersū est retrorsum iudiciū.ꝛ iusticia longe stetit. Corruit in plateis veritas. ꝛ equitas nō potuit ingredi. Sz ingrediebat cū xp̄o q̄ est iusticia etiā ꝓfecta . Unde dr Matth.iij. Sic decet nos implere oēm iusticiā. Ista autē iusticia venit cū pace. q̄ xp̄s reformat pacē inter hominē ꝛ boiem. Isa.ij. Cōflabūt gladios suos i vomeres. Item inter hominē ꝛ angelū. Un ipo nato cantauerūt angeli Gl'a in excelsis deo. et in terra pax hominib⁹. Itē inter boiem ꝛ deū.q̄ ipe de⁹ est in xp̄o mundū reconciliās sibi.ij. Cor.v. Itē fecit pacē inter spm̄ ꝛ carnē. In se in re.in nobis aūt i spe. Ipe em̄ se solus potuit dicere. Cor meū ꝛ caro mea exultauerūt in deū viuū.q̄ in illo nūq̄ erat rebellio carnis ad spm̄. Ista aūt beneficia aduent⁹ sui dicit ps. nō esse trāsitoria sed eterna Ideo dicit.donec auferatur luna. Isa.xxx. Erit lux lune sicut lux solis ꝛc. Ideo Isa.lx.dr. Non crit tibi amplius sol ad lucendū.i.nō indigebis ei⁹ obsecꝺo. Eccī.xvij. Quid lucidius sole.ꝛ h deficiet. sz q̄ ad istud obsequiū .nō q̄ ad suā essentiā. Uel auferet ad tps in die iudicij. scōm q̄d dr Matth.xxiiij. Sol obscurabit.ꝛ luna nō dabit lumen suū. Ex p̄missis infero q̄ volētes istū regem xp̄m querere.tria debent hīe. Primo iusticiā q̄ ad deū Isa.lv. Justicia oriat simul. Que ꝙsistit in hoc.vt deo debitū honorē reddam⁹. Scdo pacē q̄ ad primū. Zach.viij. Veritatē ꝛ iudiciū pacis iudicate in portis vr̄is. Tertio conteptū tpaliū q̄ ad seip̄m.q̄ p lunā itelligunt Eo q̄ sic luna crescūt ꝛ decrescūt. Et cum assunt pacē auferūt ꝛ iusticiā. Eccs.v. Saturitas diuitiz nō sinit eū dormire. Jo.xvj. In mūdo ꝓssurā habebitz ꝛc. Sic igit ptz q̄les debēt esse bū q̄ veniunt ad inquirendum xp̄m ¶ D ¶

¶ Dixi secundo q̄ circa istam inq̄sitōez sanctissimā ꝓsiderādū ē quo debēt q̄rere xp̄m bū q̄ querūt eū. Dicit aūt h de ist⁹ magis q̄ querebāt his ꝙbis. Ubi est qui nat⁹ ē rex iudeoꝝ. vidim⁹ em̄ stellā ei⁹ in oriēte. Modus ergo querendi est dupler. Unus quo ad personā. alius quo ad signum. De primo dicunt. vbi est qui natus est. de secūdo Vidim⁹ em̄ stellam eius in oriente.ꝛ venim⁹. Ubi sciēdū q̄ xp̄s i corde hois exist⁹

p grāz. Scipit p affectū. nascit p effectū. enu trit p pfectū. vt dicē Hug. li. ō archamistica Qui ergo querit xpm p grāz. nō solum de bet affici ad bonum vt illud ꝯcupiscat. sed etiam vt illud concupitū ⁊ affectū seu desi deratum bono opere pficiat. Sed nec hoc pdesset si homo in his nō proficeret ⁊ per seueraret. Ideo oīa tria simul sunt necessaria. Bene quesiuit christum ille qui dice bat in psal. Ecce concupiui mandata tua. Et iterū. Concupiuit ania mea desidera re iustificationes tuas in omni tēpe. Sed melius idem qui ꝯcupiuit hoc animo per fecit opere dicens. Ad oīa mandata tua dirigebar. id est. recta via ibā. Optime aūt queliuit qui orando dixit. Perfice gressus meos in semitis tuis. Non ergo magnum est querere vbi christus conceptus est. sed vbi natus quia nō sufficit cōcipere bonuz in animo nisi perficiat in opere. Secun dus modus querendi christuz est quo ad signū. Unde dicit hic. Vidim⁹ enī stellam eius in oriente. Stella ista fidem signifi cat. Nec enī isti reges venissent ꝓpter stellā si non habuissent fidez in illū quē designa bat ⁊ ostendebat stella. Aliud ergo crede bant. aliud videbant. Videbant enīm stel lam. sed credebant deū inuenire duce stel la. Et hec est probatissima fides ſm Bern hardū sup cantica sermone. lxxvj. cum vi delicet credit quod nō videtur Stella hec designat fidem per quā quilibet nostrū de bet inuenire christū. Isti enī reges se ha bere magnā fidem in hoc declarauerunt. quia paruum puerū quasi regem venerati sunt. inquit Origenes super librum nume ror. Omelia. xiij. Et ob hoc ei magna mu nera obtulerūt. Unde dicūt. Vidim⁹ stel lam eius ⁊ venim⁹ cum muneribz adorare eum. Ad significandū quia sine muneribz bonorū operū inanis est fides nostra. Ja cobi. ij. Unde Bernhardus sup cantica sermone. xxv. in ꝓncipio dicit. Ex sine bo nis operibz fides est mortua oblatio.

Bene aūt fides per stellam istorū regum significatur. ratione multiplici. Lux enim in stella ꝑmo de celo imminet. Baruth. iij. Stelle dederunt lumen suū. Ps. Emitte lucem tuā et veritatem tuā. Sic fides nō nisi a solo deo datur. j. Cor. xij. Alteri fi des in eodē spiritu. Secundo quia tene bras fugat. Unde Job. xxix. Ad lumē ei⁹ ambulabā in tenebris Johan. viij. Ambu late dum lucē habetis. Sic fides tenebras erroris effugat. Pro uerbior. xv. Per fidē et misericordiā purgantur peccata. ij. Co rinthior. iiij. Deus qui dixit de tenebris lumen splendescere. Tertio quia aerē pu rificat. vnde et morbos alleuiat. Isa. lvij. Erumpet quasi mane lumen tuum. ⁊ sani tas tua citius orietur. Sic fides mentem purificat. Actuum. xv. Fide purificās cor da eorum. Quarto terrenascentia vegetat et viuificat. Job. xxvij. Frumentum desi derat nubes. et nubes spargunt lumē suū scz ad viuificandū. Sic fides animā iusti viuificat. Abacuck. ij. Justus ex fide viuit. Quinto quia visum delectat. Ecclesiastes xj. Dulce lumen et delectabile oculis vide re solem. Sic fides visum spūalem dele ctat. j. Petri. j. Credentes exultabitis. Sexto non apparentia vt colores manife stat. iij. Regum. iij. Diligentius intuēs cla ra luce deprehendi non esse meū. Johan nis. xij. Ambulate dum lucem habetis. Sic fides non apparentia manifestat. He breor. xj. Fides est substantia speranda rum rerū. argumentū non apparentium. Septimo quia calorē generat. Job. xxv viij. Per quam viā spargitur lux et diuidi tur estus super terrā. Ideo Zacharie vlti mo dicitur. Non erit in die illa lux. sz gelu et frigus. Sic fides generat charitatē fer uidam. Unde Matth. j. Abraham genuit Isaac. Glosa. Fides spem. Spes charita tē. Octauo qz ad videndū adiuuat. Vñ in ps. Ignē. s. fecit vt luceret eis p noctē. Sic fides ad intelligēdū iuuat. Isa. vij. Nisi cre deritis nō itelligetis. Hec ḡ duo necessaria sūt oib⁹ q̄rētib⁹ xpm. s. fides i affectu. ⁊ opa tio boni i effectu. q̄ qui habuerit recte dice re poterit. Ubi ē q̄ nat⁹ est rex iudeor. vidi m⁹ enī stellā ei⁹ in oriēte.

Dixi tertio q̄ circa istā inq̄siti onē scrūssimā ꝓsidē randū est sub q̄ ꝓditōe q̄rēd⁹ est xp̄s. quia sub specie magnifica. q̄d notat cū dr. Rex iudeor. Circa q̄d notandū q̄ saluator ān q̄ noib⁹ h̄ describit. Dr puer. et dur. xp̄us. ihus. et rex. Exhibet aūt se nobis puer in remissione peccator. Pueri enī facles sūt ad remittendū. Ducem in temptatiōe imi micor. Xp̄m in vnctōe donor. Regē i coro natiōe ꝑmior. Jhm in salute bor omniū.

O ꝙ facilis est saluator ad remittendum q̃ ō se p̃phaz dixit. Quacūq; hora peccator ingemuerit oīm iniq̃tatū suaꝝ nō recordabor. Ezech. xviij. et eiusdē. xxxiij. Si dixero impio morte morieris. et egerit pniam. oīa pcā q̃ peccauit nō imputabūt ei Istud p̃z in latrone Luce. xxiij. Qualis ār dux ē saluator de q̃ Exodi. xv. ōr. Dux fuisti in misericordia tua pp̃lo tuo quez redemisti. Non dicit. in iusticia. q; non ex opib; iusticie que fecimus nos. sed ſm suā miscōiam saluos nos fecit. ad Tyt̄ū. iij. Ut iste dux adiuuat suos cōtra hostes totū est ex misericordia nō ex iusticia. Et vere vbi iste p̃cedit exercitum nō est timor aliquis aduersarior. In ps. Non timebo mala qm̃ tu mecuz es. Et iterꝝ. Dñs p̃rector vite mee a quo trepidabo. q. d. a nullo. Si em̃ deꝰ p nob; q̃s ꝓtra nos. Rom. viij. Matth. xiij. Ego sum nolite timere. Possunt g̃ aduersarij nr̃i dicere videntes se nō posse ꝓtra nos aliq̃d facere illud. ij. Paralipo. xiij. Ergo in exercitu vestro dux deꝰ est. Saluator ōr etiam christꝰ q̃ interp̃tat vnctus. Unde in ps. Unxit te deus deꝰ tuus oleo leticie p̃ cōsortib; tuis. Isa. lxj. Spūs dñi super me. eo q̃ vnxerit me. Est aūt ita abunde vnctus q̃ de eius vnctione tota vngit̃ et nūc eccl̃a. Ungētuz em̃ q̃d est in capite xp̃i descendit in barbā Aaron. i. p̃elatorꝝ. et etiā vsq; ad ozam vestimenti cuiuslibet fidelis xp̃iani. Omnes em̃ de plenitudine eius accepim⁹. Johā. j. Notandū q̃ ōr de Dauid q̃ ter fuit vnctꝰ. Primo in domo patris sui. j. Regum. xvj. Secundo in hebron super Judam tm̃. ij. Regū. ij. Tertio in hebron sup oēs tribꝰ israel. ij. Regū. v. Ita vir iustꝰ p̃mo vngit̃ a dño. q̃m adhuc ei existenti in domo patris sui dyaboli. sine ī peccato mortali dat gratiam gratis datam dicēs illud in ps. Obliuiscere domū patris tui. Scōo inungit̃ in hebron. q̃d interp̃tat ꝓiugiū. Oñ em̃ datur ei gr̃a gratū faciens. tūc fit ꝓiugiū inter deū et animā Ozee. ij. Sponsabo te mihi in fide. Et sicut Dauid post hāc vnctionē multas tribulatōes passus est a filio suo z rebelliones. sic vir iustꝰ post hec patit̃ magna mala a mūdo dyabolo z a carne p̃pria Ecc̃i. ij. Accedens ad seruitutē dei sta in iusticia z in timore z p̃para aiaz tuā ad tēptationē. Tertio vngitur in hebron. q̃d interp̃tatur alitervisio sempiterna. Quando in regno celoꝝ tradet ei stola anime. z quādo tradet ei stola corp̃is. tunc dabit ei gaudium. p luctu. palliuz laudis. p spū meroris. Isaie. lxj. Iste etiaz vnctiones significant alias tres. Nam p̃mo vngit̃ vir iustus in berhleem. i. in corde q̃m datur ei gr̃a contritionis. p peccatis. Scōo in hebron super Judam. q̃m datur ei gr̃a ꝓtritiōis p̃fitēdi peccata. Tertio sup omnes tribus. cū dat ei gr̃a sanctificatiōis sup oīa mēbra corporis. Rom. vj. Sicut exhibuistꝭ corpa vestra seruire neq̃tie. nūc exhibete fuire iusticie. Ad hec tria significanda vngit̃ ter homo. scz in baptismo. in p̃firmatōe. z in egritudine. Ultimo saluator ōr rex. De quo in ps. Deus iudiciū tuū regi da. Innocenᵗ⁹. id est. da iudiciariam p̃tātem xp̃o. qui est rex. Unde Apoc. j. ōr. Princeps regum terre. Et eiusdez. xix. In vestimento z in femore suo scriptum habebat. Rex regū z dñs dominantiū. Per vestimentū significat humanitas. Per femur diuitas. Femur em̃ est p̃ncipiū generatiōis. Et ipe ſm q̃d deꝰ est totius bonitatis fons. Et ſm vtrāqꝫ naturā rex est. Unde Hiere. xxiij. Regnabit rex z faciet iudiciū z iusticiā. Nō solū autē iste rex iudicat sed etiā regit. Un̄ ips. xxij. ōr. Regit me z nihil mihi deerit. Sz optimus rex sub q̃ nihil indigentie. nihil molestie accidit. Regit vt dux viatorē ne deuiet vt lux ī tenebrꝫ ambulantem ne erorbitet. vt pastor gregem ne a lupis pereat. Regit etiā vt nauem remus inter p̃cellas ne submergat. exercitum regit vt sessor equū. regit peccatorez vt manu ducens cecū. et ita multipliciter secūdum multiplices nostre infirmitatis defectus. ita vt nihil desit nobis sub eius regimine. Unde Luce. xxij. ōr. Quando misi vos sine sacculo. nūquid aliquid vobis defuit. Responderunt apostoli. Non. Uere nichil deest illi qui habet christum qui est omnia in omnibus. j. Corinth. xv. Nos ergo sequentes ducem istū benignissimū per stellam fidei et dare cognitionis. offeramus ei hodie aurum pure dilectionis sicut regi magno. Mirram contritionis amare vt puero. Thus deuote orationis. vt Christo sacerdoti magno vt sic offerentes ei in p̃senti. mereamur tandem ab eo in celo remunerari. Quod nobis p̃stare dignetur pater et filius et spiritussanctus. Amen.

In die purificationis Marie.
Sermo XIIII.

Impleti sunt dies purgationis marie. Luc ii. Si considerem⁹ frēs excellētissimū hui⁹ diei mysteriuz. absqz dubio tanto deuoti⁹ solennitatē eius celebrabim⁹ q̄nto maioribꝫ muneribꝫ diuīe pietatis videbim⁹ decoratū. Dicit em̄ Ambro. in ꝓmone festiuitatis pn̄tis q̄ tantis muneribꝫ diuia pietas die hanc illustrauit. vt om̄is etas. omis seruus. om̄is cōditio hoim̄ inde cōsoletur. Hodie em̄ iuxta legis p̄ceptuz pactis a natiuitate xp̄i. xl. dieby. in tēplo est a parentibꝫ idē dn̄s nr̄ihs xp̄s deo p̄ri ꝓsentat⁹. Hodie a bto Symeone suscept⁹. patri cū sacris muneribꝫ est oblat⁹. Hodie redemptionē isrl' expectantibꝫ ab eodē symeone z anna publice est p̄dicatus. Et sequit. O q̄s piū spectaculū. Stat hic virgo z mr̄. nō cuiuscūqz sed dei. Suscipit h̄ parulus ꝟginis fili⁹. cui⁹ diuinitatē non capit mūdus. Occurrūt hincinde xp̄he. xphe tarqz de puero vtercꝫ sexus. offerk oblatio ꝓ puero. nō tn̄ que delicta emūdet sz que sacrāmēta declaret. Hec Ambro. Ex quibus ptz q̄ sunt hui⁹ diei gaudia. q̄ p̄sentis solēnitatis oblatio. que nr̄e salutis mysteria. Om̄ nō solū in laudez eximie virginis pn̄s celebrak solennitas. sed etiā ad bonorē filij sui. imo filij dei q̄ hodie oblat⁹ est p nobis deo patri recensek memoria. De cuius oblatione z mr̄is sue benedicte purgatione dicik in ꝟbis thematis. Impleti sūt dies purgatiōis marie. Circa ist⁹ festi solennitatē tria sunt ꝓsideranda. Primo cōsiderandū est de gl'iose marie purificatione. Scōo de xp̄i pn̄tatione. Tertio de munerū ꝓpio oblatione. Ut sic non tm̄ dicak in ꝟbis p̄missis. Impleti sunt dies purgationis marie. ad marie purgationē post partū. sed ad pn̄tandū deo p̄ri vnigenitū eius. z offerendū munera p̄ii eterno sic fieri solebat post partum. Ad hec itaqz tria impleti sunt dies purgationis marie.

Dixi primo q̄ circa pn̄tez solennitatē cōsiderandū est ꝓmo de gl'iose marie ꝟginis purificatione. Est aūt sciendu⁹ q̄ sm̄ latinos hec dies ꝟ purificatio marie ideo. q̄ ꝟgo gloriosa iuxta legis p̄ceptū voluit purificari post partū. xl. die. licet ipa nō indiguerit tali purificatione. Fecit tn̄ hoc ad nr̄az informationē. Nā lex solū obligabat mulieres ꝓcipientes et semine viri ad purificationē post partū. Constat aūt q̄ hec virgo cōcepit sine semine Isa. vij. Ecce ꝟgo cōcipiet. Non g̃ tenebak purificari. Cū non fuerit ꝓtaminata. Omia em̄ mūda mūdis. Et q̄ mūdus est nō indiget lauari. p ꝓsequens nec purgari. Jobis. xv. Fuit aūt puritas ꝟginis hui⁹ excellentissima triplici exēplo. Naz ipa fuit in vtero mr̄is sue ab originali pcō mundata vel pot⁹ p̄seruata vt q̄dā pie sentiunt. Vn̄ rōne mundatōis a peccato originali fuit sic̄ lux splēdidissima. z p cō sequēs iterato purgari nō debuit. Sapie vij. Nihil inquinatū incurrit in illā. Scōo exemplo speculi. Nā de ipa ꝺr Sapie. vij. Q̄ nō solū est candor lucis eterne. sz etiaz speculū sine macula. Doc̄ dicere. q̄ nō solum fuit mūda ab originali pcō. sed etiam ab actuali veniali q̄z mortali. Nō solum em̄ fuit sanctificata in mr̄e. sed etiā cū fieri debuit dei mr̄. q̄ tunc fuit multo copiosi⁹ sanctificata. ita q̄ spūssanc⁹ in eā descendens. illā ab om̄i pcō immunē custodiuit. vt dic̄ Bern̄. in ep'la ad Lugdunēses. Per ꝑmaz sanctificationē fomes remāsit in ea q̄ntuz ad essentiā. Impediebak aūt p grām sctificantē. ne in pcm̄ inclinaret aut a bono retraheret. Cōtingit em̄ hūc ligari aliq̄n ne in actū exire posset. vt scientiā p ebrietatez. Sed in scōa sanctificatiōe fomes essentialiter subtract⁹ est. Immunitatē ergo peccati ꝓsecuta est nō p grām confirmantē. sed p ligationē fomitis q̄ ad sctificationē z p custodiā diuine puidentie. sine qua etiā fomite om̄i extincto peccare potuisset. ꝑter liberū arbitriū. vt dic̄ beat⁹ Thomas. Exponens illud Canticoz. Ecce tu pulchra es. Unde de hac pcī immunitate glo. exponēs illud Hā plena dicit. O dn̄a mūdi angelica salutatiōe digna. miraculose maternitatis electione exaltata. licz vas gr̃e dicta sis Scriptū est em̄ Aue gr̃a plena dn̄s tecuz. Gratiā tu inuenisti dū tanta pulchritudie plenissime innocētie splenduisti. Tu em̄ sola es amicta sole. nullis trāsgressionis tenebris obscuraris. Nec glo. Tertio puritas hui⁹ virginis nō indigens purificatione. Declarak exemplo fontis purissimi. De quo Zacharie. xiij. dicit. Erit fons patens

domui iuda. Et ista puritas referri potest ad pctm̃ veniale. quo virgo beata caruit eo q̃ dicit Augustinus. tractãs illud. j. Johis ij. Si dixerimus q̃niã pctm̃ non habem⁹. nosmetipos seducim⁹. Si omes scti quererẽ k an fuissent sine peccato saltẽ veniali. nihil aliud dicerẽt. nisi verbũ premissuz. Si dixerimus ꝛc. Cum ergo de pctis mẽtionem facio. nullã volo de virgine habere memoriã. Hec Aug⁹. Ex quo ptz q̃ etiã veniali caruit. In signũ etiã huj⁹ matrimonio iungi noluit. Constat ãt q̃ actus matrimonialis si fuerit cã prolis fit sine pctõ. Si causa vitãde fornicationis fit tunc cũ veniali. Ne ergo veniale cõmitteret elegerat esse sine matrimoniali cõiugio. Et licet angelus sibi ꝓmitteret filiũ dei ex ea nasciturũ. ꝛ ipam matrẽ eius futurã. eligebat tñ magis esse virgo q̃s tanti dñi ꝛ filij dei mater. Unde Grego. exponens illud. Ecce tu pulchra es. introducens verbũ illud. q̃niã virũ ñ cognosco. sic ait. Quid pulchriꝰ aut purius castitate hujꝰ ꝑginis. que ne virginalis castitaꝛ pulchritudinem amitteret. maluit ꝑgo ꝓmanere sine tali filio. q̃s mulier fieri ꝛ mr̃ filij dei. Peniq̃ qz se sibi recipiens totũ cõmisit ei qui fabricatoꝛ ẽ mundi. ꝛ mr̃ facta est diuino miraculo. ꝛ ꝑgo ꝓmansit in voto. Hec ille. ¶ Dicq̃ ptz quõ hec virgo ab oĩ pctõ oꝛigiali ꝛ actuali tã veniali q̃s mortali fuit sufficiẽter ꝓ spiritus sanctũ purgata. Et ideo de cetero non debuit purgari. ꝑtim q̃ spũ sancto cõcepit. ꝛ virgo post partũ inuiolata ꝓmãsit. Non ergo tenebaꝛ ad purificationẽ. Voluit tamẽ purgari ex triplici cã. Primo vt mysteriũ natiuitatis christi occultaret diabolo. qõ maiozi modo fuerat reuelãdũ. scz in die passionis. Sciebat em̃ illud Thobie. xij. Quia sacramẽtũ regis absc̃dere honoꝛificũ est. Per q̃d informat nos vt omia suo tempoze faciam⁹. ꝛ sic instruit temperãtiã in moꝛibꝰ. Hã temp⁹ tacendi. temp⁹ loquẽdi. temp⁹ laboꝛis. temp⁹ requiei Eccẽs. iij. Secõ voluit purificari ad ostendẽdũ virtutem humilitaꝛ. Sic em̃ cõsulit sapiens Eccl̃i. iij. Quanto em̃ maioꝛ es. hũilia te in oĩbꝰ. Idẽ. xxxij. ca. Esto in illis q̃i vnus ex illis. Tertio ad coꝛrigẽdũ nr̃e superbie ꝓuitatẽ imo ꝓteruitatẽ. Si em̃ hec purificari voluit q̃ sine pctõ fuit. quãto magis nos purificari debem⁹. ꝛ illa q̃ ꝓ pctõꝝ mystica purgatiõe institute sunt assumere debem⁹ qui pctis pleni sumus. Unde Grego. sup Ezechielẽ. Omel. viij. dic. Pensandũ est nobis si sine flagello hinc non exiit q̃ sine pctõ fuit scz christ⁹. q̃ntis nos flagellis digni sum⁹ qui peccat⁹ pleni sum⁹. Exemplo em̃ hujꝰ ꝑginis necesse habem⁹ purgari spũaliter in mẽtibꝰ nr̃is. ¶ Et qz triplex est stat⁹ fideliũ in ecc̃lia christi. ideo triplex erit purgatio. Isti tres stat⁹ sunt incipientiũ. ꝓficientiũ ꝛ ꝑfectoꝝ. Incipientes purgant cõscientiã. proficientes oꝛdinant eã. ꝛ perfecti vsq̃ in finem confirmãt. Primo ergo incipientes debent purgare domũ cõscientie ab immũdicia pcti. dicentes ad dominũ illud. Ps. Coꝛ mũdũ crea in me deus. Est autẽ ꝓsuetudo apud nos. q̃ ancilla mundaturꝰ domũ prius colligit soꝛdes. deinde eĩcit eas. Sic incipiens debet prius peccatũ ꝓmeditare ꝛ colligere in mente anteq̃s eĩciat illud in ꝓfessiõe. Unde Isaie. xxxviij. Recogitabo tibi oĩs annos meos. in amaritudine anie mee. scz ꝑ contritionẽ. Ex quo ptz q̃ cõfessio nr̃a debet esse deliberata. Isto facto debet incipiens pala lingue eĩcere soꝛdes conscientie extra domũ coꝛdis per ostium oꝛis. Sed certe quedã domus sunt ita ꝓfunde ita obscure q̃ vix possunt mundari. Juxta illud Hieremie. Profundũ est coꝛ homis et inscrutabile. Quis cognoscet illud. Quantã em̃ diligentiã ponũt ad absc̃dendũ. tantam debent ponere ad mundãduz. Sunt alia coꝛda pinguia. q̃ licet appareãt exteriꝰ purgata. intus tamẽ remanent maculata. ꝛ neglecte vt hypocritarũ qui oĩa exteriꝛa volũt habere pulchra ꝛ speciosa in cõuersatione. intus aũt sunt pleni oĩ spurcicia. Mat. xxiij. Illud arguit nostros curiosos qui volũt habere pulchrã caligam. sed non aniñã. Tunicã non mentẽ. Jopulam nõ conscientiã. Calceũ strictũ. sed conscientiã largam. Mi scisciteꝛ k in coꝛde inhoneſta. exteriꝰ vero speciosa. vt dicat Ambrosius. Multũ autẽ fatui sunt. Quia ꝓ Augusti. in quodã ꝓmone ꝓferũt coꝛporalia spiritualibꝰ. Similes sunt isti pictoribus qui foꝛmãt exterius imagines pulchras. sed coꝛ virale non possunt eis dare. Sic isti oĩa extra depingũt. coꝛ autez in se moꝛtificant. Sed audiãt q̃ dicit primi Reguz. xvi. Quia deus intuet coꝛ. Homo

autem ea q̄ foris sunt. ¶ Sed diceret aliq̄s. tñ exterior pulchritudo suadet p Apostolū. j. Corinth. xiiij. vbi dicit. Omia ī vobis fiāt honeste z fm ordinē. Ad quod respōdeo fm Thomā. scōa scōe. q. xlij. arti. j. Q̄ cōuersatio exterior dicit honesta. inq̄ntum est demōstratiua interioris rectitudinis. Et pter hoc radicaliter cōsistit in interiori electione. q̄ interior electio innotescit alīs p exteriores actus. Unde honestas in exteriori cōuersatione. significatiue tñ consistit. id est. est signū interioris honestatis. Ex quo infero q̄ pulchritudo exterior in vestitu z apparatu quocūq̄ in homine vitioso est potꝰ hypocrisis q̄ honestas. Patet q̄ in talib⁹ non cōcordat signum cū signato. Et per ꝓseqūns talis homo ē fraudulentus z fallax. Et hoc est quod saluator dicit de quinq̄ fatuis ꝟginib⁹. que lampadas habuerunt exterius pulchras. sed oleo deuotionis interius z caritatis caruerunt Math. xxv. Quisq̄s ergo vult purgare domū mentis sue incipiat ab interiori radice cordis sui. omnē turpitudinē mentis sue mundādo. Juxta illud Jsaie. xiij. Perdam Babylonis nomen z reliquias z germen z progeniē. Ecce tangit radicē peccati q̄ est cogitatio. ex qua germinant oīa mala. Math. xv. Ex corde em̄ exeunt cogitationes male. Hinc Johānes baptista dic. q̄ securis ad radicē non ad ramos ponenda est. Postq̄ autē nostrū cor fuerit mundatum ab interiori sorde. z tunc lauanduz est z aspergendū aqua lachrymarū ad abstergēdū puluerem. Et hoc ē aq̄ lachrymarū ex cōritionis dolore procedentiuz. De qua dicit Jeremi. ij. Laua a malicia cor tuum. Sic lauabat Psalmista. dicens de se. Lauabo per singulas noctes lectū meum. lachrymis meis stratum meū rigabo. Jsto facto eiciendi sunt pulueres aq̄ conspersi. z hoc p confessionē totalem. vt nihil in angulis conscientie lateat vl̄ nullā circūstantiā obmittat. De penitētia dist. v. Consideret. ¶ Secūdus status fidelium est proficientiū. Et hi purgata conscientia debent cā ornare floribus z graminib⁹ bonorum operū z exemplorū. ṗmi Regū. vij. Preparate corda vestra domino. z ornate ea. Non sicut pigra ancilla. q̄ super immūdicias z pulueres ponit herbas. Et significat illos q̄ in mortali peccato. aliq̄ de genere bonorū operū faciunt. Et hi sunt fatui. quia infundūt vinum bonorū operuz in vasa vetera acetosa z corrupta z infecta. contra consiliū saluatoris dicētis. Nemo mittit vinum nouum in vtres veteres. ¶ Tertius status fideliū est pfectorū. quorum est purgatā z ornatā domū custodire. z conseruare pulchritudinē eius vsq̄ in finem. Sicut cōsulit sapiens Prouerb. iiij. Omni custodia custodi cor tuū. Quod fit cū homo in accepta gr̄a perseuerat stabiliter. nō cedendo quibuscūq̄ aduersitatib⁹. Non sicut quidā q̄ sicut ventilegiū al's ventilabrū mouent. nunc ad hunc ventū. nūc ad illum. Uolentes nunc hoc. nūc illud. et cedentes pſecutioni etiā minutissime. īmo trepidātes timore vbi nō erat timor. Dic dicit beat⁹ Ambrosius libro secūdo de officijs. Q̄ nō mediocris virtus animi ē fortitudo. que sola defendit ornamentuz virtutum omniū. z custodit iudicia. z aduersum oīa vicia manet inuicta. Ex premissis patet q̄ circa purgationez conscientie nō omnes virtutes equaliter se habent. Haz quedā istam purgationē inchoant in incipientib⁹. vt fides z penitētia. Actuū. xv. Fide purificans corda eoruz. ṗma Corinth. v. Expurgate vetus fermentū. Alie sunt q̄ ornāt conscientiaz in pficientib⁹. vt opera bona. z p̄sertim opera pietatis. que sunt q̄si quidā rami oliuarū ornantes domum conscientie. vt habet Jeremie. xi. Oliuaz vberem. pulchram. fructiferā z speciosam vocauit dominꝰ nomen tuum. Psalmista. Ego autē sicut oliua fructifera z̄. ¶ Et si diceres. quomō proficientes purgant ex quo iam fuerūt purgati. Respōdeo eo modo quo christꝰ dicit Johānis. xv. Omnez palmitē in me ferentē fructuz purgabit vt fructū plus afferat. Non em̄ dicit purgari talis. quia nō est purgat⁹ a malo. sed vt plꝰ in bono proficiat. Nam nisi continue proficeret. deficeret. z sic indigeret ṗstina purgatione. Dicit ergo continue purgari quia quotidie in bono proficit. Unde Thobie xij. dicit. Elemosyna a morte liberat. et ipa est que purgat peccata. Luce. xi. Date elemosynam z omia munda sunt vobis. Alie autē sunt virtutes que oīa ista conseruāt in pfectis. vt est pseuerātia z constantia q̄ntum ad finalem consummationē que etiaz dicit purgatio. Juxta illud Malachie. iij.

Ipe ẽ ſi ignis conflans purgabit filios leui. ¶ Sed diceres iterũ. quomõ pfecti ſũt purgandi. cũ ſint in ſummo ſtatu vie. Reſpondeo q̃ licz ſint in ſummo ſtatu vie. nõ tamẽ ſunt in vltimo gradu illi⁹ ſtatus. ideo mereri poſſunt. Vnde dicit Apocal'. Qui ſctus eſt. ſanctificet adhuc. Medius em homo eſt viator poteſt creſcere in merito. De hereticis in Clemen. Ad noſtrũ. cõtra begardorũ errorem. Vnde angeli dicuntur purgari. vt dicit Dionyſius de celeſti ierarchia.

¶ Dixi ſecũdo q̃ in verbis premiſſis conſiderandũ eſt de chriſti preſentatione. Ad hoc enim impleti ſunt dies purgatõnis marie vt pſentaret xpm filiũ dei deo patri in templo. Circa quod tria ſunt cõſiderãda. Primo a quo pſentat. Secũdo vbi. Tertio a quibꝫ pſentatus ſuſcipit. De primo patet. quia a parentibꝫ ſcz a maria matre eius vera. z Joſeph patre putatiuo. Locus autez pſentationis erat templũ in hieruſalez. in quo ſuſcept⁹ eſt a Symeone z Anna, pphetiſſa. ¶ Moraliter. Maria pſentãs xpm ſignificat ſtatũ omniũ vere penitentiuz. qz Maria interp̃tatur amara. Et ptinet ad penitentes q̃ dicũt de ſe. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Iſaie. xxxviij. Ipi enim faciũt luctum vnigeniti planctũ amarum Hieremie. vi. Tales ergo ſic penitentes digni ſunt pſentare xpm per gratiã abeis ſuſceptũ. Secundo Joſeph ſignificat bona opera facientes z cõtinuãtes. Interpretatꝫ enim creſcens. Vnde de iuſtis dicitur Proverb. iiij. Juſtorũ ſemita quaſi lux ſplendens pcedit. z creſcit vſqꝫ ad pfectum diem. Suſcipit etiam chriſt⁹ a duabus p̃ſonis. Sicut a duabꝫ pſentatur. ſcz a Symeone z Anna. Symeon fuit grandeuus z ſenex. De quo dicit Ambroſius. q̃ optabat ardentiſſimo deſiderio videre xpm. p̃miſſuz diutius a deo p prophetas. Unde in oratonibꝫ ſuis dicebat quotidie. O qñ veniet. quãdo naſcetur. quãdo videbo ipm puras durabo tanto tempore. puras oculi iſti videbunt per quẽ oculi cordis reuelabuntur. Et accepit reſponſuz q̃ non guſtaret mortem donec videret chriſtũ domini. Quẽ cum virgo pſentaſſet q̃drageſimo die a natiuitate ſua. ipe accepit eum in vlnas ſuas benedicens deũ, atqꝫ dicẽs. Nunc dimittis ſeruum tuũ domie in pace. Iſte Symeon ſignificat iuſtos. timoratos z pſeuerantes. Dicit enim de ipo q̃ erat iuſtus et timoratus expectãs conſolationez iſrael. Juſticia enim attendit in homie quolibet in hoc q̃ reddatur vnicuiqꝫ quod ſuuz eſt. ſm Macrobiũ. Qua habita habent omnes virtutes. eo q̃ iuſticia eſt virtus generalis vt ſic conſiderata. Quiſqꝫ ergo gratiã ſuſcipere cupit a deo reddat z timorez. Hec eſt enim pma pars iuſtitie. qua homo habet bene ſe ad deũ vt eum timeat. Unde de Symeone dicit q̃ erat timorat⁹. Quãtum autẽ timor iſte apud deũ valeat. dicit in Pſalmo. Beneplacitũ eſt domio ſuper timentes eum. ¶ Sed diceres. quomõ beneplacitũ eſt domino ſup timentes eum. cũ timor non ſit virtus ſed paſſio. pter quam nec laudamur nec vituperamur. ſcõo de anima. z iij. Ethicor. vbi dicit q̃ timor eſt paſſio naturalis. Nam inueniunt qui nihil timent neqꝫ terremotũ ne. q̃ inundationes. z p conſequẽs nec deum. Et tamẽ non laudantur. Hic ecõuerſo. qui quẽlibꝫ timẽt. ergo z deum. Rñdeo qõ hic loquit nõ loq̃tur de timore naturalis paſſionis ſed affectuoſe pietatis. z talis eſt ſemper cũ amore dei. Unde omis timor ex amore procedit. eo q̃ nullus timet niſi contrariuz eius quod amat. vt dicit Thomas ſcõa ſcõe. q. xxv. articu. ij. Multo magis ergo q̃ amat z timet deum nil negligit. Et iſte vocatur timor ordinat⁹. De quo dicit. Beati omnes q̃ timent dominũ. Iſto timore timuit Symeon. in quo vt dicit ſpiritusſanctus erat. qui eſt amor. Unde Symeon timebat deum vt patrez ne offenderet anteqꝫ videret chriſtũ domini. z amabat timendo. vt viſu chriſtum ſemp amare poſſet. O ſi Symeon iuſtus in quo ſpũſſanct⁹ erat ſic fuit timoratus q̃ z reſponſum acceperat a deo. vbi erit peccator. vnde illi ſecuritas. Si ei iuſtus vix ſaluabitur. vbi peccator erit. Juſtus etiã erat Symeon erga deum. qz gratiarũ actiones reddebat deo pro omnibꝫ. Unde de eo legit̃ q̃ gratias agebat benedicens deum. Secundo iuſtus erat Symeon iſte erga proximuz. vnde de eo dicit q̃ expectabat conſolationẽ iſrael. Ideo dicit Ambroſius in ſmone hodierno. Bene dicit Symeon iuſtus. quia non ſuam ſed populi totius conſolationẽ per aduentuz

christi expectabat z requirebat. Tertio iustus erat Symeon erga seipm. quia pacez z requiē sibi postulabat. dicens. Nunc dimittis seruum tuū domine. Pulchra oratio in qua petit dimitti a seruitute in libertatem. Sic optabat Apostol⁹ dicens. Infelix ego homo. q̄s me liberabit de corpe mortis hui⁹. O si symeon optabat dimitti de hac vita. qui tamē consolationē expectam obtinuit. quid nos faciem⁹ quos hic miserie premunt. nec tamen ad deū ire aut clamare vt de his liberemur cōpellunt. O si Apostol⁹ in quo gratia dei nunq̄z vacua fuit petebat dissolui z dimitti de carcere vite hui⁹ vt esset cum christo. quāta est nostra malicia qui pleni peccatis z vinculis hui⁹ mundi irretiti non clamam⁹ dimitti. Deteriores certe sumus scrophis aut lupis. que dep̄hensa clamant in laqueo. Nos autem sumus quotidie in laqueo. iuxta illud Laqueū parauerunt pedib⁹ meis. Et iterum. Funes peccatorū cōplexi sunt me. et tamē non clamamus ad deū p̄o liberatione. In eo autē q̄ iste Symeon erat expectans nec deficiens sed pseuerans. notat constantes z pseuerantes vsq̄z ad mortem. Iuxta illud Apoca. ij. Esto fidelis vsq̄z ad mortē. Sed querit vtrū in oī ꝑtute necessaria sit pseuerantia. ita q̄ sine ea nulla sit virtus. Resp̄ndeo ꝑm scīm Thomā. ij. ij. q. cxxxvij. articu. j. Q̄ quedā sunt virtutes que habent finē suum determinatum. qui est termin⁹ virtuosi operis. sicut q̄ miles pseuerat vsq̄z ad finē certaminis. Alie sunt virtutes quarū actus nō habent finē determinatū sed per totū tempus vite durare debent. sicut fidei spei z caritatis. que respiciunt vltimū finem tot⁹ vite humane. Dicendū est ergo q̄ respectu harū virtutū vltimarū necessaria est pseuerantia. q̄z act⁹ earū vt virtuosi sint requirunt actū perseuerantie vsq̄z ad finem vite. Et sic respondet Augustin⁹ vbi supra. In illis autē virtutib⁹ quarū actus durant vsq̄z ad finē determinatū virtuosi operis. non requirit⁹ q̄ perseuerantia sit vsq̄z ad mortem. Et ideo saluator dixit Math. xxiiij. Qui autē perseuerauerit vsq̄z in finez hic saluus erit. nō dicit vsq̄z ad mortem. ¶ Secunda ꝑsona christū suscipiens fuit Anna ꝓphetissa. que cōmendat a sex virtutib⁹ cōuenientibus omnib⁹ viduis z virginib⁹. ¶ Primo ergo cōmendatur a castitate. quia post mortē viri vixit in castitate septuaginta annis. Talis fuit Judith. de qua dicitur Judith. xv. cap̄lo. Confortatū est cor tuuz. eo q̄ castitatem amaueris. z post virū tuū alium nescieris. Secūdo cōmendatur a sancti loci frequentatione. quia dicit⁹ q̄ nō discedebat de templo. id est. statutis horis visitabat templū. s. Regū. i. Ascendebat vir ille statutis diebus vt adoraret z sacrificaret deo. Tertio cōmendatur de oziis mundicia. Quia sicut dicit⁹ Luce. ij. Loquebat⁹ de illo scz christo. Quarto cōmendatur de parcitate cibi. quia erat insistens ieunijs. sicut z Judith. Judith. viij. omnib⁹ diebus vite ꝑeter sabbatū. Quinto cōmendatur de orationū instantia. Sicut dicit⁹ Luc. ij. Q̄ insistebat Anna orationibus obsecrationib⁹. Sexto cōmendatur de finali perseuerantia. Quia dicit⁹ Luce. ij. Q̄ erat seruiens die ac nocte. Talis ergo debet esse qui vult hodie christo obuiare z eum deuote suscipere. Per primū arguuntur lasciue puelle z vidue. que statim post mortē virorum nubunt. quod vtiq̄z est signū inconti-nentie. ꝑm Dieronymū i Apologetico suo licet in se non sit peccatū. vt de secūdis nuptijs. Super illa. et ca. Cum scōm. Quia mulier mortuo viro soluta ē a lege viri sui. Per secundū arguuntur desides raro templum visitantes. De quib⁹ dicitur Aggei. i. Nunquid tempus vobis est vt habitetis in domib⁹ laqueatis. z domus ista deserta. Per tertiū arguuntur turpia loquētes in ecclesia. que tamē est dom⁹ orationis Luce. xix. Per quartū arguuntur delicati z voluptuosi. De quibus dicit⁹. Vidua in deliciis viuens mortua est. Per quintū arguuntur indeuoti raro orātes. Cum dicitur. Oportet semper orare. Luce. xviij. Per sextum arguuntur deficientes z pusillanimes qui antez ad metā proueniunt deficiunt. vt dicit Gregor⁹ ꝑmo libro moraliuz. Cū tamen dicat apostol⁹. Non coronabit⁹ nisi qui legitime certauerit. Et iteruz. Sic inquit currite vt comp̄hendatis.

¶ F ¶

Dixi tertio q̄ in verbis p̄missis considerandus est de munerū p̄o christo oblatione. quib⁹ virgo gloriosa voluit redimere dilectissimū filium dominū nostrū Jesum christū.

Est autē sciendum q̄ lex purificationis requirebat vt quelibet mulier ex viro concipiens. quadragesimo die a partu in templū cum puero suo veniret. Et si quidē diues foret. agnuz anniculum offerret. z columbam aut turturem p̄ peccato. Si autem pauper. extunc duos turtures et duos pullos columbarū. Leuitici. xij. capl'o. Quis autē virgo ad huiusmodi oblationem non teneretur. sicut nec ad purificationem. tamē voluit banc oblationem facere. Non autē elegit oblationem diuitū sed pauperuz. Primo p̄pter paupertatem. Secūdo p̄pter hoc. quia verum agnuz offerebat deo patri. Tertio p̄pter misticam significationē. Per hoc enim significabatur q̄ qui non potest offerre agnū innocentie. currat ad lachrymas z gemitus penitentie. ¶ Per ista tria significat triplex oblatio mistica. quā debent babere fideles z offerre. Agnus significat tria. Primo puritatem incorruptionis. Vnde Exodi. xij dicit. Q̄ erit agnus sine macula. Et Leuitici p̄mo dicit. Q̄ debuit esse agnus masculus sine macula. Sic homo fidelis debet esse sine macula que maculet corpus vl'animā. De quo dicit Salomoni. Dedisti maculam in gloria tua. Nec dubiū quin loquitur de macula luxurie. per quā fuit ipe resolutus. Secūdo agnus iste significat bumilitatē conuersationis. Vnde dicit ibidē z anniculus. id est. parnus z bumilis. non magnus agn⁹. Tales enim acceptat dominus qui paruuli sunt reputatione sua. primi Regū. xv. Nōne cum paruulus esses in oculis tuis. caput in tribubꝫ fact⁹ es Matthei. xi. Reuelasti ea paruul'. Tertio agnus iste designat māsuetudinē. Isaie. liij. Quasi agnus mansuetus coz̄ tondente se. Debet ergo quilibz fidelis esse bumilis ad deum. mansuetus ad proximuz. immaculat⁹ ad corpus p̄prium. Certe diues est in christo qui talem se offert. Secunda oblatio q̄ fuit pauperū sunt duo pulli columbaruz. Et designant geminā castitatem corporis z anime. Similiter duplicē simplicitatem. scz intentionis et operis. Vnde saluator. Estote prudentes sicut serpentes. z simplices sicut columbe Matth. x. Dicunt naturales q̄ in columba duo sunt. scz simplicitas. z cū hoc cautela. Sic in quolibet fideli debet esse primo simplicitas, que est duplex. scz intentionis z conuersationis. Intentio nostra nō debet esse duplex sed simplex. Sapie. i. In simplicitate cordis querite illū. Ue em duplici corde Eccl. ij. Unde Ambrosi⁹ dicit. Q̄ intentio tua opi tno nomen imponit. Matth. vi. Si oculus tuus. i. intentio fuerit simplex. totū corp⁹. scilicet operis. erit lucidū totum. i. meritoriū. Item operatio nostra debet esse simplex. Prouerbioz. xi. Voluntas ei⁹ in bis qui simpliciter ambulant. id est. operant. Prouerbioz. x. Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter. Secundo in columba est cautela. Quarū vna vocatur prenoscens. Altera p̄cauens. Isti sunt duo oculi ponse comparati oculis columbarū Cantico. rū. iiij. Prima oculus sinister. Secūda oculus dexter. De bis oculis dicit Prouerbioz. i. Frustra iacitur rbete ante oculos pennatoz. id est virtuosoruz. qui sunt pennati. qui z mala p̄cognoscunt. z p̄cognita cauent z vitant. De bis oculis Apocal. iiij. Quattuor animalia plena oculis ante z retro. Ante p̄o prouisione premiū. z retro ad cautelā ex timore supplicij. Cautela prenoscens in columba est. quia p̄uidet vmbraz accipitris in aqua. Et ideo residet iuxta aquas. Cautela fugiens est. quia fugit ad fenestram suā vt euadat accipitres. Sz rex Naas non desiderabat a filijs isrl' nisi oculos eorū dextros. quia diabolus nō multum curat causam prenoscentē cautelam. sed plurimū odit z psequit cautelam precauentem. vt dicit Thomas super illud. Oculi tui columbarū. Tertia oblatio que fuit pauperū est par turturū. In turture sūt tria que debent esse in qualibet fideli anima. Primo verecundia. Unde dicit Cantico rū p̄mo. Pulchre sunt gene tue sic turturis. Dicit glosa interlinearis. In genis notatur pudoris signū. Ista verecūdia in hoc attendit in anima. vt castitatem p̄misse fidei nulla bereticorū doctrina corrumpat. vt dicit glosa ordinaria. Secundo in turture notat inflexibilis constantia. que tanta p̄oris mariti memoria tenet vt nullatenus posterioris possit recipere consortium. Ista constantia attendit in anima in hoc. vt nullum preter christū amatorē admittat. Tertio in turture notat misericordia ordiata. quia sicut turtur gemit p̄ morte comparis sui. sic iustus gemit p̄ suis et-

aliorū peccatis. vt dicit glosa super ista verba. sicut turturis. Quem gemitū pro incolatu psentis vite. pro malis pene z culpe. nobis prestet pius dominꝰ noster iesus christus. vt ipo pstante. gemitus noster z tristicia nostra vertatur in gaudiū. Tunc cōplebitur in nobis vaticiniū Isaie. xxi. dicentis. Omnē gemitū eiꝰ cessare feci. Et eiusdem. xxxv. Et ambulabūt qui liberati fuerint z redempti a domino. conuertent z venient in syon cū laude. z leticia sempiterna sup capita eorum. Gaudiū z leticiam obtinebunt. z fugiet dolor z gemitus. Amen.

De sancta Agatha z Dorothea.
Sermo XV.

Sponsus uenit q parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias Matth. xxv. Quia iuxta sanctū Gregoriuz in quadam Omelia. licet quilibet homo cū illis habiturus sit mercedē in choris angelorū in futura gloria quorū officium viriliter hꝫ gessit in via. Tamen virgines non solum habiture sunt in electis dei z angelis gloriam cōmunē. sed etiam supra anglos erūt specialiter quodāmodo remunerate. Sic dicens. Supergreditur inquit virginitas conditionem humane nature. per quā homines angelis dei similant. Ecce premiuz Et sequitur. Maior tamen est victoria virginum qꝫ angelorū. Angeli enim sine carne viuunt. virgines in carne triumphant. Hec ille. Cū ergo virgines nō solū equantur angelis. sed etiā in aliquo excedunt angelos. Quid mirū si digne a christo reputantur intromitti ad nuptias. De quibꝰ dicitur in verbis thematis. quia sponsus venit. z que parate erant intrauerunt cum eo ad nuptias. In verbis premissis thematꝫ tanguntur tria. que sacratū virginum statum specialiter cōmendant. Primo enī describitur earum dignitas ex parte christi eas adamātis specialiter Cum dicit. Venit sponsus. Secūdo describitur ex parte iparuꝫ ornatus speciositas quantū ad meritum. quod est glorioſum Cū dicitur. que parate erant. Tertio describit premiū ipārum iocunditas Cum dicit. intrauerūt cū eo ad nuptias.

A

Dixi primo q in verbis premissis describit primo sanctarū virginum dignitas ex parte christi specialiter eas adamantis Cum dicitur. Venit sponsus. Certe magna dignitas habere talem sponsum christū. De quo dicitur. Ipe tanqꝫ sponsus procedēs de thalamo suo. Quante autē pulchritudinis in speciositate. in diuitijs. z in omni copia dulcedinis eterne sponsus iste sit dicit in Psalmo. Speciosus forma p filijs hominū. Ecce pulchritudo. De diuitijs eiꝰ dicitur. Gloria z diuitie in domo eius. Et iterū. Longitudo dierū in dextra eius. z in sinistra eius diuitie z gloria. Econuerso etiā talis debet esse virgo que cupit esse sponsa christi. vt primo sit pulchra. De cuius pulchritudine loquitur Canticoꝝ. ij. Salomon. Pulchre sunt inquit gene tue sicut turturis. In genis notatur verecundia. In turture solitudo. Que duo in virgine requiruntur. vt scilicet sit verecunda z solitaria. Et de verecunda dicit Genesis. xxiij. de rebecca. Ecce inquit egrediebatur habēs ydriaz in scapula sua. puella decora nimis virgoqꝫ pulcherrima z icognita viro. Que postea cum iret ad virum suum Isaac cooperuit caput suum pallio. Ista verecundia debet apparere in virginibꝰ. in velamine humili. in habitu decenti. in incessu z in omni gestu in quibꝰ se debēt habere deuote z regulariter. Unde dicit Augusti. in libro ad sacras virgines. Dominica virgo sine ornatu capitis sui in habitu communi nec oculis elatis aut leuis sed crinibus ad terram cū vultu depositō procedat. Et causam huius subdit. Ideo videlicet ne viles ex se inducat mores. que z si nō pereat. causa tamen alijs perditionis existat. Hec ille

De secūdo scilicet solitudine dicit idem Augustinꝰ vbi supra. Dominica virgo inquit publicos debet vitare conspectus. et platearū frequentiam deuitare. atqꝫ in domo posita operi lanifico insistere vel lectioni diuine. Hec ille. Ecce dicit solitudinem virgini necessariaz. non tamen ociosaz sed laboriosam. quia cū opere lanifico. Et hoc est q rebecca portabat ydriam in scapula sua. que significat laborez. Secūdo ad hanc sponsam requirit vt sit diues et gloriosa in diuitijs. Unde de ea dicitur. Pro-

nerbioꝝ vltimo. Multe filie regū congregauerunt diuitias. tu sola supgressa es vniuersas. Quia licet status coniugalis ꝛ vidualis. virtutes congregant quantuꝝ ad premiū essentiale. tamen virginitas supergreditur omēs quo ad premiū accidentale. scz aureole. Unde dicit Thomas. Q̄ licet Abraam suo tempe equatur Johanni in castitate. hoc solū est quo ad premiuꝝ essentiale. non autē accidentale. quod est aureola. Et sic intelligit Augustinus in libro de bono coniugali. q̄ castitas Johannis non prefertur cōiugio Abrae. vt dic̄ Thomas. scda scōe. q. clij. ar. iij. ¶ B ¶ Ex his respondeo ad questionē quia querit. vtruꝝ continentia cōiugalis possit esse par castitati virginali. Et breuiter respondeo loq̄ndo de premio essentiali q̄ sic. Immo dico cū beato Thoma. Q̄ licet virginitas melior sit q̄ continentia coniugalis. Potest tamen cōiugatus melior esse q̄ virgo dupliciratione. Primo quidē ex parte ipius castitatis. si scz ille qui est ꝯiugatus hēat animum magis paratū ad virginitatem seruandaꝝ si oporteret q̄ ille qui i actu est virgo Unde Augustin⁹ instruit virginē in libro de bono coniugali. vt dicat. Ego non sum melior q̄ Abraam. sꝫ melior est castitas virginalis q̄ castitas nuptiarū. Et rationem post subdit. Nō enim nunc ago melius illi egissent si tunc agenduꝝ esset. Secūdo ḋa forte ille qui non est virgo habet aliquā excellentiorem virtutē. Unde Augustin⁹ dicit in libro de virginitate. Unde scit virgo se prelatā cōiugate. Certe nō scit. quia virgo q̄uis sollicita sit que sūt domini. tamē necesse est vt timeat ne forte ꝓter aliquam sibi incognitā infirmitatē non sit matura martyrio. illa vero mulier cui se prescribit. iam posset bibere calicem dominice passionis ¶ In quo autē precellit virginitas cōiugium. Dicendū est. q̄ in tribus ſm Thomam. Primo quia est bonuꝝ diuinū. qō est potius bono humano. In signū huⁱ⁹ christus elegit matrē virginem. vt dicit Hieronymus. Et Apostol⁹ consulit virginitatez ſ. Corinth. vij. Secūdo quia bonū est anime. quod prefertur bono corporis. Tertio quia est bonum vite contemplatiue. q̄ prefertur vite actiue. Ex quo infert Thomas Q̄ indubitanter virginitas p̄ferenda est continentie coniugali. ¶ Sed hic est dubium an quelibet virgo habeat istaꝝ excellentiam. scz premium aureole. Ad quod respondeo q̄ non. Sed solum virgo deo dedicata. vt dicit Augustin⁹ in libro de virginitate. Hec nos inquit de virginibus predicamus q̄ virgines sunt. sed q̄ deo dedicate pia continentia virgines sunt. Ex quo infert Thomas scda scōe. q. clij. Q̄ propositum seruandi integritatē illud facit virginem formaliter. cū sit eius formale. Integritas autē corporis est materiale. quaꝝ nos habemus a natura. Ex quo sequitur q̄ solū ille virgines habebunt aureolā virginum que proposituꝫ habuerunt virginitatem perpetue seruandi. Quis hoc propositū interruptū fuerit. integritate tamē carnis manente. Qūmodo in fine sue vite inueniatur ad premiū propositum rediisse. quia virginitas mentis quantū scilicet ad solum propositū violatum reparari potest. Non autē virginitas carnis ſm Thomaꝝ in cōpendio libro. vij. ca. penulē ¶ Sed diceres quid de illis que decesserunt sic. cuꝝ proposito nubendi. Respondeo ſm Thomam. vbi supra. in cōpendio. Q̄ nō est dubium quin habiturę sunt speciale gaudiuꝝ de corporis incorruptione sed non essentiale gaudium. Sicut etiā innocentes ḋo gaudent q̄ innocentes a peccato fuerunt. q̄uis opportunitatez peccandi non habuerunt. Ex his patet q̄ multuꝝ valet votū in genere castitatis. Nā vt hic videmus virgines non habent nec habebunt aureolaꝝ nisi ex firmo ꝓposito seruandi castitatē perpetuam. quod est formale ei⁹. Unde potest responderi ad questionez. an melius sit ex voto vel voluntate seruare castitatez. Respondeo q̄ meli⁹ est ex voto triplici de causa. ſm Thomā scda scōe. q. viij. ar. vij. Primo qz est actus latrie. quia est quedā pmissio deo facta in obsequiū ꝛ in cultuꝝ suum. Secūdo qz qui vouet magꝭ se ḋo subijcit. non solū quantū ad actū sed etiā quantuꝝ ad potestatē vt non posset de cetero aliud facere. Sicut dans arborem cum pomis plus faceret q̄s dando pomuꝝ sine arbore. vt dicit Anselm⁹ de similitudinib⁹. Tertio quia ꝓ votū firmatur in bonū. Facere aūt aliquid ex deuotione firmata in bonū pti̇net ad pfectionē virtutis. ij. Et hic qz. sicut etiā peccare mēte obstinata aggrauat peccatum.

De sancta Agatha uel dorothea

Dixi secūdo q̄ describit̄ sanctarū ꝟginū meritum. qđ est ex parte ipāz ornat⁹ speciositas. cū dicit̄. Que parate erāt. Circa qđ restant duo videnda. Primo de ornatu ꝟginum. Scđo de ornatu generalit̄ omniū fidelium animaz. qualiter se ꝓparare debēt erga istum sponsum. Quantū autē ad primum dicendū est. q̄ ornat⁹ iste quo merentur virgines sancte in p̄senti consistit in triplici virtute. Primo scz in mūdicia castitatis. Scđo in pulchritudine humilitatis. Tertio in professione pauptatis. De mundicia castitatis dicit̄ Eccl. ij. Qui timent dominū ꝓparabunt corda sua. z in conspectu eius suscitabunt anias suas. Ecce quō castitas includit in se timorē. qui ꝓparat corda virginū. p custodia castitatis. que debet esse in corde. Duo ergo hic dicit de ꝟginibus. Primo q̄ debent esse timorate. Secundo q̄ debent ꝓparare corda z anias suscitare. ad significandū q̄ timendū est virginibꝫ ne amittant virginitatē quā reparare non p̄nt. xxxij. q. v. Si paulus. De hac enim dicit̄ q̄ virgo cecidit nō adiciet vt resurgat. Unde dicit Hieronym⁹ in epl̄a ad Eustochiū. Q cum deus omia possit. non potest virginem suscitare post ruinā. Valet quidē liberare de pena. sed non valet coronare corruptam. scz vt virginez. Sed diceres. tamē deus exoculato potest visuz reddere. ergo virgini virginitatez restituere. Quidā dicunt q̄ hoc intelligit̄ sic. q̄ deus non potest facere quin factū sit factum. sed omne deperditum potest restituere. Sz tunc idem essz de exoculato. Et ideo dicēdum est q̄ hoc non refertur ad carnis corrupte restitutionē. sed ad virginalis palme retributionem. Et dicit glosa. Nō potest. id est. non ꝓgruit eius potentie vt aureola coronet corruptas. Hoc em̄ esset ꝓtra iusticiā. Et iō illud nō p̄t esse. Et Tho. ū. ij. q. cliij. ar. iij. ponit exemplū pulchrū de ß dicens. Sicut illi magnifico q̄ ꝓsūpsit opes suas z diuitias. p pniam nō restituunt̄ diuitie. Similiter ille q̄ peccando virginitatem amisit. p penitentiā non recuperat virginitatis ꝓpositum. Unde ipe dicit q̄ licet natura virginitatis scz corpis integritas possit reparari miraculose in virgine. Non tamen hoc potest reparari q̄ expertus voluptatem veneream fuerit non expertus.

Scēdo ornat⁹ virginalis ꝓsistit in mansuetudine humilitatis virginee. vt etiā parata sit ad tormenta ire, ꝓter eius seruationem. dicens illud p̄s. Ego aūt in flagella parat⁹ sum. Unde dicit Augustin⁹ in libro ad sacras ꝟgines. q̄ ꝟgo dñica in pauptate spūs xp̄o accepta dz q̄diu viterit pmanere. D De scđo ornatu. s. generali oim xp̄ifideliū aiaz q̄lit̄ se parare debēt. est sciendū q̄ oēs fideles debēt se pare vt puelle in ornatu vult⁹ z corpis. vt. s. faciē z corpus decent̄ ornēt. Scđo vt familia ad cibū corpalē lauās man⁹ suas. Tertio vt milites ad pugnā instantem. De ꝑmo ornatu q̄ dz esse i vultu z vestitu dr in p̄s. Astitit regina a dextris tuis i vestitu deaurato. Vestit⁹ deaurat⁹ sūt opa clarissime caritatis q̄bꝫ ornat̄ aia q̄libz in vultu. Prio vbi ē imago dei. z deinde i ceteris mēbris. q̄ sunt mēbra. ss. Hāc vestē ñ hñs hō ejcit̄ extra nuptias Mat. xxij. De scđo ornatu. Familia ad cibū accedēdo se lauat. ita aia accedēs ad nuptias z ad refectionē etnā lauat man⁹. i. opa. pedes id ē. affectiones. Un Isa. Lauamini z mundi estote. Qđ alibi exp̄sit ꝓpha di. Laua a malicia cor tuū. Un p̄s. q̄rit. Quis ascēdet ad nuptias celestes Et rñdet Innocēs manibus. i. opibꝫ. Ecce lotio manuum Joh. xiij Qui lot⁹ est nō indiget nisi vt pedes lauet Sz prochdolor ꝺ multis dr hodie. Man⁹ vre plene sūt sanguie. Tertio anie fideles debent se parare vt milites ad pugnaz instantem. Tota enī vita hominis est vt militia super terram. In qua quidem pugna habemus multos aduersarios et fortissimos. Deutero. xx. Unicuiq; grauis aduersitas z pugna. nūc occulta. q̄ insidiat̄ vt leo in spelunca sua inimicus. nunc manifesta. quia manifesta sunt opera carnis que sunt fornicatio. immundicia. auaricia. z insuper quia quotidiana est pugna z rara victoria. dicit Aug⁹. de singularitate clericorū. et in libro de agone christiano. E

Dixi tertio q̄ i verbis premissis describitur sanctarum virginū celestis premij gloriosa iocunditas. Cū dicitur. Intrauerūt cum eo ad nuptias. Tria describunt̄ quantuz ad iocunditatem istaruz nuptiarum. Primo quia sponso occurrerunt. Secundo quia ad sponsum se preparauerūt. Tertio quia cum eo intrauerūt. Isto modo specialiter

nos debemus primo preparare ad bonuz opus. Et quia bona opera maxime consistunt in partibus penitētie. que sunt ąnqz. scilicet contritio. confessio. afflictio. oratio. z erogatio. Ideo dicit de istis quinqz virginibus q habuerunt quinqz lampades. in quibus habebant oleū caritatis. sine quo nihil deo placet. vt dicit Gregoriꝰ in quadam Omelia sper Johannē. Secundo debemus ei obuiare per desideriuz deuotionis. Dicit autem Ecclesiastici. xv. q homines stulti non apprehendunt illum scilicet sponsum celestem. sed homines sensati obuiabunt illi. Quis autem stultior illo q̄ sine deuotione putat peruenire ad conspectum tanti regis. coram quo angeli contremiscunt. Certe vt videmus stulti repelluntur ab aula regū. vt dicit Hester. iiij. Non decet saccō indutum aulam intrare regis Asueri. Tertio debemus intrare per contemplationis gustū. hic per fidem z tandē per apertam visionem z fruitionem dulcedinis diuīe. Unde Psalmista hortatur nos hic ad primū. Intrate in conspectu eius in exultatione. Nuptie autem iste eternales significate sunt per nuptias agni Apocal'. xix. Beati inquit qui ad cenam nuptiaruz agni vocati sunt. Et bene iocunditas nuptijs celestib⁹ comparat. Sicut enī in nuptijs fit ornatus vestiū solennū. Sic i gloria patrie celestꝭ erit claritudo nostroꝝ corpoꝝ. Ad Philip. iij. Reformabit corpus humilitatis nostre configuratū corpi claritatis sue. Ideo dicit christus ad animaz. Uestiui te discoloribus. z calciaui te iacincto z cinxi te bisso. z indui te subtilib⁹. z ornaui te ornamento Ezechiel. xvi. Secūdo quia ibi erunt delicatissima fercula. Ecci. xxiiij. Spiritꝰ meus super mel dulcis. z hereditas mea super mel z fauum. Tūc enim dicet christus suis Cantico. v. Comedite amici. et bibite. et inebriamini charissimi. Sz de quo tunc inebriabimur. Certe ab vbertate domus eius z torrente voluptatis eius. vt fm multitudinem dolorum in corde electoꝝ consolatōnes dei letificēt animas eoꝝ. Hoc est quod ait saluator de se. q̄ p̄cinget se z transiens ministrabit illis Luce. xij. z Luce. xxij. O q̄s beatꝰ qui manducat panem in regno dei. Luce. xiij. Tertio quia ibi erit suauis instrumentoꝝ melodia Thobie. xiij. Per vicos eius cantabitur alleluia. id est. laudabit deus in sanctis suis ineffabiliter. Hoc admirās Ber. dicit. Unde tibi o aīa mea. vnde tibi tam ineffabilis gloria. vt eius sponsa merearis esse in quē angeli desiderāt p̄spicere. Quid retribues domino p omnib⁹ que retribuit tibi. vt sis sacre mense regis conuiua. socia deniqz thalami. vt introducat te rex in cubiculū suū. Ad quod nos p̄ducere dignetur pater z filius z spūssanctus. Amen.

¶ Hi sequentes sermones vsq̄ ad sermonem de corpe x̄pi exclusiue sunt ex Socco

De sancta Dorothea. Sermo XVI.

Virgo cogitat que domini sunt z quō placeat deo vt sit sancta corpore z spiritu. j. Corinth. vij. In verbis p̄positis tria tangit apostol⁹. scz statū excellentē. actū competentē. z finem congruentē. Primū ibi. Virgo. Virginitas enim omni statu excellentioꝝ est. Secōm ibi. cogitat. In quo tangit actū tali statui competētē. Uirgines em̄ que a maritali debito z a curꝭ seculi sunt per omia solute debēt merito cogitare que dei sunt. Cōiugate enim et vinculo maritali cōpellunt cogitare vt virꝭ suis placeant. Sic virgines deo dicate debent deo intendere z quomō placeāt sponso suo. Tertiū ibi. vt sit sancta corpe et spiritu. In hoc tangit finem congruentē. Ad hunc enim finem oēs sacre virgines. cogitationes. locutiones z opatiōes suas debent dirigere. vt sint sancte. quarū spōsus sanctꝰ est. A quo z nullatenus in thoꝝ maritalem assumunt nisi z ipe sint sancte. Ad hoc studuit gloriosa virgo z martyr dorothea. sicut probat eius vita z miraculoꝝ euidētia. que deus per eā operat z̄pter eā exhibet. z exhibebit clarificans eā toti mūdo. vt ex hoc innotesceret quanta deuotione studuit vt corpore et spiritu eēt sancta. Quam ideo deus posuit nobis in exēpluz vt qui dñm Jesum qui exultauit vt gigas ad currendū viaz imitari non possumus. puellā teneam⁹ z delicatā imitemur. ¶ A

¶ Quō aūt ipam in sctitate sua imitari de

beam⁹ vt z nos similiter sim⁹ sancti. docet nos beatus Bernard⁹. dicens. Tria sunt que faciunt hominē sanctuz. victus sobrius. actus iustus. et sensus pius. In quib⁹ tribus plena consistit perfectio. ¶ Est autē ſm q̄ diffiniunt doctores sobrietas moderatus vsus temporaliuz circa solam necessitatem restrictus. Cuius obseruātia licet difficilis videat his qui in carne ambulant. facilis tamē est illis qui spiritualia bona gustauerunt. qui parua bona respectu maiorū et meliorum pro nihilo reputant. Quod expresse ostendit Gregori⁹. dicens. Dulce est esse in humanis rebus. sed ei qui adhuc nihil nouit de celestibus. Quia q̄nto minus eterna intelligit. tanto delectabilius in temporalib⁹ requiescit. Sic qui tā cordis ore gustauit que sit illa dulcedo celestiuz bonorū. quāto illud dulce est quod intus habet. tanto ei in amaritudinē vertitur omne quod foris sustinet. Et ideo facile est ei. imo delectabile vt foris propt deū. sobriū victū bēat qui dulciter intus pascitur. Ut ergo spiritussancti p̄sentia consolationes consequi valeam⁹. qui talem habet in nos transfundere dulcedinē. necesse est vt per sobrium victū carnis consolationibus funditus renunciem⁹. Quia nullatenus iste cum istis miscenť. De quo Bernū. Si animus habet vnde delectetur extrinsecus. sine delicijs manet intus. vt ergo interiora nostra in deo proficiāt. omnia exteriora de genere consolationū temporaliuz z carnaliū per victum sobrium amputemus. z sola necessitas ab omni supfluitate in omni vsu temporaliū sit restricta. Ex quibus verbis colligimus. q̄ non solū sobrium victū vocamus moderatam cibi et potus sumptionē. sed omnium rerum ad vsum nostrū pertinentium restrictionem. In quibus omnib⁹ sobrietatē tenemus si eis moderate vtimur. Quod non soluz expedit religiosis. sed omni christiano profi cit ad salutem. Quia sicut per gulaz primi parentis et nos de illis paradisi gaudijs sumus expulsi. Sicut ait Gregorius. Sic per parsimoniā z sobrietatem recte viuendo nos regredi oportet. vt fiat nobiscuz sicut de tribus magis dicitur Math. ij. Per aliam viaz reuersi sunt in regionem suam. Et ideo sicut diligimus patriā a qua cecidimus per gulā in omnib⁹ vtendis victuz sobrium habeam⁹ vt ad eam reuertamur. Omnis autē sobrius vsus consistit in temporaliū moderata fruitione. in exteriorum sensuum disciplinata gubernatione. in interiorū motuum cauta z vigilanti cohibitione. ¶ B ¶ Primo dixi. Sobrietas circa vsum temporaliū stat in eo q̄ in omnib⁹ quib⁹ vti oportet tm̄ ad vitam conseruandam vtamur. vt est cibus. potus. sumptus. vestes z similia. z omnē superfluitatem ex omnib⁹ his amputemus. Et hec sobrietas pauptas volūtaria vocat. de q̄ dicit pro/ uerbioz. xiij. Est pauper cū tamen in multis sit diuitijs. De hac etiam sobrietate dicit Bernard⁹. Felix ſm temp⁹ viator qui suorum beneficiorū curam sine qua transire non posset. in obsequiū suum scit conuertere z vti ad vtilitatē. ¶ Secūdo sobrium vsum debemus tenere in vsu sensibiliū z sensuum. vt omnes sensus corporis a rebus vanis et nociuis cohibeam⁹ et ad sola necessaria ordinem⁹. Sicut fecē Job. qui dicit. Pepigi fedus cū oculis meis. ne cogitarem de virgine. vt dicit Job. xxxi. c. z sic de alijs sensib⁹. Unde Bernard⁹. Habeat homo dei sensus suos exteriores nō duces sed seruientes. vt dicat huic. vade. et vadit. z alio. veni. z venit. z seruo suo. fac h̄ et facit absq̄ contradictione. Et subdit. q̄ magnus est qui vsum sensuum suorū nouit expendere in suam salutem z vtilitatez. z omnes in obsequiū christi scit conuertere z ordinare. Et talis optime sibi credendus est in quacūq̄ multitudine conuersetur. ¶ Tertio sobriū vsum teneam⁹ in vsu motuum interiorū. omēs motus illicitos in suis principijs cohibentes. hoc em̄ maxime placet deo. Quod pulchre figuratuz legimus. j. Regū. xxix. ca. Ubi dixerūt philistei ad regem suū. Quomō hic melius poterit placare dominuz suum. q̄ in capitib⁹ nostris. Sic demones p̄flantes intra nos motus illicitos dicere possunt quomō q̄s placare potest melius dominuz suum q̄ si principijs taliū motuuz resistat. Quod cū quis facit. facilius potest eos euadere. Et hoc vtiq̄ stat in potestate nostra Gene. iiij. Subter te erit appetitus tuus. z tu dominaberis illius. Quod exponēs Bernard⁹ dicit. Potest quidem diabolus excitare in nob tēptatōis motū. sz in nob ē si volum⁹ dare p̄sensuz. Hēo ei in h̄ certamīe deūciet

inuitus. De hoc triplici vsu dicē postillator sup illud ·Prouer. Mlr gratiosa iucit glaz Merito laudanda est mulier que res domesticas ad vtilitatem familiā ad honestatem. z seipam ad morū honestatem bene regit. Sicania deuota est gloriosa viro suo. id est. deo que p̄dicta tria sub decenti moderamine bñ regit ordinat z disponit. Hā per hoc q̄ dicit res domesticas tangit rerum fruitionez. p hoc q̄ addit familiā tangit sensuum gubernationem. p hoc vero q̄ concludit. seipam. tangit interiorū motuū cohibitionem. ¶ ¶ Secundū quod iuxta Bernardū nos iustificat vel sanctificat est iustus actus. Tunc autē actus nostri iustificant nos. cū circa proximos nostros iuste agamus. Ut ergo actus nros proximis exhibendos virtute iusticie informemus. inspiciendū est illud glorioſuz exemplar quod est de⁹. vt ſm formā quam nobis ipe in seipo z in proximo agendo p̄posuit. nostros actus vt iusti fiant ordine/mus. Dei em filius in carne veniens. se totum z omnia que habebat. hoc est res corpus z animā pro nobis posuit. De reb⁹ dicitur Hieremie. xij. Reliqui domū meam. dimisi hereditatem meā. Et Apostolus. ij. Corinthioz. viij. Scitis quoniā propter vos egenus fact⁹ est cum diues esset. vt eius inopia diuites esseris. De corpe dicit Isa. l. Corpus meum dedi percutientibus z̄c. De anima iteruz dicit Hieremie. xij. Dedi dilectam animā meam in manus inimicorum meoꝝ. Dis ergo tribus taliter vt dictum est pro nobis posit⁹ dicat Exodi. xxv. Inspice z fac ſm exēplar quod tibi in monte monstratum est. id est. in christo. Et Josue. ij. Quomō ego feci misericordiaz vobiscum. z vos faciatis. Si ergo act⁹ nostros iustificare volumus debem⁹ z nos res corpus z animā pro fratrib⁹ ponere. De reb⁹ dicit. j. Johis. iij. Qui habuerit substantiā huius mundi. z viderit fratrē suum necessitatem patientem z clauserit viscera sua ab eo. quomō caritas dei manet in eo. De corpore vero ponendo. habemus exemplum in christo. Qui factus est. p nobis obediēs deo patri vsq̄ ad mortem. De anima dicit iterum. j. Johānis. iij. Sicut ille animā suam posuit pro nobis. ita z nos debem⁹ animas ponere p fratrib⁹ nostris. Incipientes ergo ab vltimo. hoc est. ab anima. eo q̄ ab illa tanq̄ a radice cetera ortuz habent. Nemo em̄ res vel corpus pro proximo ponit. nisi per caritatem prius ponat animaz suam. ¶ Primo ergo si iustificari cupim⁹. actus nostros ad exemplar christi ponamus. p proximo animas nostras nō vt deus qui in cruce moriens. p nobis animam suā dedit. sed sic ponamus vt quod salubre est anime hoc proximo exhibeam⁹. Et hoc fit cū eum ex omni corde veraciter diligimus. vt videlicet ſm regulas legis naturalis ei nolimus quod nobis fieri minime cupimus. Et quod nobis fieri volimus ei similiter faciam⁹. Et iste est facillimus modus ponēdi animā pro fratrib⁹. Ad quod saluator condescendēs infirmitati nostre hortatur nos Johis. xiij. dicēs. Hoc est p̄ceptum meū vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Nam oīa que deus. p nobis posuit z exhibuit. caritas eum vrgebat. quam si solā haberemus facillime imo gaudenter res z corpus z animā pro fratrib⁹ ponere/mus. ¶ Secūdo si actus nostros iustificari volumus ad exemplar christi. ponam⁹ pro fratrib⁹ nostris corpus nostrū. Quod si sicut christ⁹ in mortē dare non possum⁹. saltem oīes actus de corpore possibiles vt sunt verba consolatiōis. actionis. exhortationis. de malo reprehensionis. deuote orationis. benigne conuersationis ipis exhibeamus. z quecūq̄ alia fideli exhibitione corporis eis exhibere possumus facia/mus. taliter agentes vt omniū motes benigna caritate portemus. vt de quolibz nostro verificari poterit illud. ij. Machabeorū. xv. Hic est fratrū amator z populi isra/el. hic est qui multū orat pro populo z̄c.

¶ Tertio si iustificari cupimus. actus nostros ad exemplū christi ponamus. res nostras per opera misericordie proximo impartiamur. Que subuentio tāto ē deo acceptior q̄nto res impartiēde iust⁹ habentur laboriosius acquirunt. tenuius possident. Quod in scriptura ostēdit euidēt. Quia munus Abel ex iusta acquisitione oblatū. Aqua Dauid ex laborioso itinere z periculoso deo libata. Et minuta vidue ex tenui possessiōe sacrificata. deo fuerūt adeo grata z accepta. vt in sacra scriptura eternaliter sint memorie cōmendata. Nec reruz penuria quenq̄ poterit excusare. q⁹ ab vnoquoq̄ hoc requirit quod habet Thob. iij

¶ In festo kathedre s. Petri

Si multū tibi fuerit habundāter tribue. Si exiguū hoc impartire. ℞ si nihil aliud habem⁹ saltem potū aque frigide exhibeamus. pro q̄ merces a domino est promissa. ℞ si z illud nō fuerit. saltem affectū bone volūtatis exhibere nō negligam⁹. Quia sic dicit Gregor⁹. Cor z nō substantiā pensat deus. nec attendit quantū sed ex quanto offeratur. nec vnq̄ manus vacua erit a munere si archa cordis repleta fuerit bona voluntate. ¶ D ¶ Tertiū principale quod fm Bernardū nos sanctificat est pius sensus. Pium autē sensum dicimus internam deuotionem que deo aspirāte tantum innalescit vt in ea dei p̄sentia feliciter sentiatur. Cū enim fm Bernardū sit cultus dei. z maxime talis cultus qui agitur ī affectu. hic vtiq̄ cultus intantū proficit. vt deus in eo sua mirabilia operet. Justo ergo nomine pius sensus dicit. pius ex pietate diuina. sensus a sentiendo. per hoc intenditur q̄ ille cultus in aīma sentiat. Et hec videlicet deuotio licet in nostra potestate minime sit nec inbeatur quasi ex nobis ipis per pium sensum sanctificari. possumus tamē aliquid per hanc gratiam mereri vt ab ea tanq̄ ab infimo incipientes. tandem aliquādo ad hanc gratiā veniam⁹. Sunt autē tres gradus per quos in hāc gratiam ascendimus. scilicz per purum intellectum. operis effectum. z diuinum affectum. Si hec tria in deū ordinamus hāc gratiā consequemur. Primo ergo exercea/mus nos ad deū per intellectum. ipm p iugem memoriā ad deum erigentes. vt videlicet sine intermissione deum cogitem⁹. hoc enim omnes possumus. nec est aliquis qui se de hoc valeat excusare. Et ideo hoc firmissime est mandatū Deutero. vii. Cauete vnq̄ obliuiscaris dñi dei tui. Et Thobie. iiij. Omnib⁹ diebus vite tue in mente habeto deū. Et Prouerbior. iij. In omnibus vijs tuis cogita illū. Et Psalmista. Adhereat lingua mea faucibus meis. si non memi nero tui. Et sic cogitatio ab infimis relevetur. eo q̄ terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Iterū releuetur si iterū defluat ad terrena. Et sic nostra cogitatio debet esse apud deum cōtinua. Nō faciebat Job. qui dicebat. Ad deum stillat oculus meus. Intellectū oculū suum vocans. quē ad deū stillare dixit. eo q̄ nō continue sed p̄ intercisa tempora ad deum erexerit. z sic nos debemus similiter facere. Secūdo exerceamus nos in deo per operis effectum. vt operari incipiam⁹ omnia que Jesus christ⁹ in sua cōuersatione nobis posuit facienda. Ad hoc em̄ indult homine vt ipm pro viribus imitemur ex eo provocati. Ad hoc dicit Luce. xvij. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnū. q̄si diceret. Sicut ego descendēs a patre z veniens in mundū non nisi p labores z sudores dolorosq̄. patrem cōdisponente ad eum redeo. sic ego disponā vobis. vt si post me ad eū venire cupitis. eisdem vestigijs incedatis. non declinādo ad dexteram neq̄ ad sinistrā. Jn q̄ si fideliter agim⁹ nihil de contingentibus omittētes. z in p̄ merebimur vt nobis cōmunicet suā diuinitatē. Ut sicut amara sui homīs imitādo bibimus. sic etiā sue diuinitatis dulcia degustemus. Tertio exerceam⁹ nos in diuino affectu quā ex dei p̄sentia inflari diuim⁹ cōsequimur. Et ideo vt verius dicam⁹. nō ex nostro exercitio sed ex dei beneficio tanq̄ principiū predictorū accipiam⁹ illud donum. Talis diuin⁹ affectus operat in nobis ardentē dilectionem. sapiētie illustrationem. spūssancti nobilissimam consolationem. z multa similia. q̄ nemo ad dignū veraciter poterit explicare nisi domio Jesu xp̄o operante. Hanc gratiā cōferat nobis pater z filius z spūssanct⁹. Amen.

¶ In festo Kathedre scti Petri
Sermo XVII.

¶ Exaltent eum in ecclesia plebis z in kathedra seniorū laudent eum. Psā. cvj. Dicit beat⁹ Gregor⁹. Quāto electi z dilecti dei amplius diligunt. tanto in tritura psecutionis durius conterent. Sed quia beat⁹ petrus in celesti patria vt catholice z religiose credit in multis est p̄ ceteros sublimatus. ideo oportuit vt in hac vita duros etiam sustineret cruciatus. ¶ A ¶ Propter quod sciendū. Anteq̄ perueniret ad celestis patrie exaltationem. tribus vicibus z modis super terras legitur exaltatus. Fuit enim exaltatus Primo p electionem. Secundo per operationem. Tertio per passionē. ¶ Primo dico beatus petrus a fidelibus christi z ab ecclesia

sancta in Antiochia ad pontificalem digni
tatem exaltatus fuit. ipm per kathedralez
honorem in summū pontificem z pastorez
eligentes. z sup vniuersaz ecclesiā statuen/
tes. Quod tm non solū factum est a fidelibū
electione. sed dei iā dudum preordinatiōe.
Haz in eo q dixit ei. Petre amas me. pasce
oues meas Johis. xxi. in hoc ipm sup ec/
clesiā pontificez ordinauit. Ter dominus
hec verba repetijt. dans ei in eisdez verbis
pontificatus dignitatē. z ligādi z soluendi.
aperiendi celū z claudendi auctoritatez. vt
patet Math. xvi. Etiā in hac trina replica
tione verborū. Petre amas me domin⁹ in
tendebat q Petr⁹ cū oīb⁹ suis sequacib⁹
populū sibi subiectum triplicit deberet pa
scere. q̄i dī. Si diligis me pasce verbo. pa/
sce exemplo. et pasce ozone. In quib⁹ verb
pastorū conscientia strictissime cōuenit. De
quo Bernard⁹. Dignū quippe est vt qui la/
na z lacte pascunt ab ouibus. ipi predictis
trib⁹ similiter oues pascāt. Et qui nō fece/
rint audiāt quid cōtra eos dominus dicit
Ezechiel. xxxiij. Ue pastoribus q̄ pascebant
semetipos. Nonne oues a pastoribus pascū/
tur. lac comedebatis z lanis cooperiebami/
ni zc. Et subdit. Pascebāt pastores semet/
ipos. z gregem meū nō pascebāt. Ecce ego
ipe super pastores. requirā gregem meum
de manu eorū zc. In his verbis pastores
ad fidelissimam custodiā pascēdi oues ad/
monentur. Quia vt dicit Sapie. vi. Du/
rissimū iudiciū fiet his q̄ presunt. ¶ Secū
do beat⁹ Petrus exaltat⁹ est p operationē
Luz em tam fideles q̄m infideles vidissent
q̄ tātis miraculis in suis operatōnib⁹ cho
ruscaret. vocabāt eum nō hominē sed deū.
dicētes Actu. xiij. Dij similes facti homi/
nib⁹ descenderūt ad nos. Quoz errorē in
profundū humilitatis se pternens corre/
xit dicēs. Quid nos intuemini q̄si ppria v/
tute aut potestate fecerim⁹ hunc ambula/
re. De⁹ Abraam. deus ysaac. deus Jacob
deus patrū nostrorū glorificauit filiuz su/
um iesum. Actū. iij. q. d. non nos exaltare.
sed dn̄m in his operib⁹. q̄ppter vos mirabi
lia opat. Intantū ergo Petr⁹ extitit exal/
tatus z insignit⁹ pdigijs z miris opib⁹ ma
gnificat⁹. vt in plateis ponerent infirmos
in lectulis z grabatis. vt veniēte Petro sal/
tem vmbra eius obumbraret quēq̄ illorū.
z sanarent a languoribus suis. ¶ Tertio
beatus Petr⁹ exaltat⁹ est in passione. Luz
a psecutoribus leuat⁹ a terra suspendit in
cruce pedib⁹ sursum z capite demisso i ter/
ram p passionē crucis finiens vitaz in no/
mine Jesu christi. Et ideo sciendū ꝓpter
has tres exaltationes quib⁹ super terram
meruit exaltari. etiā sponsa christi ecclesia
sctā triplex de eo festuz instituit celebrare.
volens vicē reddere sue triplici exaltatiōi.
Hā ꝓpter primā exaltationē. scz electionis
p̄sens festū instituit. Propter secūdā exalta
tionē scz opationis int̄ que nō minimū fu/
it eius mirabilis ab angelo de carcere libe
ratio celebrat festiuitas que vocat Petri
ad vincula. Propter tertiā exaltationē scz
passionis etiā festum speciale solennit cele
bratur. Das exaltatōes intuens Bern̄. di
cit. Considerās q Petrū man⁹ oīpoten
tis regni celestis clauib⁹ inuestit sup quem
fundat ecclesia. cui ptās ligādi z soluendi
tradit. qui celos claudit z aperit. quod che
rubin z seraphin habere nō legit. vehemē/
ter admiror. Et subiūgit. Consummatus
honor z dignitas gloriosa hominē in terr̄
positū. in celis imperare. z in terra sup an/
gelorū choros iudiciarie potestatis habe/
re virtutē. Assistunt angeli. p̄sident. imperi
um expectātes. z administrationē spiritus
sibi ministerio sortiunt. sed ligādi atq̄ sol/
uendi nullus eorū excipit potestatē. Adest
Petrus z ad eius imperiū vniuersitas or/
bis soluit z ligat. Et p̄cedit sentētia Petri
sn̄iam saluatoris. Quia nō quod christ⁹ li/
gat petrus liget. Sed quod Petrus ligat
christus ligat. z iudicia eius cōfirmat om/
nipotens. Et sciendū q hec triplex exalta/
tio ex triplici radice sumpsit exordium. scz
ex christi institutione priori. cognitione il/
luminatiori z charitate feruentiori. De pri
mo dico. Petrus exaltat⁹ fuit p electionez
ex christi institutione p̄ns. Hoc audiēs ec/
clesia q xp̄us in terris Petrū summū pon
tificem instituit in his verbis. Simon di/
ligis me plus his. pasce oues me. eandem
institutionem p suā electionē pducere vo/
luit ad effectum. ¶ Secūdo exaltatus fu
it p operationē ꝓpter cognitionem illumi/
natiorem. Unde cū saluator quereret a di
scipulis de sua cognitōe Math. xvi. dicēs
Quē dicunt homies esse filiū hois. Rūdit
Pe. tāq̄ p oīb⁹ illumiatior. Tu es xp̄s filius
dei viui. Qui dñs. Btūs es simon bariona

¶ In festo Cathedre s. Petri

q; caro ⁊ sanguis ñ reuelauit tibi. q. di. hāc cognitionem nō habes nisi ex infuso lumine veritatis. Et vt deus hanc assertionem probaret esse verissimā. vtpote super quaz tāq; super fundamentū edificaret eccl'iaz. merito debuit ꝑetrū ꝓe ceteris honorare. ⁊ tanq; sectatorē ꝓfundissime veritatis signis mirabilib; in suis operib; exaltare. Tertio exaltat⁹ fuit in passione ꝑ caritatē feruentiozem. vt sicut ipe deuz ꝓe ceteris plus dilexit. dicente domīo. Diligis me plꝰ his. sic etiā eum debuit in passione ꝓtimꝰ imitari. Omēs em̄ martyres qui digni inuenti sunt ꝑ nomie Jesu cōtumeliam pati ⁊ passionis subire tozmentū. ex radice caritatis veracit acceperūt. Quis em̄ dura tā gaudēter possit subire tozmenta si non ad hec patiētia inclinaret ⁊ violētia caritatis. Hinc Aug. Quomō coꝛruptibilis puluis ꝓ tā immania tozmēta duraret. nisi i eo christus habitaret. ⁊ hoc ꝑ affectū dilectionis. De ꝓma exaltatiōe dicit ꝑs. Exaltaui electū de plebe mea. De secūda similiter Dextera dñi fecit virtutē. dextera dñi exaltauit me. Per dexteraz miracula intellige que solus deꝰ in sanctis suis operat. De terna dꝛ Ecci. xlvi. Exaltauit eū de terra. Et hec de exaltatiōe huiꝰ gloziosi ꝓncipis dicta sufficiāt. ¶ B ¶ Nunc dicēduz est. q̄ bus exercitijs etiā nos exaltari debeam⁹. vt sic electa exaltatiōe premioꝝ nō terreat exercitatio laborū. Si ergo huiꝰ ꝓncipis exaltationē tāq; fimbriā tāgentes cōsequi cupimus oportet nos ꝑ predictos modos trāsire ⁊ induere exercitijs eozūdez. Incipientes ab electione ⁊ ab illa ad operatiōnē ⁊ passionē iusto ozdine adiuuāte gr̄a veniamus. ¶ Primo ergo cupiētes exaltari hic ꝑ vite meritū ⁊ in patria ꝑ glozie p̄miū incipiam⁹ ab electione. qō tunc facimus si per grām spūsancti intrinsecus cōpuncti incipim⁹ inspicere vitā nostrā. bonū ⁊ malum. celū ⁊ terrā. celestē iocunditatē. infernī calamitatē. momentaneā delectationē. ⁊ eternā dānationem. mētis nostre oculos intrātes. ⁊ inter ista deliberato cōsilio discurrentes. ipa ꝓout sunt iusta ponderatione ꝓsiderātes. quid inter ista potissimuz sit eligendū acutissime consideremꝰ. Ponderemus inquā vtrū ꝓpter momentaneaz delectationē mereri expediat eternā damnationē. Et vtrū ꝓpter terrena bona expediat carere celestib;. cū futura bona sint ꝑsentib; in infinitū meliora ⁊ omib; ꝑstantioza. Hec dubiū si bene sine dissimulatione vtrobiq; inspicim⁹. quin deū cū suis bonis eligamus. ⁊ mundu; cum indignatiōe magna vt ꝓtrariū respuam⁹. iurātes ⁊ stātuentes custodire iudicia iusticie ei⁹. Qō statim vt factū fuerit eligit nos deus. trāsferens nos de seruis diaboli ⁊ facit nos filios dei. Et ex hoc nō sumus modicū exaltati. Dicitq; nobis deus illud Deutero. xxvi. Dominū deu; tuum hodie elegisti vt sit tibi deus ⁊ ambules in vijs ei⁹. Et elegit te hodie domin⁹ vt sis ei popul⁹ peculiaris. ⁊ faciet te excelsiozez cunctis gentib; quas creauit in laudem et gloziam suam. An non sumus vehementer multum nimis exaltati cuz de seruis diaboli adoptamur in filios dei. Quid enim ignominiosius diabolo. Quid gloziosius deo nisi q̄ adhuc nescio quid ignominiosius sonat esse seruum diaboli. q̄; dñm esse celi. Omis ei serui dñis sūt inferiozes. Et ois dñs inq̄ntū talis supioꝛ est suo suo. Nō ꝺꝛ Jobis vij. Omis q̄ facit pctm̄ seruus est pcti. imo pctm̄ ex hoīe facit diabolū. iuxta illud Jo. vi. Nōne ego vos elegi. ⁊ vn⁹ ex vobis diabol⁹ est. Ecce q̄nta ignominia tē. Et sic ꝑ q̄ ex nr̄a electiōe q̄ deū eligim⁹ exaltamur vehement. ¶ L ¶ Scdo exaltamur ꝑ operationē. cū iā filij dei facti ⁊ spū filioꝝ dei ispirati auide currim⁹ viā dei. Nō tūc velocit ⁊ fideliter facim⁹ si oia opa nr̄a deo exhibēda omi conatu facim⁹ cōem statū exceden tes opeꝝ alioꝝ. nō ꝓtenti cōib; obsequijs. sed q̄ntū vires suppetūt cū discreto excessu singlaria faciā⁹. vt dicere possit vn⁹ q̄sq; illō Eccs. ij. Magnificaui opa mea. Excessus aūt discret⁹ reputet ex duob;. scz ex multitudine ⁊ conamie. h̄ est. vt multa faciā⁹ bona opa ⁊ eadē cū conamīe. Hūc conatum opeꝝ tādiu ꝓtinuātes q̄usq; ō excessu operū ꝓueniam⁹ in excessuz mētis. Hūc excessum docet Bern̄. di. Bonū est hoī sua obsequia ad cumulū dare. Verbi gr̄a. Sufficit ad salutē molestiā sufferre patienter. sz cumulus ē etiā in feruoꝛe deuotiōis ⁊ spirit⁹ eas amplecti libent̄. Sufficit ad salutē superflua non req̄rere. sed nec ꝓpter ipa si desunt murmurare. Sed cumul⁹ est exultare ⁊ libēter q̄rere quō ali⁹ habeat. magꝭ ipe penuriā patiat̄. Sufficit q̄dem ad salutez

si nec impatiētia nec fraude aliqua ad illud qō desideras velis inuitum animū prelati tui inclinare Sed cumulus est etiā fugere ea z oblata respuere in quib⁹ voluntatē tuam senseris oblectare. ¶ Tertio exaltamur p passionē. cū nos q̄busdā exercitijs passiōi equivalētib⁹ strēnue exercem⁹. Haz cū p̄ priorū meritor⁹ exercitia scī homies ad p̄templatiōis gratiā admittunt. tūc abomi specie terrene ꝛ solatiōis se elongāt. vt bonis celestib⁹ habundāti⁹ pfruant. Quibus vtcunq; gustatis. cuz moze suo se subtraxerint fit amaritudo amarissima impatienti desiderio z languere incipiunt vehemēter. Cū em̄ ad carnales delectatiōes redire libeat nec liceat. ambob⁹ carētes z tanq̄ inter celū z terrā suspēsi amarissime cruciant. Et tales cruciat⁹ equivalēt passioni De hac passione dicit Job. vij. Suspēdium elegit anīa mea. z mortez ossa mea. Nō exponēs Brego. di. Quid p animā nisi mētis intentio. quid per ossa nisi carnis fortitudo designat. Nīe aūt qō suspendit. pro culdubio ab ūnis eleuat. Anīa vero suspēdium elegit vt ossa moriant. Quia dū mentis intētio ad alta se subleuat omnē i se carnis fortitudinē necat. Sancti em̄ viri certissime sciunt qz hīc requiē in hac vita nequaq̄ possunt. Et idcirco suspendiuz eligunt. qz terrena desideria deserētes ad alta animū tollūt. Suspensi aūt ossib⁹ suis mortē inferūt. q̄ amoze supne patrie virtutū studijs accincti q̄ prius fortes in mūdo fuerāt suspensi occidunt. De hoc martyrio etiā dic̄ Brego. Cū gr̄a p̄templatiōis celeri⁹ nō subuenit fit obseratū celū eneuz z terra ferrea. Et cū relicta sibi hūani cordis duricia ad votū exaudiri nō merek. anxietas desiderātis negari sibi existimat q̄d differtur. Nescio an ipaz iebennā experiri ad temp⁹ horribili⁹ penalius ve dicatur. q̄z p⁹ spūalis studij gustatā suauitatez exire denuo ad illecebras z molestias carnis. Tales g̃ crucifixi z si nō ferro sanguinem fundāt. petri tñ corpali martyrio adequank.

¶ De sancto Mathia.

Sermo XVIII.

Dns cecidit super Mathiā. Actuū. j. Salomon ex p̄sona dei dic̄. Beatus homo q audit me z q vigilat ad fores meas quotidie. z obseruat ad postes ostij mei. In quib⁹ v̄bis subtilissime describit dī cōmonitio q̄ sortē sue cōmonitionis sup nos proīcit vt quisq; audiat vigilet et obseruet. Qui em̄ has tres custodes ad ostiū cordis sui posuerit. scz audientiā. vigilātiā z obseruantiā. q̄ntūcunq; furtiue venerit nō potuerit ignorare. De hac diligēti custodia dicit Bern̄. Veniēs ad nos nō facile obseruatur vnde veniat aut q̄ vadat. ac istud sortē sine dāno salutis. licet q̄n veniat aut q̄n vadat. illud plane piculosissime q̄nq; ignoretur. Cū aūt hec tria vt sup̄. nō obseruātur sic vt nec absentē desideres nec p̄ntez glorifices. ideo recedit vt auidi⁹ querak. q̄ non adesse rescitur. z dignāter ad h̄ redit vt p̄solek rē. Hinc est q̄ qui sortē dei vocātis p̄tēpserit. iō dānādus est. qz nec p̄nti⁹ eius nec absentiā ei⁹ curauerit. p̄pter qō tales cenā dñi nō gustabunt. auertet se ab illis tāq̄ reprobatis. z p̄uertens se ad electos. sortē sue vocationis sup eos proīcit. q̄ pulsantez audiūt z intromittūt. Hicq; p̄ingit vt vno eodēq; modo dulcissimo monēte. alij indurent vt pereāt. alij emendent vt saluent. sicut de sole vno z eodē alie res mollescunt vt cera. alie indurescunt vt lutū. Si g̃ iā pulsans a reprobis nō audit. dicet eis. Āmē dico vobis. nescio vos. Intromissus āt ab electis statim in medio ē terre salut⁹ z incipit operi salutē hoīs. i. dat grām suā ei quē inhabitat. Ex gr̄a em̄ adiuuāte z p̄sensu se inclinā te pficit salus. Juxta illud Apoca. iij. Ego sto ad ostiū z pulso. Si q̄s mihi aperuerit introibo ad eū. z cenabo cum eo. Ubi duo rāgunt. scz gr̄a pulsans z p̄sensus aperiēs. Intrat qz intromissus. sz eq̄lit nō inhabitat. Legit em̄ in euāgelio q̄ aliq̄n occulte. aliq̄n manifeste erat in tēplo. Sic occulte inhabitat nos p fidē. Cū aūt hō bonis opib⁹ z v̄rtutib⁹ fuerit exercitat⁹ in corde suo p vehementē ignē caritatis. Tunc iā nō solum sicut puer pānis inuolut⁹ p fidem iacet in p̄sepio cordis nostri. Sed q̄i denudat⁹ habetur manifeste in cruce p caritatez affect⁹ incensi. Intromissus g̃ p p̄sensus inclinationē animā nostrā pficiēdo in nob q̄nq; passibus tāq̄ q̄nq; pfectib⁹ nos p̄mouet vsq; ad pfectū pficiens vitā nostrā. Primo p̄sciētiā purificat. penitētiā infundēdo. Secūdo mentē fortificat resistentiā p̄ferendo Tertio bona opera multiplicat. nobiscuz

efficaciter opando. Quarto virtutes edificat. aiam coronādo. Quinto nos sctificat siue pfectificat deuotionē nostraz diuinit⁹ aspirādo. Et his pfectiby pficit vita beata.

¶ Primo dico q⁹ scientiaz purificat a fedis peccatis. pniam infundendo. eo q⁹ nulla ꝓueniētia siue cōmāsio pōt esse lucis ad tenebras. diuine maiestatis z nre iniq̄tatis. Statim ḡ vt ingressus fuerit p radios sue diuinitatis impingit in tenebras. et dissoluit z dissipat in momēto z in ictu oculi quicūd inuenerit feditatis. Nō sic cōtingit. Nā ad lumen sue pūtie nō pōt ania mala q̄ cōmisit ignorare. sed statim vt cognita fuerint displicēt vehemēter. q̄ aūt displicēt penitet cōmisisse. Sic ex dei pūtia surgit anie cognitio. z ex cognitiōe ꝓcedit displicentia. z ex illa pnia. Quā. vt ait Crisō. seqūtur pcōz remissio. Nō em̄ se poterit ꝓtinere illa benigna dulcedo z dulcis benignitas q̄ est in viscerib⁹ miscōie dei nri cum ex corde nos penitere et dolere cognoscit q̄n ad gemitū nrm. offensam i se cōmissam miserico:dit indulgebit. Sed q̄d pdest penitere de culpa si non dat anie grā ꝓtinendi. Laui pedes meos ait sponsa in Canticis. quō iter inq̄nabo illos. ¶ Idcirco secūdo dei pūtia mentē fortificat. resistētiaz ꝓferendo. Hodicū em̄ pdest ꝓma grā. scz remissio pcōz. si nō subrogāt virtus z grā ꝓtinēdi. fieret em̄ sine dubio error nouissimus peior ꝓrio:. z recidiuāti p̄m aliq̄d pei⁹ fieret q̄s iacenti. Sed quia hec grā excpte a nobis est. vt videlicet occasionē recidiuādi nobis subtrahamꝰ. Jō ꝓsulit nob ecēs. x. Si spūs ptātē bētis ascēderit sup te. locū tuū ne dimiseris. ac si di. Si valida tēptatio inuaserit te. tūc ne ꝓsenseris. eligēs magis vti q⁹ mori. Efficacior aūt z cautior resistentia est. vt cuilibet impugnatiōi in ꝓncipio resistam⁹. vt vicia impugnātia dicere possint illud. j. Re. xxix. Quō meli⁹ poterit placare dōm suū q̄s in capitib⁹ nris. Quia vicia in modū serpentū se habent. q̄ vbicūq̄ caput inferunt facillime sequit totū corpus. Ergo principijs obsta. Quia valde fedum z indecēs est cora deo si quis p grām emūdatus a peccat⁹ ad lutū redeat iterum spurcicijs pcī se deformās. Tales em̄ imū dissimis feris cōparant. scz cani q̄ redit ad vomitū. z sui lote in volutabro luti. vt patet. Prouerb. xxvi. z. ij. Petri. ij. cap. Ideo Bernard⁹. Si dixerit mihi iesus. Dimittunt tibi peccata tua. z ego peccare nō desino. Quid pderit exui tunicā si reinduo. q̄i diceret. nō pdest sed plus nocet. Denicq̄ q̄ me saluuz fecit ipm mihi dixisse recordor. Ecce sanus factus es. iam noli peccare ne deteri⁹ tibi cōtingat. ¶ Tertio inhabitās in corde nostro bona nra m⁹tiplicat nobis cooperādo. Nā si soli ipa faceremus nihil nobis pderunt ad salutē. sed valor z acceptabilitas eorū ex operante spū estimatur. Spirit⁹ em̄ sanct⁹ grata facit ea deo patri z formatipa ad exemplar operū dñi nostri Jesu christi. Opera autē xpi quinq̄s signis pfectissime cōprobant. In quib⁹ q̄ntū ipm imitabimur. tanto deo magis erunt accepta. Habebāt autē opa christi difficultatē. promptā voluntatē. feruentē caritatē. pseuerantem longanimitatē. Et faciens omnia nō ad suā sed ad nostrā vtilitatē. De p̄mo q⁹ opa christi habebāt difficultatē dicitur Marci. xiiij. Cepit iesus pauere z tedere. z mest⁹ esse. Et dixit. Tristis ē aia mea vsq̄ ad mortē. Et Luce. xxij. dicit. Factus in agonia plixius orabat. et fact⁹ est sudor eius tanq̄s gutte sanguinis decurrentis in terrā. Nō reuera ex difficultate ꝓcepte mortis fuit. z ex imaginatiōe crudelissime passionis. Secūdo cū promptissima volūtate fecit opa sua Luce. xxij. Desiderio desideraui hoc pascha māducare vobiscum. Ad Hebreos. xij. Per patientiā curram⁹ ad ꝓpositum nobis certamē aspicientes in auctorem fidei z ꝓsummatorē Jesum q̄ ꝓposito sibi gaudio sustinuit crucē ꝓfusione ꝓempta. Tertio ex feruēti caritate fecit opera sua Johis. xv. Maiorē caritatez nemo habet vt animā suā ponat quis p amicis suis. q̄i dixit. quā z ego etiā p inimicis pono zc. Quarto ex pseueranti longanimitate christ⁹ fecit opera sua. Quia viu⁹ de cruce non descendit. sed constans pmansit vsq̄ emitteret spiritū. Quinto in omib⁹ his nō quesiuit quod sibi vtile esset. sed q⁹ nobis omnib⁹ cederet ad salutē. Vis quinq̄s modis christ⁹ iesus existens in hoc mūdo opera sua pfecit nobis in exemplū. Si ergo volumus facere opera deo accepta debemus facere opa difficilia. volūtaria z feruida. et cum constanti pseuerātia. et in his omnib⁹ non nostrā vtilitatē sed dei gloriā querere debem⁹. z sic efficaciter operemur

Quarto deus inhabitãs in nobis vlterius pgredit plantans et edificans in nobis virtutes. Nihil em̃ oĩa pdicta placerent deo si non essent ſtrutib adornata. Sicut dicit Bern̄. Dei qui virtutuz dñs est. nequaq̃ cordis nr̄i thalamū ingredit. si nō fuerit lectulus cordis ſrutib adornatus. Et subdit. Quantūcunq̃ te affligas. q̃ntumcūq̃ te crucies. nō sui copiā tibi tribuit nisi fueris virtutib adornat⁹. Debemus g̃ esse ornati. pcipue tribꝰ ſrutib theologicis. scz fide. spe z caritate. tandē etiaz iudicio. miscōia z iusticia. de quo Michee vj. Indicabo tibi o homo q̃d sit bonum. et quid dñs requirat a te. Utiq̃ facere iudiciū z diligere miscōiam. z sollicitū ambulare cū deo tuo. Primū exhibenduz est nob. Scōm. primo. Tertiuz deo. Primo ergo instaurem⁹ iudiciū pctra nosmetipos de oĩbus cogitationib. affectionib. locutiōib. z opationib malis nos subtilissime diiudicantes. nec aliq̃ istorū nos transeat q̃ nō discutiaf z diiudicet. Et si q̃d inuentuz fuerit q̃ nō liceat deceat vel expediat puniatur. z in reliquū corrigat. Tale iudiciū supra modū placet deo z pparat locū deo. Ps̄. Justicia z iudiciū pparatio sedis eius Illud aūt iudiciū nō nisi ꝓpter nos a nob exigit. Quia si nosmetipos diiudicarem⁹. nō vtiq̃ iudicaremur dicit Apl's. Secundo habeamus miscōiam ad primos. bona eorū opa magnificātes z mala fideliter excusantes. Hinc Bern̄. Caue fue dei alienę ꝓuersatiōis esse aut curiosus explorator aut temerari⁹ iudex. z si pperā rem cōprehendis cōmisisse. nec sic proximū iudices. magis aūt excusa intentionē. si op⁹ excusare nō potes. puta ignorantiā. puta occasionē. puta subreptionē. Q si oēm oĩno dissimulatōnē rei certitudo recusat. dicito nihilomin⁹ apud te. Nimis vehemēs fuit ista temptatio. q̃d de me illa fecisset si accepisset in me potestatē. Tertio ambulandū est sollicite cū deo q̃ tanta sollicitudīe nos z oĩa opa nostra intuet vt etiā dinumeret gressus nr̄os Job. xiij. Tu q̃dez gressus meos dinumerasti. sed parce pctis meis. Oĩm ergo cautela et oĩmi diligētia eius debem⁹ cauere dispicentiā zc. Et Quinto de⁹ habitās in nobis omnē vitaz nostrā sanctificat. interiora nr̄a diuinitus inspirando. Q̃ ꝓtingit cū p ꝓiora exercitia bene humiliati dispositi z pparati sentimus in nob flagrantē ignē caritatis. q̃ videlicet ignis ex habūdanti copia oĩm gratiarū copiosas bñdictiones secū affert. ita q̃ implef in nob illud ex psona dei. Genes xxv. Modicū habuisti anteq̃ veniret ad te nūc aut̄ bñdixit tibi de⁹ ad introitū meū. Et licet de⁹ aduentu suo varijs bñdictionib nos repler. maxime tñ bñdictione triplici. scz mutatiōis. augmētatiōis z bñdictionis. Primo affert secū benedictionem mutatiōis. mutās maledictionē veter⁹ hominis in bñdictōnē. Nā anteq̃ veniret dom⁹ ad nos illi subiacuim⁹ maledictioni. de q̃ dicit in Ps̄. Maledicti q̃ declinant a mādatis tuis. Et iterū Eccl. xxv. Maledictus q̃ seruit indignis se. Et q̃ seruiuim⁹ mancipio corpis nr̄i. q̃ reuera indign⁹ z ignobil⁹ est q̃s nos. z p ꝓsequēs seruiuim⁹ diabolo z pctō. de q̃ dicit Job. viij. Qui facit pctm̄ serv⁹ est peccati. Et sic ex his oĩbus fuim⁹ maledicti. z hec maledictio mutata est in bñdictōem. ex cui⁹ virtute oĩa in nob cooperant in bonuz. Secōo portat secū benedictōem augmētatiōis cumulās sup nos meritaꝝ impleat in nob illud Genes. i. Bñdixit illis ds. z ait. Crescite z multiplicamini. Ac si bñdicēs dicat. Crescite. scz in meritis. z replete terraz corpis vestri ſrutib merita cumulātes. Tertio benedicit nos bñdictione sanctitat⁹ vel sanctificationis. q̃ ex ei⁹ benedictiōe intus z extra pomia sanctificamur. Unī Ps̄. Hic accipiet benedictionē a dño. z miscōiam a deo salutari suo. Et hanc nob prestet zc.

De sancto Gregorio. Sermo XIX.

Negociamini dū venio. Scribit Luce. xix. z legitur ad bonorē beati Gregorij i festo hodierno. Ipse em̄ est inter sūmos negociatores fidelis z prudēs negociator. Qui non solum in tempe suo. h̄ est. in vita sua. verbo z exemplo negocia dñi fideliter pegit. sed vsq̃ ad finē seculi vel ad diez novissimū scriptis suis dulcissimis aurū z lapides pciosos ad edificationē eccl̄ie nō cessat cōportare. ita q̃ de eo verificari poterit illud Zacha. xiij. Nō erit vltra mercator i domo dñi. scz sil'is illi Et eccl. xliij. Non ē inuētus sil'is illi. scz in doctrina veritatis.

Sed quereres quid Petr⁹ magni pro xpo reliquit. q̃ nihil̃ pter rethe z naue ba/buit. Ad q̃d rñdeo ſm Hre. In hac re magis ꝑsiderat affect⁹ q̃z cenſus. Multū em̃ reliq̃t q̃ totū deſideriū babendi finaliē re/liquit. Unde ſi Petro poſtea fuiſſet impiū romanū oblatū. ſi oēs diuitie gēmaz indie Auri arabie. aut hyſpanie. Delicie Troie. Alexandri honores. Salomonis gloria. aut quecūq̃z maiora hoz excogitari poſſēt Petr⁹ omnia rēnuiſſet de cetero ꝓ chriſto. vt dicit ſocius su⁹ Paulus. Omnia arbitra/tus ſum vt ſtercora vt xpm lucrifaciā. Nec mirū. Sciebant em̃ quia leuius currit ad portum nauis vacua q̃z onerata. Sic leo dū venatores ipm agitātes ſentit ventrez cibis euacuat. Sic ſymea dum agitatur a venatoribꝫ licet filios multū diligat quos ſecū portat niſi eos a ſe reiecerit. faciliter ī manus venator⁹ incidit. Sic ceruus duz ſe grauari pinguedine ſentit latebras que/rit z paſtum fugit vt macer expeditius fu/giat. Sic fecerunt iſti apl'i. q̃ ſcientes xpm nō poſſe aliter melius ſequi. nec beatitudi nem ꝓſeq̃ q̃z ꝓ exoneratiōem diuitiaz om/nia reliquerūt. Unde dicat de ipis Bern̄. Beate Petre nō ad inſipientiā tibi omia reliquiſti. Sciebas ei q̃ ſequi nō poteras oneratus. Qui em̃ oner⁹ vix ꝓ terraz va/dit. q̃uo in celū aſcēdere poterit? Sz di. Dñe iſta ſunt dura. Nam ſic oportet nos eſſe monachos. et ꝓ oñs nullus eſt verus xpian⁹ q̃ nō omia ꝓ xpo reliquit. Ad quod ego rñdeo. Conſtat bñ xpianū eſſe cū diui tijs. Unde ſi q̃s nō poteſt dimittere realiter dimittat ſaltim affectualiter. Dimittat er/go pctm̃ q̃ aia maculat. Dimittāt ſeclares vanitates. q̃bꝫ ad vana ptrahunt. Dimit/tant ꝓpriam voluntatē qua in ſupbiam ele/uantur. Dimittāt ꝓcupiſcentiā auaricie. q̃ ſemp ad cōgregandū illicite diuitias iniu/ſtas impulſant. Unde Johānes in cano/nica ſua. Non dicit. Nolite babere ea q̃ in mūdo ſunt. ſz nolite ꝓcupiſcere. Omne em̃ q̃d eſt in mūdo. aut eſt ꝓcupiſcētia carnis. aut ꝓcupiſcentia oculoz̄. aut ſupbia vite. Nec Dauid dixit. Diuicie ſi affluant noli/te eas recipe. Sz dixit. nolite coz apponere Nec apl'us dixit. j. Thimo. vj. Diuitibꝫ p̃ci pe omia dimittere. Sz dixit. p̃cipe eis nō ſublime ſapere. nec ſperare ī incerto diuitiaz bene agere. facile tribuere.

Dixi ſecundo q̃ beatus pe trus reddit cōmendabilis et venerabilis tanq̃z xpm fi deliter cōfitens. cū dr. Symon. Symon em̃ interptat ꝓfitens. Petrus autē confeſ/ſus eſt xpm verū dei filiū. Nam alijs dicē/tibꝫ eū eſſe helyam. alijs Jeremiā. alijs Jo hannē baptiſtā. alijs vnū ex ꝓphet⁹. Rñdit Petrus. Tu es xpus filius dei viui. Sup cuius ꝓfessionē xps fundauit eccl'az ſuam Sicut h dr. Sup hāc petrā edificabo ec/leſiā meā. i. ſup hanc fidē confeſſionis tue. Propter quā fidem etiā meruit a xpo bea tificari. Nam ei dictū eſt verbum themat⁹. Beat⁹ es Symon bariona. q̃r caro et ſan guis nō reuelauit tibi. Habuit autē iſtam fidē tripl'r. Primo in corde. Corde em̃ cre ditur ad iuſticiā. Rom. x. Scdo habuit eā in ore. quia ore ꝓfeſſus eam ad ſalutē ſuaz et alioz. Tertio habuit eam in ore. quia ꝓ fide mortē ſubijt ſub Nerone imperatore. Et talis fides eſt pfecta. Alioq̃n fides in corde ſine oris ꝓfeſſione dum opus eſt. et ſine operibꝫ ē mortua. vt dr. j. Jacobi. Nā demones ſic credunt z ꝓtremiſcunt. Certe multi ſunt hodie de q̃bꝫ dicit apl'us. Con/fitent⁹ ſe noſſe deum. factis autem negant.

Sūt aūt triplices hoies inter chriſtia/nos male fidei. Primi ſunt q̃ credūt corde tm̃. Et ſunt illi q̃ omnibꝫ aſſentiūt quecun q̃z p̃dicant. ſed tm̃ nō faciūt iuxta illa q̃ in p̃ dicatiōe fidei audiūt. Iſta fides eſt demo/nū. q̃ etiā inuiti oīi veritati aſſentiunt. vt dicit Jacob⁹. Alij ſunt q̃ corde credunt et ore ꝓfitent tm̃. ſed nūq̃z ſe ad opa extēdūt. Sicut illi q̃ de fide multa dicūt predicant inſtruūt. ſz opa fidei ꝓtraria agunt vt ypo/crite. De q̃bꝫ ſaluator dicit. Populus h me labijs honorat. coz aūt eoz̄ longe eſt a me. id eſt. operatio ex corde pcedēs. Tertij sūt q̃ nec corde nec ore credūt nec ꝓfitent. ymo q̃d deteri⁹ eſt. ꝓtrariū z ipi credūt z alijs p̃ dicant. ſicut heretici. Et iſti ſunt peſſimi. Iſti ergo nō merent beatitudinē ſed penā eternā. Juxta illud. Qui ꝑo nō crediderit ꝓdemnabit. Marci vltio. Ultra iſtos ſūt alij q̃ credūt corde et deuotiōe. z ore ꝓfitē/tur fidem tpe oportuno ſe offerente. et ali/os a ſe docent z inſtruūt ad edificationem et cū h operant ſm ea q̃ docent. Et iſti ſūt veri beati Petri imitatores. De q̃bꝫ Mat. v. dicit xps. Qui aūt ſic fecerit z docuerit h

magnus vocat in regno celoꝝ. Et vere nō solum in futuro sed etiā magnus in p̄senti est qui sic credit. Et hoc quantū ad plura etiā in p̄senti. Nam p̄mo magnus est apud deū. Quia per talē fidem obtinet remissionem peccatoꝝ. Per talē eīm fidē remittuntur peccata. Secundo magnus est. Quia talis meret demonioꝝ expulsionē. Marci vltimo. Signa autez eos qui crediderint hec sequent. Et sequit. In nomīe meo demonia eīciēt. Tertio talis fides meretur optatoꝝ consecutionē. Iuxta illud Mar. xj. Omnia quecūqz orantes petitis credite quia accipietis. et euenient vobis. Et Jacobi. j. Postulet in fide nihil hesitans. Istud patet de Alexandro magno. quia licet paganus. tamen quia credidit potentie dei. ad ip̄i⁹ petitionē de⁹ p̄clusit filios captiuitatz decem tribuū inter mōtes caspios qui ibi detinebant. p̄ter ydolatriā per eos cōmissam. Unde Josephꝰ ait. Deus quid facturus est p̄ fidelibꝫ suis. si tantū fecit p̄ infidelibꝫ. Idem patet de regulo. Johan. iiij. Ad cuius fidē xp̄s sanauit filium suū. Idem de Centurione. cui p̄ sola fide puer sanatus est. Matth. viij. Ultimo fides cōfert beatitudinē t eternā benedictionez. Joh. xx. Beati qui nō viderūt et crediderunt. Ubi Grego. dicit q̄ in hac sententia sumus nos signati qui eū quem carne nō vidimus mente tenem⁹.

¶ L ¶

Dixi tertio q̄ in verbis p̄missꝫ beatus Petrꝰ redidit cōmendabilis tanꝯz xp̄m ardenter diligens. cum ōr. Petre. Petrus eīm dicitur agnoscens vel diligens vel firmꝰ. Ipe eīm xp̄i diuinitatē ceterꝫ clarius agnouit. agnitam dilexit. et in eius dilectione postea firmior extitit. et p̄ consequēs tres status in se expressit. scz incipientiū. proficientiū. t perfectoꝝ. De ip̄ius autē dilectiōe qua arden/ter xp̄m dilexit habet Joh. xxj. vbi dicitur q̄ xp̄s eum ter interrogauit an eum diligeret. Et ip̄e respondit ter dicēs. Tu scis q̄ amo te. Cui xp̄s cōmendando vniuersalē ecclesiā dixit Pasce oues meas. Bene ergo querit ab eo. Symon diligis me pl⁹ bis. Quasi expresse diceret. Ille q̄ eligit ad officiū p̄lationis debet deū diligere p̄ ceteris Quia s̄m Greg. tm̄ debet p̄cedere actionē populi vita p̄sulis. quantū distat a gregevita pastoris. Et ideo videt q̄ ille q̄ aliquem eligit ad tale officiū tenet semp eligere melioꝛē. Non tm̄ intelligat melioꝛ. i. litteratioꝛ vel astuciοꝛ. sed ille q̄ omnibꝫ ꝺditionibꝫ p̄satis melioꝛ est tali officio ad honoꝛem dei t eccl'e vtilitatē s̄m iudiciū eligēris. Aliter aūt si eligens aut p̄mouēs nō attendit ad honoꝛē dei. et ecclesie vtilitatē nō videt diuinū iudiciū euadere. Et sic cū dilect⁹ sufficit eligere. Q aūt s̄m iura ꝺꝛ de elec. c. Cū nobis olim. et. c. Cum dilect⁹. sufficit eligere sufficientē. Hoc est s̄m iudiciū humanū per q̄d talis nō est puniēd⁹. cū s̄m veritatē aliqua mala p̄mittant humano iudicio incorrecta p̄ter maiora mala vitāda. q̄ tm̄ diuino iudicio sunt corrigēda. s̄m quod dic̄ Aug⁹. li. j. de libero arbitrio. Sed quid dicit Petrus xp̄o. audiamus attentius. Dicit eīm. Tu scis dñe quia amo te. Nō dicit s̄m Lyrā. plus q̄ alij. sed absolute respondit. quia exp̄tus p̄prie facultatz in xp̄i negatiōne nō fuit ausus vltra se efferre in xp̄i dilectione. sed vitatē t ardoꝛē sue dilectōis posuit in iudicio xp̄i q̄ secreta cordiū scrutat. Unde sequit. Et ꝓtristat⁹ Petrus. quia xp̄s dixit ei tertio. Amas me. Non est intelligendū q̄ esset ꝓtristat⁹ ex indignatiōe cōtra xp̄m. qꝛ ter repetiuit querendo eū. non accḗscendo ꝓbo p̄mo ip̄i⁹ Petri. sz fuit turbatus. eo q̄ sciebat eū scire etiā oīa fuka p̄ter q̄d timuit ex tali replicatiōe q̄ christ⁹ vellet sibi p̄dicere aliquē casum suū futurū sicut p̄us fuit factū. Mat. xxvj. Mar. xiiij. et Lu. xxij. Ubi p̄dixit ei negatoz futuram. Et ideo merito turbat⁹ Petr⁹. p̄ter q̄d dixit ei. Dñe tu scis oīa. quia amo te. Quasi diceret. Tu scis oīa p̄tia et futura. et iō nūc scis qꝛ diligo te. Sed q̄d michi sit futurū nescio. sed tu scis. Et quo patet q̄ dilectio Petri fuit magna maiοꝛ et maxima vltra alios ap'los erga xp̄m. saltē p̄ tunc cū eum quesiuit. Nam Petrus iam tunc erat paratus t disposit⁹ p̄ xp̄o oīa ꝓtemnere Et iste est p̄im⁹ gradus dilectōis. quando p̄ amico bona nostra nō p̄deram⁹. Tanticoꝛ vltimo. Si dederit homo p̄ dilectione omnē substantiā suā quasi nichil despiciet eam. Fuit etiā dispositus tūc relinquere omnē affectū carnalē amicoꝝ filioꝝ vxoris t parentū p̄ xp̄o. Et iste est maiοꝛ grad⁹ dilectionis. Matth. xix. Omnis qui reliquerit vxorem vel filios aut patrē aut matrez

Fuit etiā paratus tūc ponere animā p̄o

christo. Et iste est maxim⁹ gradus dilectionis. Joh.xv. Maiorem hac dilectionē nemo habet nisi vt animā suā ponat ꝙs pro amicis suis. Insuper fuit tūc paratus ponere vitam ꝓpriam. Non solum pro persona christi inquantū occurreret eum iteruz mori sed etiā p eius quolibet mimo fideli. Et iste fuit intēsissim⁹ gradus dilectionis ꝓpter ꝙd tp̄us cōmisit sibi ecclesiā. quia in eo cōsiderauit maximū zelū quē habuit ad subditos xp̄i. sicut patet in eo ꝙ vt dicitur Math.xviij. quesiuit quotiens dimitteret fratri in se peccanti.z de Johanne. ꝙd esset de eo futurū Joh.vltio. Et ip̄m sepius de dispositiōe ecclie z suoz fideliū interrogauit. Et ꝙd omnib⁹ patet ꝙ xp̄s multū sibi ponderat animas fideliū exquo ita studio se curam ip̄az Petro cōmisit. Nec mirum p̄cioso em̄ sanguine eas redemit. quia per mortē redemit. Unde dicit Joh.x. Scōo ex hoc habet ꝙ cura animaz nō nisi diligētibus deū debet cōmitti. Unde nō est dictuz petro. diligas oues. sed me. vt significaret quia mercenari⁹ est qui oues ꝓpter lanā tēporalis cōmodi diligit z nō honorem dei in eis querit. vt dicitur Joh.x. Tertio ex hoc habet ꝙ curā animaz suscipiens debet habere dilectionē dei z maiorē ceteris. scz vt diligat cordis affectiōe z opis exhibitione. Et quia hoc tertiū graue est. ideo merito contristat⁹ est Petrus in tertia interrogatione. Quia igitur beatus Petrus hec tria habuit. ideo in dilectōe dei maior fuit Et p cōsequens in gloria celesti sup alios maior extitit. Ad quod nos pducat. tē.

De visitatiōe beate Marie ꝟgis. I Sermo. XXXI.

Benedicta tu inter mulieres. Luce p̄mo. Licet virgo gloriosa mater dñi nostri ihu xp̄i omniū gratiaruz copia sit repleta. eo ꝙ sic eam angelus salutauit. Aue inquit gra plena. Luce.j. Et ipsa de se dicit Eccl.xxiij. In me omis gratia vite z veritatis. Tamē de nulla virtute redd̄it sic cōmendabilis sicut de virtute humilitatis. Unde ip̄a quasi oblita omniū virtutū z gratiaz de se dic. Respexit humilitatē ancille sue. Non mir. quia nō est vita securior et tutior pueniendi ad regnū celoz ꝓter humilitatē p quā et non aliā ip̄e xp̄s z mater sua. ymo oēs sancti maiores et minores ad regnū celoz peruenerūt. Nam de christo dicitur. Humiliauit semetip̄m formaz serui accipiens. De alijs sanctis dicit Isaie.xl. Oīs vallis exaltabit̄. quo ad maiores sanctos. et oīs collis humiliabit̄. quo ad minores. Licet autē p̄ncipiū huius vie sit multū infimū. tamen finis eius est summū. Nam finis eius in p̄senti est gratia. Juxta illō Jacobi.iij. Humilib⁹ dat gratiā z in fuko gloriam. Juxta illud Job.xxij. Qui humiliatus fuerit erit in gloria. Cum igitur virgo gloriosa fuerit summe humilis. eo ꝙ facta regina celoz z domina angeloz z dominū se ancillam appellauerit. Luce.j. merito ad sūmā bñdictionē peruenit. Hoc āt ꝙ se ancillā humilē nominauit verbo. sicut dixit sic fecit z opere cōpleuit tunc vicz quando Elizabeth cognatā suam visitauit vt ei seruiret in partu. Hōm Bernhardū. Vere magna humilitas Marie q̄ habēs tā p̄ciosum thesaurū totius mundi. vnigenitū vicz dei filiū. creatorē celi et terre. non dedignatur fatigari ad eius seruū Johannē in vtero Elizabeth conceptū. Hanc hūilitatem Elizabeth cōsiderans in Maria conticere nō valuit. sed quasi admirando damauit dicens. Unde mihi hoc vt veniat mater dñi mei ad me. Et qua quidē humilitate quid ꝓsequeret. ꝓsequenter dixit. Beata que credidisti. qm̄ ꝑficient in te que dicta sunt tibi a dño. z eris benedicta inter mulieres. vt dicūt verba nostri thematis. Circa verba nostri thematis tria sunt considerāda. ex quib⁹ redd̄it virgo intemerata multum cōmendabilis z gloriosa. z hoc ſm triplicem eius in euāgelio p̄senti excellentissimā virtutem. Vocat em̄ humilis a seip̄a. ab Elizabeth fidelis z credula. et ab eadem mirabiliter ꝓclamatur genitrix fecunda Ac per hoc ex his omnib⁹ redditur digne cōmendabilis tanq̄s inter mulieres benedicta. Primū tangit de se dicens. Respexit humilitatē. Hōm Elizabeth dicēs Beata q̄ credidisti. Tertiū cū addit Unde michi hoc vt veniat mater domini mei ad me.

Dixi primo ꝙ virgo btā reddit̄ cōmendabilis ex virtute humilitatis. Circa ꝙd sciēduz ꝙ virtus humilitat̄ inter oēs ꝟtutes

reddit cōmendabilis et quattuor. Primo ꝓpter gratie impletionē. Secūdo ꝓpter implete augmentationē Tertio ꝓpter augmētate ꝓseruationē. Et quarto ꝓpter cōseruatevel ꝓfirmate glorificationē. Primo nāq; humilitas meret gratie impletionē. iuxta illud ps. Qui emittis fontes in conuallibꝫ id est. grām tuā prestas humilibꝫ. inter mediū montiū ptransibūt aque. Duo mōtes sunt due species superbie. Quarū vna nascitur ex re tempali. alia ex re spuali. Inter istos duos mōtes est vallis hūilitatis nō delinās ad aliquā spēm supbie. Et in isto scz medio ptrāsibūt aque grar. Secūdo hūilitas replete gre meret augmētatōz Et ħ potest ostendi p tria exempla. Primo p exemplū pupille. quia ām Greg. quāto pupilla est nigrior z minor. tanto est lucidior Sic z homo quāto est despectior coraz se ipso. tanto est maior corā deo Cantico. j. Nigra sum sed formosa. Nigra sum in reputatione mei. z ideo formosa in cōspectu dei. Quo ad ħ compar humilitas lapidi pcioso calcedonio q̄ est pallidus. nec lucet in domo inter parietes inclusus. sz in aere et in radijs solaribꝫ posit⁹. Sic hūilitas pallescit repuratiōe sui. quia gloriam nō petit ab hominibꝫ. Nec lucet inter parietes presentis corruptibilitatis. iuxta illud. Nunc filij dei sum⁹. sed nondū apparet q̄d erimus Sz dū venerit ad pspectū veri solis post q̄s dissoluent parietes corpis mortal' tunc apparebit pulcritudo z claritas h⁹ lapidis. Scōm exemplū patet p exemplū candele. q̄ quāto plus inclinat tāto plus inflāmat. Sic z homo quanto plus inclinat per humilitatē tāto plus inflāmat in dei caritate. q̄ corda fideliū ita accendunt ita q̄ fere sunt in amorē puersa. sicut ferrū pfectuz in ignē totū est ignis. Cāti. v. Amore lāgueo. Et sicut cera i igne q̄ tota fit liq̄da z ignea Cantico. v. Anima mea liq̄facta est. Et sicut homo vulnerat⁹ q̄ totā intentiōem ad vim sui doloris puertit. Unde dicit ibidē. Vulnerata charitate ego sum Et sicut aer illuminat⁹ q̄ tot⁹ in radios lucis puertitur Tertiū exemplū patz p exemplū aque. que q̄nto plus descēdit tāto plus ascēdit. Vñ Aug⁹. Descendite vt ascendat⁊ ad deū. Descendistis em̄ ptra eū ascendendo. Tertio hūilitas meret gre augmētate pseruatōem Et ħ ostendit p tria exempla. Unū exēplū est cineris. Sicut em̄ cinis pseruat ignem sic hūilitas pseruat grām spūssancti. Unde Eccī. x. Quid supbis terra z cinis. Et sicut cinis ignē sic hūilitas pfuabat Abraham in gra dicēte Gen. xviij. Loquar ad dñm. q. d. non. cū sim cinis z puluis. Scōo pz ħ p exemplū arboris. Rami em̄ arboris qui sunt in imo sunt securi positi. sed q̄ sunt in altū leuati sepe frangunt a violentia venti Ideo lucifer corruit qr in supmo stare voluit. Isa. xiiij. Similis ero altissimo. Tertio patet p exemplū pulueris. Virtutes ei sine hūilitate sunt sicut pulueres. sed cum hūilitate sunt sic firma terra et solida. Unde Greg. Qui sine hūilitate virtutes cōgregat quasi qui pulueremꝫ ptra ventum portat. Quarto meret hūilitas gre pseruate glorificationē. Et ħ ostendit Aug⁹. p tria exēpla. Primo p exemplū turris dicēs. Cogitas magnā fabricā pstruere celsitudinis ō fundamēto cogita hūilitatis. Qui em̄ vult turrim pstruere p quā ascēdat ad celestem celsitudinē. ponat. p fundamēto hūilitatē. Istud fundamentū ponebat apl's dicēs. j. Cor. iij. Dei edificatio est⁊ vt sapiēs architectus fundamentū posui. Scōo p exēplū arboris. Unde dicit. Arborem attēdite. figit radicē in hūili vertice tendit ad celuz. Si sine radice auras petit ruina est nō ēremē tū. Qui igit facit siue figit radicē i hūilitate faciet fructū altissimū in celesti hereditate. iiij. Reg. xix. Quicūq; relict⁹ fuerit i domo inda mittet radices suas deorsum z faciet fructū sursū. Tertio p exemplū etatis. Unde dicit ibidē Aug⁹. Si magn⁹ vis esse incipe a mimo. Homo em̄ pmo est paru⁹. et postmodū p etatem crescit z fit magnus Ideo. j. Reg. xv. dr. Nōne cū paruus esses in oculis tuis caput in tribubꝫ factus es. Hoc saluator p exemplū ostēdit. Nam statuēs parulū dixit. Quicūq; hūiliauerit se sicut paruulus iste. ħ maior est in regno celor. Math. xviij. Quia igit beata ꝑgo pfecta hūilitatē habuit. ideo meruit fieri mater xpi. Dicit em̄ Bern⁹. q̄ beata ꝑgo z si ex ꝑginitate placuit. tamē ex hūilitate pcepit. Quantūcūq; em̄ fuisz ꝑgo si humilis non fuisset. deū nō pcepisset. Unde quia ex humilitate pcepit. ideo hūilitas quodāmodo dicit mater xpi.

B

Dixi secundo q̄ ꝑgo gl'osa reddit cōmē

dabilis ex fide p fecta credulitaſ. Qđ testatur Elizabeth dicens. Beata q̄ credidisti. Circa ħ sciendū q̄ sic būilitas merek beatitudinem. vt ipa dicit in Cātico. Ecce em̄ ex ħc brām me dicēt oēs generatiões. Ita fides merek beatitudinē. Juxta illd. Brī q̄ nō videret et crediderī. Joh. xx. Fuit aūt fides in ꝟgine brā pfecta. pfectior. et pfectissima. Perfecta. q̄ fuit opib⁹ ꝟiuncta. Perfectior. q̄ charitati annexa. Perfectissima. q̄ fuit pseverans et firma. Primo fuit eius fides pfecta. q̄ fuit opib⁹ ꝟiūcta. Opa enim ꝟtutū cardinaliū. vt fortitudinis. tpantie. prudētie. et iusticie. in ea pfecte fuerūt. Hā p fortitudinē restitit dyabolo. p tpantiā carni et appetitui inordinato. Per prudentiaz mūdo. Per iusticiā regulate vixit cū primo Ideo et ista fides ē pfecta. Alioq̄n sine operib⁹ bz ociositatē. Et ista est fides malorū xpianor. Jacobi. ij. Fides sine bonis operib⁹ mortua est. Scdo adhuc habuit fidez pfectiorē. j. Cor. xiij. Si habuero omnez fidē ita vt montes trāsferā. charitatē autez nō habeā. nihil michi pdest. Ista est fides demonū q̄ sunt extra statū merendi nec vlterius charitatē possunt hre. De quor fide dr Jacobi. ij. Tu credis q̄ vn⁹ est deus et bñ facis. et demones credūt et ꝟtremiscūt O q̄s mlti mlta mira de se iactāt clarissimā fidē se hre asserentes Sed q̄a sine charitate dei et primi. i. non intendūt p ħ primorū edificationē aut dei bonorē. ideo audient in iudicio. Discedite a me maledicti. q̄ nū q̄s vos noui. Math. xxv. Quid g̃ dicunt q̄ dam hesitātes de fide cātholica et aplica. q̄ est sub obedientia ecclie romane. Ecce heretici faciūt miracula. Ecce subijciūt ipor ditioni orbē terraz. Ecce nullus pt eis resistere. si non esset eor fides recta nūq̄ de⁹ eis adesset ꝟtra suos xpianos veros. Nū q̄d nō defendit eos de manib⁹ eor. Quib⁹ ego rndeo. q̄ ħ de⁹ pmittit iusto et tm occulto iudicio. Primo em̄ Amb⁹. xviij. q. v. Remittūt. ꝛc. ad puniēdū pcā hoīm fidelium Un̄ dicit ibid̄. Q̄ sic duob⁹ modis remittunt pcā. scz p orōez vel p pdicatōz. ħ est p ꝟbū dei. et p ꝟfessionē sacerdoti factā. Ita etiā duob⁹ modis puniunt. scz p iudices q̄ ptāte ad temp⁹ ytunt. Et p xp̄os alienos iussu dei excitatos. Sic sepe legim⁹ q̄ xpē diuine maiestaſ offensam subiect⁹ ē pl̄us iudeor. Un̄ dicit ibidē. q̄ aliq̄n pcā puniuntur p nesciētes. sic p Sēnacherib et per Antiochū et Tytū et Vespasianū. et alios reges gentiliū p q̄s iudei erant puniti. Et hij sunt q̄si instrumentū diuine iusticie. xpē q̄d compank serre vel securi Isa. x. Que sūt instrumēta insensibilia. q̄ gloriari non pōt si cū eis man⁹ artificis aliq̄d faciat. Similiter est de hereticis. Non em̄ possunt gloriari dicentes. Quia de⁹ est nobiscū. quia p nos talia facit. Aliq̄n ꝟo pcā punit p scientes. sic p iudeos puniuit amorreos. q̄z terrā iudei receperūt et possederūt ipis expulsis de spāli mandato dei. quo dictū est Abrahe Hēn. xij. Semini tuo dabo terrā hanc. q. d. tibi nō dabo. sed semini tuo. Cuius ratio sequit. Hondū em̄ sunt ꝟsūmata peccata amorreor. que tunc intelliguntur ꝟmo fuisse ꝟsummata cū israel exijt de egypto. Et quotiens hoc fit tūc est iustū bellū et noxius sanguis sine culpa effundit. Aliquādo ꝟo excitant mali ad puniendū peccata malor. i. in signum eor qui sunt futuri boni. vt tandez p bonos correctores ipi quoq̄ puniant. Sicut in libro Judicum de Jabin rege Chananeor. et de Madianitis legit Judicū. iij. Q̄ pter ydolatriaz populi suscitauit eos dñs deus isrl vt affligerent et terrā eor occuparent. Cum aut̄ pl̄us dei sub manib⁹ eorū diutius afflict⁹ peccatū suū recognosceret et p penitentiaz sibi deū placaret. Et ex pcepto dī Barach comitatus Delboram pphetissam yrorē Lapidoth. Jabin regē Chanaueor et Sizarā ducē exercitus sui ꝟtriuit. Et Gedeon zebee destruxit et Salmana. Unde et reges Madianitaz et Oreb et Zeb duces eorū morti tradidit. Item pz p hist̄oriā d̄ Juda duce israel ptra tribū Beniamin Judicū. xx. Qui pstrati fuerūt pter eor pcā. q̄z voluerūt vlcisci pctm̄ adulterij leuite eorū in Gabaa factū. existentes ipi pctōres. tertio tm̄ post q̄s egerūt pniaz de⁹ dedit eis victoriā. Et ex ħ dicit Hre. Q̄ q̄ vult aliū corrigere pus debet ipe pctō carere. Ex his igitur pz si nō essent pcā in xpianis hereticī nō pualerent eis. Unde Achior loquens ad Holoferne Judith. vj. dixit. Huc g̃ mi dñe pquire si est aliq̄ iniq̄tas eor in conspectu dei eor ascendam⁹ ad illos. q̄m̄ tradēs tradet illos tibi deus eor. Si aūt non est offensio pl̄i huius corāz domino deo suo non poterim⁹ resistere illis. Hec ibi. Hinc

dicit Leuitici.xxvij. Si in pceptis meis ambulaueritis pseqmini inimicos vros et corruet cora vob. Si g volūt catholici potiri victoria de hereticis habeant secū deū.exēplo Abrahe.Dauid.Josue.z aliox. Tertio fides Marie fuit pfectissima. Primo.quia pseueras z firma ptra fidē dubitantium p pusillanimitatē. ūde dr. Modice fidei qre dubitasti. Math.xiiij.et Luc.viij. Ad tps credūt.sz in tpe temptatiōis recedūt. Non sic Maria q tpe passionis xpi omnib dubitātib z fugientib firma pmānsit in fide. Jōde ea potest dici illud Math.xv. O mulier magna est fides tua. ꝓpter ꝺd beata es que credidisti.

Dixi tertio q ꝺ ꝼgo gloriosa redditur cōmendabilis et virtute materne fecūditatis. vnde ei dicit Unde mihi ℔ vt veniat mater dñi mei ad me. Circa ꝺd sciendū q virgo gloriosa est mater xpi p naturā.z omniū fideliū p grāz z misericordiā. Et ex ℔ est summe bñdicta inter mulieres.quia nulli mulieri est ℔ collatū vt sit mater dei p naturā.z mater totius generis hūani p grām. Licet em Eua fuit mater generis hūani.nō tn p grām.sz p naturā z culpā. Et ideo fuit mr maledicta nō bñdicta. Tria igit sunt ꝓsiderāda. Primo quō ꝼgo gloriosa fuit mr xpi. Secōo quō mater nra. Tertio quō bñdicta inter mulieres. De ꝑmo sciendū q ꝼgo gl'osa fuit vera mater z studiosa mr z pia mr. Vera mater fuit qz materiā carnis sibi dedit.z cōsumptē locū in vtero tribuit. Dic ipa de se ait Qui creauit me requeuit in tabernaculo meo. Eccli.xxiiij. Et cū ℔ ei ꝓueniēs nutrimentū exhibuit. Ista em faciūt ea veram matrem. Un in pona xpi dr Bap. vij. In vētre matris figurat sum caro. Secundo fuit mr solicita circa xpm ipm educando. ipm ab inimicis ꝓfugando.ipm i templū ducendo.z circa ipm oia opa misericordie exercendo. Na ipm nouē mēsib hospitauit. carne vestiuit.i cruce positū visitauit.z ad sepulcrū deduxit.ꝛc. Tertio fuit pia mr erga eū.qa nūqz alicui duro ꝼbo eū corripuit.sz pie hortabat Joh ij. Fili vinū nō habēt. Et Lu. ij. Fili ꝺd fecisti nob sic. Hec mirū q tā pia fuit.qz in ea fons pietatis nouē mensib hospitauit. De scōo quō ipa sit mr nra.mater misericordie z grē. Sciendū q Maria est gratiosa pctoribus. Primo.qz est mediatrix inter deū z hoīes. Sic aurora inter diē z noctē ps. Facta est nox.in ipa ptransibūt omnes bestie silue. Nā em peccatox est i tenebris peccatox.tūc bestie infernales ptranseunt cor suū z pascunt oblectamētis viciox.sed cuz apparet aurora.i.gratiosa mr Maria. tūc fugiūt ad latibula infernalia z abscondunt. Un seqr. Orit sol z ꝓgregati sunt z in cubilib suis collocabūt. Et tūc ꝑmo bō exibit ad opationē suā.qz tūc bō abilis fit ad bn opandū qn ad inuocatōez Marie demones recedūt. Scōo est mater gratiosa.qz est semp auxiliari parata z ꝑqua. Un compar lune q sic ceteri stellis est ꝑre vicinior.sic Maria ceteris scīs est ꝑpinqor Et sic luna bz efficaciā sup mare. sic maria sup amaricatos pctores qs dulcit ꝓsolar. Un ipa dic Eccli.xxiiij. Trāsite ad me oēs q ꝺcupiscitis me z a generationib meis implemini. Et seqr. Spūs me sup mel dulcis.q sz amaritudinem vestrā dulcorabo. Tertio est mr gratiosa qz est adiutrix communissima sic sol oīb lucet. Mat.v. Et sic sol bz tres planetas sup se z tres infra se. z ipe est in medio. Sic Maria bz tres psonas diuinas sup se.z tres status saluādorū infra.sz ꝼginū.ꝓtinentiū.z ꝺiugatorū. Quarto est mr gratiosa qz est ꝑtectrix ordinatissima. Un dr. Terribilis vt castrox acies ordinata. Et ꝑe terribilis demonib qsi hostib. Un demones timēt nomē suū vel salutatōem ei sic baculū vel virgā verberantē.eo q ipa est ꝼga ex israel orta: Numeri.xxiiij. Sine g grauemur a dyabolo. sicut Theophilus.siue a carne.vt Maria egyptiaca.que appellauit ad misericordiam dei p clementiā Marie. Et Aug. dicit. Peccatox iusticia dei sententiat appellet ad misericordiā Marie z ꝓseqr misericordes sic pī eox misericors est Luce.vj. Tamen Marie misericordia est maior. Est em misericordia ei excedens.congrua.z potens. Excedens in ℔ quia nō est respectu vnius certe pone aut patrie aut regni sed omnib diffundit. Et in hoc excedit sanctos alios. quib in certis casib est concessum auxilium misericordie sue impendere. Ut sancto Nicolao in periculis aquarū. Sancto Anthonio in periculo ignis.z sic de alijs. Sed ista in omnibus. Unde clamam ad eam. In oīni tribulatione et angustia nostra.succurre nob

pfissima ꝙgo Maria. Est etiam ei⁹ miscdia cōgrua. qz tūc cū est magz necessaria adest. Juxta illud Eccī. xxxv. Speciosa miseri/cordia in tpe tribulatiōis. Unde compat lune plene. q̄ lucet p totā noctē tribulatōis nō tm in pncipio. aut in medio. aut in fine Sunt em alīq̄ sancti q̄ iuuant tribulatos nō in pncipio. sz aliqñ pmittūt eos tribulari in pncipio z medio. sz tm iuuāt in fine. Sicut legīt de btō Jeronimo. q̄ in fine tribulatiōis Siluanū epm in Nazareth adiuuit cū decapitari debuit. Sz ꝙgo gl'iosa ē sicut luna plena. q̄ lucet in pncipio tribulationis dando pstantiā. in medio dando p/seuerātiā. in fine dando coronā. Hec mirū q̄ sic tribulatos adiuuat cū ipa etiam fuit tribulata tripl'r. Primo fugiēdo i egyptū. Scōo pdendo filiū in festo. Tertio videndo filiū crucifixuz in patibulo crucis. Est etiā eius misericordia patens. eo q̄ oīnib⁹ patet. Nā q̄dam sancti claudūt suas misericordias indignis. sed ista offert indignis z de indignis dignos facit. Unde cōpat se oliue nō clause in orto. sz aperte in campo. Eccī. xxiiij. Ego quasi oliua speciosa in cāpis. ad quā quilibet scz potest accedere. Et Canticoz vocat se flozem campi z liliū cōuallīū. i. depressoz. Unde ipa dat faciliter. quia apertā manū semp tenet. largiter. q̄ntūcunq̄ ꝙs potest optare. plenā manuz porrigit. qz gra plena. Et vniuersaliť dat. quia oīnib⁹ indifferenter. Unde nō est q̄ se abscondat a calore eius. De q̄ dicit Bernī. De plenitudine ei⁹ accipiūt vniuersi. Eger curationē. Tristis ꝙsolationem. Peccatoz veniam. Justus gratiam. Angelus leticiam. Filius humanitatē. Et tota trinitas gloziā. Propter igiť tam excellentes prerogatiuas būlitatis credulitatis fecunditatis ꝙgo gloriosa dicīť inter mulieres benedicta. ¶ D ¶ Pro quo sciendū q̄ virgo gloriosa fuit benedicta a trib⁹. Primo ab angelo salutante. Luce pmo. Secūdo ab Elizabeth exclamante z ꝙphetante. vt hic. Tertio a deo ipam confirmāte verificauit ecclesiaz. Benedicta tu filia a dño. Judith xiij. Benedicta es tu filia a dño deo excelso pre oīnib⁹ mulieribus sup terrā. Et in hac triplici differētia designat q̄ oīs naīa itellectualis siue homo. siue angelus. siue de⁹. in laude ꝙginis delectaī z quodāmodo benedicīť. Prima benedictio fuit ad manifestandū ipsius excellentiā quā habuit i corpore. Secūda ad eam quā habuit in mēte Tertia ad eam quā habuit in vtroq̄z. Uñ Elizabeth est substantia corporea. Angel⁹ substantia incorporea. et de⁹ vtriusq̄z conditor. Habuit igitur in natura corporea quadruplicē benedictiōis excellentiā sup omnes mulieres. Omis em mulier concipit corrupta. lactat ptaminata. parit anxiata. moritur postmodū incinerata. Ista est maledictio data Eue Heñ. iij. Et multiplicabo erūnas tuas. Econtra virgo gloriosa concepit sine corruptiōe. lactauit sine cōtaminatione. peperit sine lesione. obīt sine incineratione. De conceptione dicīť Eccī xxvij. Ecce odor filij mei sicī odor agripleni. cui benedixit dom⁹. Sicut em odor ab odorifero procedit sine corruptione. sic filius dei de virgine sine ventris Marie corruptiōe. Unde ipe dicit Ecclesiastici. xxiiij. Ego quasi vitis fructificaui suauitatez odoris. Secūdo fuit benedicta in anima quadruplici benedictiōe super oīnes mulieres. Mulier em est seducibilis ad credēdum. leuis ad loquendū. facilis ad irascēdum. et grauis ad indulgendū. et debilis ad patiendum. De seductiōe patet Heneē iij. vbi Eua dixit. Serpēs decepit me. De lenitate in locutiōe dicit ap'lus. Mulierē in eccl'a loquī nō pmitto. scz ꝓpter lenitatez De facilitate ire Eccī. xxv. Non est ira sup iram mulierz. De debilitate pacientie dicīť Prouer. xltio. Mulierē fortē ꝙs inueniet. Sz ecōtra virgo gloriosa se habuit. Fuit em pnuncia fidei nr̄e in pclara cognitione Magnam certe fidē habuit cū se credidit habiturā prolē z nō pditurā pudorē. Cognoscebat se ꝙginē būilem. z tū credebat se ad tam incōprehēsibile mysteriū electā. Et qz a virgine pcessit auctor fidei et tot⁹ generz būani. ideo tam btā ōz q̄ de⁹ benedictionē oīnīū gentiū dedit illi Eccī. xliij. Contra secundū fuit magistra eccl'e. inverbi xpi conseruatiōe. Luce ij. Maria cōseruabat oīa ꝙba hec. que apostolis postea reuelauit. Contra tertiū fuit regina misericordie in defectuū nostroz compassione et in tristicia. ita vt de ea dicaī illud pmi. Regum. xxv. Benedict⁹ deus israel qui misit te in occursum meū. z bñdictū eloquz tuū. z bñdicta tu q̄. phibuisti me ne irem ad sanguinē. Sūt ꝙba dei patris ad ꝙginē spūa/

liter intellecta. Contra quartũ fuit cõstantissima in pacientia ⁊ fortitudine in filij sui passione. Unde Joh. xix. 02. Stabat iuxta crucẽ Maria mater ihu. scz apostolis recedentib⁹. Et licet doloris gladius animã eius totiens ptrãsiuit quotiens vidit filiũ vulnerari. nihilomin⁹ fortiter stetit. Unde potest dici de ea illud Ruth. iij. Benedicta tu filia a dño q̃ priorez misericordiã posterioze supasti. Prior misericordia fuit. quia dedit carnẽ filie dei vt fieret pciũ nostre redemptiõis. Posterior q̃ spũs eius transfigebat gladio passionis. vnde stabat sub cruce. nõ cecidit. quia mori nõ potuit p̃ fortitudine. Tertio fuit benedicta in vtroq3. scz in corpe ⁊ anima. Et hoc habet quadruplici benedictione sup oẽs mulieres. Legimus siquidẽ mulierẽ pmo esse originẽ culpe. quia a muliere factum est iniciũ peccati Eccĩ. xxv. Scõo seminariũ concupiscẽtie. Eccs. vij. Inueni amariorẽ morte mulierẽ. Tertio plenã malicie. Eccĩ. xxv. Breuis omnis malicia sup maliciã mulieris. Et q̃r to subiectũ ignominie. Unde in Esdre. j. dicit. Lex Moisi subiectas facit mulieres Istos quatuor defect⁹ destruxit virgo gloriosa sua benedictiõe. Nam contra primũ scz originalẽ culpã fuit in vtero sanctificata. Unde Aggei. ij. dicit. Nũquid lignum oliue nõ floruit ex die ista benedicta. q̃si divitiq3. Statim em̃ post eius conceptõez fuit purgata ab originali peccato et sic floruit sanctificatione. Unde de ea potest dici. Dñe puenisti eam in benedictionib⁹. Secundo fuit benedicta extra vtez in salutatione angelica. et sic ab oĩ cõcupiscentia purgata. Unde ps. Benedixisti dñe terrã tuam. Hec est terra que fluebat lac ⁊ mel. Lac fluxit quãdo corp⁹ lacteũ ⁊ purissimũ dedit xpo. Mel de celo descendit quando diuinitus de celo descendẽs fuit humanitati vnita. Et tunc auersa est captiuitas. q̃r lex membroz. id est. fomes cõcupiscentie. quo captiuamur in peccatũ. in ẏgine fuit destructa. Tertio fuit benedicta in filij dei inhabitatiõe. Quando em̃ fili⁹ dei nouem mẽsib⁹ inhabitauit vtez ẏginis. tũc multo pfecti⁹ q̃s pus est sctificata. vt dicit sanctus Thomas. Sic em̃ pz q̃ m⁹to pl⁹ vas icorporat sibi saporẽ vini q̃ est vinũ lõgo tpe in eo q̃s q̃ solũ pfundit vino. sic ẏgo gl'osa sepius pfusa gra ĩ sũmo est sctificata. Unde pt dici de ea illud Hebre. vj. Terra supuenientẽ sepe bibẽs ymbrẽ et germinãs herbam oportunã illis a q̃b colit accipit bñdictionẽ. Tũc em̃ ẏgo in vtroq3 hodie fuit bñdicta singulariter. ita vt ei⁹ cultores ab ea replent bñdictiõe. Quarto fuit bñdicta in corpe ⁊ aia q̃ fuit super oẽs angelos exaltata. Juxta illud Judith. Bñdixerũt Judith oẽs vna voce dicẽtes. Tu gloria irl'm. tu letitia isrl'. tu honorificẽtia plebis nr̃e q̃ fecisti viriliter. ⁊ ꝓfortatũ ẽ cor tuũ. eo q̃ castitatẽ amauers. Et seq̃t. Jo bñdicta ers in sc̃lm. Tũ igit⁹ de⁹ dedit bñdictez oĩm gẽtiũ ẏgini gl'ose. ideo ad eã oẽs currãt idigẽtes ⁊ deficiẽtes ⁊ miseri. Si q̃s ãrit amicã pulcrã h̃ est tota pulcra Canti. j. Si q̃s obscurat tenebris pctõz. h̃ est sol illuminans q̃ electa vt sol. idẽ. ⁊ pulcra vt luna. Si q̃s pulsat tẽptatõib⁹. hec ẽ lapis ꝓterẽs statuã Nabuchodonosor. Daniel. iij. Si q̃s debilis. ipa ẽ ois armatura fortiũ Can. iiij Si q̃s fluctuat cogitatõib⁹. hec est nauis. Prouer. vlc. Si q̃s errat. h̃ ẽ via patẽs et porta in celũ. Si q̃s fordidat. h̃ est fõs patẽs in ablutõz. Zach. xiij. Si q̃s sitit. hec ẽ put⁹ aq̃z viuentiũ. Cãt. iiij. Si q̃s esurit hec ẽ granariũ de q̃ granũ frumti processit Joh. xij. Hãc sequẽs nõ deuiabis. ipaz cogitãs nõ errabis. ipa duce nõ fatigaberis. ipa tenẽte nõ rues. ipa ptegẽte nõ metues. ipa ꝓpicia pges ad grãm ⁊ tandẽ ad gloriã. Ad quã nos pducat. zc̃.

De visitatiõe beate Marie ẏgis. II

Sermo. XXXII

Fecit michi dominus magn̄. Lu. j. Et si oĩm sctõz venerãda sint oĩb⁹ studijs merita. p̃cipue tñ gl'ose ẏgis dei genitricis Marie sp toto mẽtis affectu est celebrãda festiuitas. Nã vt dicit Aug⁹. in ser. j. de ei⁹ assumptõe. Unusq̃sq3 sctõz spẽalib⁹ q̃busq3 locis certoz auxilioz suffragia ꝓtulit hec ẏgo beatissima ⁊ singularis ẏgo ⁊ mater. vniuerso mũdo p pctm̃ lapso. generaliter salutẽ inuenit. Dec ille. Propter q̃d vt ait idẽ aug⁹. in ẽmõe. v. vbi sup̃. Et si oĩm sctõz memorie sint mirabiles. nichil tñ ita mirabile in gl'a sic Marie merita. Nã Abel ꝓpe sacrificiũ 3o placuisse narrat. Enoch ꝓpe placẽtiã trãslat⁹ memorat. Melchisedech sicut hõ dei pdicat. Noe ꝓpter iusticiã laudatur,

Abraham Isaac ꝑter fidem memorãtur. Jacob ꝑter luctamen beatificat. Joseph ꝑter castimoniã honorat. Job ꝑ pacientiã ꝓdicat. ⁊ sic de aliis. Sed nullus talis in mũdo. qualis Maria dei genitrix. Quẽ em̃ oẽs illi in enigmate viderũt. ista incarnatũ in vtero portauit. Dec ille. Quis igitur ei⁹ explicare poterit magnalia. Quis valebit enarrare tot tantaq; bñficia. q̃b eã de⁹ visitauit oriens ex alto. Quis laudare digne poterit tot ꝓrogatiuas q̃b eã de⁹ vltra ceteros sctõs decorauit. Certe nullus Cũ dicat Aug⁹. in ſmone ꝓmo de ei⁹ natiuitate. Nullus abundans ſmo in laude ei⁹ inuenit ydone⁹. de qua mediator dei ⁊ hominũ cognosc̃t incarnatus. Impar est illi oĩe lingue bũane ꝓconiũ. Que de ſtemerate carnis sue visceribꝫ nob cibum ꝓtulit aiaz. Qualr nãq; vt ait idẽ. festiuitatẽ eius digne celebrare valet infirmitas hominuz q̃ gaudiũ meruit portare angeloz. Qualiẽ eam poterit laudare mortaliũ hoĩm trãsitoriũ ꝑbũ q̃ de se genuit ꝑbũ q̃d manet in eternũ. Que lingua ĩ eius laude inuenitur ydonea. q̃ illũ genuit. quẽ oia bñdicũt. ⁊ cũ tremore obediũt elemẽta. Et subdit idem. Nam dũ cuiuslibꝫ martiris fortia facta extollere cupim⁹ dũ ꝓtutũ ei⁹ insignia ad redẽptoris nostri gl'az ꝓdicam⁹. Nam ⁊ licz ad ꝓcogitandũ tardior sensus nõ ſpediat. tñ ad loquendũ balbuciens lingua nõ supperit. ꝑbi tñ copiã ipe⁹ rei materia submini strat. Cũ ꝛo beatissime genetricꝫ laudẽ scribere volum⁹ qz noua mãdata ꝓtrectanda suscipim⁹ nulla inuenim⁹ verba vt ad hec digne exꝑmẽda sufficere valeam⁹ Tollit ei facultatẽ ſmonis materia simplex. Dec ille Uer licet ſm Aug. i ſmõe q̃nto de ei⁹ assũ ptiõe ad tãte laudis ꝓmenda ꝓconia nostrũ totũ ingeniũ ⁊ imperita lingua nõ sufficiat. Eo q̃ nec pitissimoz ꝓhoz possꝫ sufficere loquacitas. vrget tñ nr̃i ad eam inflãmata charitas. Nec mirz q̃ hec ꝑgo sctissima suis laudibꝫ bũane vocꝫ inopia exsuperat qñ ⁊ ipaz bũani generꝫ excellẽtibꝫ meritis trãscendit naturã. Nihilominus tñ nõ oĩno ab ei⁹ ẽ laude cessandũ aut retricendũ. qz ⁊ si min⁹ sufficit sensus inopia ad effectũ sufficiẽs tñ apud deũ est deuote mẽtꝫ affectus. Hec ambigendum q̃n valeat hec de se loquẽti. sapientie ꝓbere eloquiũ ignitum q̃ totius sapiẽtie plenitudinẽ castissimo pozz tauit in vtero. nec dicas valet quidez sz nõ vult. Nũo em̃ negabit efficaciã ꝑbi tribuere q̃ verbuz ꝑ q̃d facta sunt oĩa ꝑgineis viscerib⁹ gestauit incorꝓatũ. Dec ille. Ut igitur aliq̃d de ea audire valeam⁹ ipaz deuotis mentibꝫ accedam⁹ salutãtes eam voce pia ꝑ illud angelicũ Aue maria. In quibꝫ ꝑbis gloriosa ꝑgo Maria tanꝫ humilis⁊ deuota recolẽs sibi a deo ꝓstita bñficia toti mũdo ea ꝓnũciat ⁊ ꝓponit valde excellentissima ⁊ admiranda. dicens voce amena. Quia fecit mihi magna dñs. Ubi tria insinuat circa se mirabiliter facta. Primo nãq; ꝓponit ⁊ ꝓfitet dei potentiam eam in esse ꝑducentẽ virtualiter. cũ dicit. Fecit dom⁹ Secõ subiũgit ⁊ ꝓfitet humilẽ erga deuz reuerentiã. eam dignã ad talia reddentem singulariter. cum addit. mihi. Tertio annectit et ꝓfitet donoz magnificentiã eam replentẽ liberaliter. cum infert. Magna.

A

Dixi primo q̃ in verbis premissis ꝑgo beata ꝓponit ⁊ ꝓfitet dei potentiã eam in esse ꝑducentẽ virtualiter. cũ dicit. Fecit dom⁹ Et in hoc virgo beata gratam se exhibet ꝑ munere sue creationis. Quod beneficiũ est cõmune omnibus hominib⁹ gratꝫ prestitum. Unde quia multi obliti sunt diuinorum beneficiorũ. et maxime dignitatis creatõnis sue. nullas agentes gratias deo tanꝫ ingrati et maluoli. De quibꝫ Deuteronomij. xxxij. Deum qui te genuit dereliquisti. et oblitus es dei creatoris tui. Et talibus insultando ꝓpheta ibidem dicit. Nũ quid non ipe est pater tuus qui fecit te. creauit te. ⁊ possedit te. Volens ergo beata virgo esse grata de hoc beneficio cõmuni creationis. dicit. Fecit dominus. scz me producendo in esse nature et gratie. Unde in ꝑsona eius dicit Job. Et me sicut te creauit deus. Hoc est contra miserabilez dyaboli superbiã qui ingratus huius beneficij. nõ sicut creaturã sed creatorem suũ ꝑpsius prezsumpsit efferre. In cuius ꝑsona ꝺz Ezechielis. xxix. Ego creaui memetipsum. Econtra virgo gloriosa dicit de se. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo Ecclesiastici. xxiij. In quo virgo benedicta laudat dei potentiã. ꝑ quã virtualiter est ꝓducta. dicẽs. Fecit dñs. Quia null⁹ potuit me ꝑducere nisi ille q̃ est fortꝫ et potẽs dom⁹.

De uisitatõe beate Marie

Circa ꝗd sciendũ ꝙ deꝰ circa cuiuslibet hominis creatõez tria oñdit. scz potentiã. sapientiã. z bonitatẽ. Potentiã in ℔ ꝙ animaz de nihilo creauit. z corpꝰ de terra alterius corpis. ꝙ tñ nullã habẽt ꝓportionẽ seu similitudinẽ ad inuicẽ. Scõo oñdit sapientiã in ℔ ꝙ mirabiliter z prudẽter singla membra ordinauit. in nũero. põdere. z mensura cuilibet suũ officiũ deputando. z vnũ ꝙdꝫ in alteriꝰ subsidiũ ordinãdo. oiaꝫ simul in ministeriũ totiꝰ corpis disponẽdo. Tertio ostendit bonitatẽ suã in ℔ ꝙ creauit hoiez tanꝫ dñm ꝑesse oñibꝫ creaturis. ℘s. Omnia subiecisti. Beñ. ij. Ut ꝓesit piscibꝫ maris z bestijs terre. Que omnia mouere debent bominẽ ad laudandũ deũ. z grãs agẽdum sibi. Jsta eñ sic a deo data sunt. sic et possunt auferri. Juxta illud ℘ap̃. vij. In manu eius sumꝰ nos. Exp̃it Holgoth. i. nra substãtia. Daniel. v. Deũ qui habet flatum in manu sua et oñes vias tuas nõ glorificasti Est ꝫ ꝓma materia seu causa regratiandi deo beneficiũ creatiõis ꝙ nos fecit. Sed ne parum videat ingratis. attendant adhuc maiora beneficia. scz redẽptionis. expectatiõis ad penitentiã. iustificationis ꝑ grãm. ꝓseruatiõis in bono. ꝑmiationis in celo. z generaliter attendat quis vnde illi ꝓfluit misericordia et grã. Nam si sapiens est. certe nõ aliunde datur sapientia nisi a deo Eccĩ. j. Oñis sapientia a domino deo est. Et Jacobi. j. Si quis indiget sapia postulet eã a deo. Jp̃e em ẽ dñs sapientiaz. vt dicit Anna. j. Re. j. Scz z si diues est. certe nõ aliũde diuitie nisi ab ipo. qui vt ait apl̃us. est rex regũ dues ĩ oẽs. ℘s. Bl̃a z diuitie in domo eius. Et sic ipe dicit ð se ꝑ Salomonẽ. Mecũ inꝺt sũt diuitie. Denicꝫ si ꝗs potẽs est z fortis. Nõne ab illo ꝙ fortiꝰ z potens est. De ꝙ ps. dicit. Dñs fortitudo mea. Et ꝗd necesse ẽ vagari ꝑ multos cũ nõ sit mimũ bonũ ꝗd possit hõ aliunde cogitare ꝙꝫ ab illo de ꝙ ðr. Oñe datũ optimũ z oñe donũ ꝓfectũ desursũ ẽ descẽdẽs a ꝑe luminũ. Jaco. j. Jp̃e em ẽ fons z origo oĩm nraꝫ opationũ. eo ꝙ nõ sumꝰ sufficiẽtes cogitare aliꝗd a nob ꝙsi ex nob. sed sufficiẽtia nra ex deo est. ij. Cor. iij. Hinc ẽ ꝙ Salomon vocat deũ mare bonitatũ nostraz. in quẽ nre mẽtes tanꝫ fluuij si continue volunt fluere ꝑ gratiarũ actionẽ debent refluere Eccs. j. Ad locũ vnde exeunt flumina reuertunt vt iteruz fluant. Unde Bern. sup canti. ser. xiij. dic. Origo fontiũ z fluminũ oĩm ẽ mare. virtutũ z sciaz ẽ ip̃s. Cõtinentia carnis. cordis industria. volũtatis rectitudo. casta ꝓsilia. iusta iudicia. scta desideria ex illo manãt. Si ꝗs claret ingenio. Si ꝗs niteat eloqõ. Si ꝗs moribꝫ placet. inde scie. inde sapiẽtie ſmo. Ad locuz ꝫ vnde exeũt flumia reuertũt grãz actiõe. vt iterz fluãt. Sic dicit apl̃us Jn oñibꝫ grãs agẽtes. Quicꝗd sapie. ꝗcꝗd ꝑtutis re hñc cõfidis. dei ꝑtuti z dei sapie õputa. s. xp̃o. Si quidem flumis aq̃ si stare cepit ꝓputrescet. Sic plane grãz cessat decursus vbi recursus nõ fuerit. Nullo mõ eñ augeꝫ grã ĩ ingrato. scz etiã ꝗd accepit ei vertit in ꝓniciez Nec Bern. Et ido Hermes termegistꝰ ĩ li. suo ð nata deoz. ꝑsus finẽ dicit. ꝙ summe incensiones deo sunt cũ grãe agunt deo ab hoibꝫ. Et Augꝰ. ad Marcellã dic. ꝙ nihil melius possumꝰ dicere ꝙꝫ deo grãs agere. Nõ tunc fit qñ dona dei cogitamꝰ z ipm õ eis bonorumꝰ. Talis fuit ꝑgo brã ꝙ diuña bñficia recogitans z ipm ꝑ os ꝑgineũ honorans. dicit. Fecit dñs. q. d. Ego nihil a memetipa me hñc recognosco. qz non ipsa me feci. scz ipe fecit me. pducẽdo tã gl̃osaz õ stirpe regia. tã speciosã z formosã inꝰ filias irl̃m. tã ꝑtuosã z gratiosam vt oẽs ad me ꝑ grã ꝓfluãt obtinẽda. Et ista ꝑe nõ meis meritꝫ scz sua grã fecit. Jõ hunc laudo. hũc glorifico. quia tam potenter et excellenter me fecit producendo. decorando et extollẽdo.

B

Dixi secundo ꝙ in verbis ꝑmissis ꝑgo gloriosa subiũgit z ꝓsitẽ humilẽ erga deũ reuerentiã. eã dignã ad talia reddẽtẽ singuraliter. cũ dicit. Mihi. Ac si eñ diceret z si pl̃a bñficia oñibꝫ vniuersaliter a deo ꝑstita sint z facta. michi tñ singulariter ſpealiꝫ z approbate quedã fecit dñs. Jdeo merito ei ago grãs ſpealiter. Quia fecit mihi specialiter. Circa ꝗd sciendũ. ꝙ ꝑgo beata fuit bñ disposita. z singulariter vltra ceteros mortales ꝑparata a deo vt esset dignũ vas receptiõis scrõz bñficiorz tãtorz. Et ℔ ſpeãliter ꝓpter tres ꝑtutes. scz puritatem. humilitatem. z fortitudinem. Fuit enim purior alijs ꝑ virginitatis mundiciã. Absconsior siue secretior ceteris. ꝑ hũilitatẽ ꝓceptum. Securior ceterꝫ. ꝑ fortitudinis ꝓstantiaz.

Ideo merito dicere pt singl'ariter p ceteras Et fecit mihi dñs. Mihi inq̃ puriori. mihi bñ iliori. mihi ꝓstatiori. Primo q̃ fuit purior alijs p ginitatis mūdicia. Alie siq̃dem mulieres habēt mūdicia ꝓ iugali vl' vidua li. q̃ nō modo est pura sz corrupta z pmixta. Sed hz hec ꝑgo Maria ginalē puritatē. q̃ simpl'r est pura. Hec eam hz equalē alijs ginibꝫ sz excellēti' oīibꝫ virginibꝫ. Ipa em est regina ginitatis. alie oēs sūt pedisseque. Nam ipa pma vouit deo virginitatē sine pcedenti cuiusq̃ exemplo. Alie ꝓ exemplo eius vouēt eam. Ideo de ipsa dr. Offerent regi gines post eā. Vñ ipsa est fons z origo ac mediū tot' ginitatis. De qua dr Josue. x. Stent sol i medio celi. Celū dr eccla Juxta illud Hat. xiij. Simile est regnū celoꝝ. Mediū est ꝑgo gl'osa q̃ semp mediū ꝑtuosus in oīibꝫ tenuit ab extremis viciorꝝ declinās. De q̃ medio dr in ps. De' in medio eius nō cōmouebitur In ℔ ergo medio ginitatis ꝑtutis gl'osa ꝑgo corpe stetit q̃ est sol puritatis virginal'. puritas siquidem ginalis. btē ginis fuit ad similitudinē solis. Sic em sol cū est in medio celi circa festū viti. vbi tūc fit i maxima eleuatōe marie adurit inferiora z exsiccat etiā marias hūiditates. Ita castitas ginalis in btā gine sic fuit maria. spūsctō eleuata sup carnalē ꝓcupiscētiā ipius vt eā totaliter extingueret. eo q̃ in ea fomes nō solū fuit restrict' vt in alijs ginibꝫ p grām cōmunē. sz etiā fuit totaliter extinct' pser'tim in ꝓceptiōe filij dei z eius gestatōne in vtero p grām singularē. In cui' q̃ puritatis opatione alie gines sūt sic stelle. q̃ lumen suū recipiunt ab ea sicut a sole. Sicut em sol nūq̃ pt totaliter obscurari. z si eclipsat nō diu obscurat sz statim purgat. Ita castitas b' ginis nūq̃ potuit obscurari actuali pcō. nec etiā peccato originali obscurari quod tamen de alijs virginibꝫ nō potest dici. Unde de ℔ potest dici illud Job. iij. Obscurent stelle caligine eius. Expecter lucez z nō videat. nec ortū surgēt' auroze. Stelle itelligunt omnes sancti. qui obscurati fuerunt caligine peccati originalis. Sed lux id est. beata virgo dicit nō vidisse caligine quia nō stetit in peccato originali. ymo antequā nasceret mundata est Et sic dicit nō vidisse etiā surgentis ortū auroze. quia nō concepta est. id est. orta seu nata in peccato originali. Et ideo merito dicit ipsa gloria omniū virginum. Eccī. xliij. Species celi gloria stellarū. Et Sapiētie. vij. Speciosior sole. scz materiali. z sup omnē dispositionē stellaꝝ. Ex his patet q̃ virgo gloriosa in sua puritate ꝑcipuū tenet gradū Jux ta illud Ambro. li. iij. de virginitate. Quid nobilius dei matre. Quid splendidius ea quā splendor elegit. Quid casti' ea q̃ corp' sine corpis ꝓtamiatōe generauit. Hec ille. Vere optimus sol gloriosa virgo que nobis tot beneficia prestauit omnibꝫ. vt non sit qui se abscondat a caloze eius. Fugat em nebulā z nubem. i. ignorantie nostre celitatē per splendorem lucis glorie filij sui. quia lucē mundo genauit Johānis. viij. Ego sum lux mūdi. Siquidē totus mundus operiebat tenebris densissimis ignorantie. Figura Exodi. xix. Nubes densissima cepit operire montem. Et Ezechiel. idem patet de visione mistica. Misit ergo deus solem istum quē fecit oriri sup bonos ad eoꝝ ꝓfuatōez. z sup malos ad eoꝝ ꝓuersionē Math. v. Sol etiā iste prestat decorē z pulcritudinē oīb' reb'. scz viris et mulieribꝫ. oēs illuminat p ipm. nō solum boies in mūdo sz etiā angeli in celo z pctōres in inferno. Unde Bern. In te ꝑgo oculi omniū respiciūt. z qui in mūdo sunt vt saluent. z qui in inferno vt eruant. z q̃ in celo vt letificent. Unde de ea potest exponi illud Eccī. xliij. Sol illuminans p oīa respexit. Et quē respexit Certe sic dr Judith xv. Tu letitia israel. tu honorificētia populi nr̄i. Israel dicit illos q̃ iam vident dñm in celo. qui de ei' ꝑsentia gaudent. Gaudēt em angeli gaudētes et laudātes bñdicunt dñm. Honorificentia ꝑpli nr̄i. dicit ꝑpli nobiscū habitāt' in terra. q̃z omniū ipa ē gaudiū. Secdo ꝑgo btā fuit secretior ceter' per bñilitat' ꝓceptū Omia em opa sua abscondebat mundo. De q̃ exponit illud Judith viij. Fecerat sibi Judith cubiculū i q̃ clam cū puellis suis morabat. Per q̃d significatur q̃ maria intra cubiculū cordis sui cuz puell'. i. ꝑtutibꝫ diuersis morabat. omnēva ne glorie fugiens pompā. Propter q̃d ipa de sola humilitate gloriando hodie dicit. Respexit dñs humilitatem ancille. Luce. j. Ubi dicit Lyra. q̃ virgo beata licet ex omnibꝫ virtutibꝫ fuit disposita ad ꝓceptōz dei maxime tñ ex bñilitate. Unde dicit Bern.

De uisitatõe beate Marie

Fateor quia Marie virginitas sine humilitate nihil placuisset deo. sez quantũ ad cõceptionẽ filij dei quia si ex virginitate placuit. tamen ex humilitate concepit. Magna humilitas post Babylonis legationez de conceptione filij dei dicere se ancillam. Magna humilitas ire ad Elizabeth z seruire sibi circa partũ. Magna humilitas cũ tanto thesauro filio dei quẽ gestabat in vtero visitare seruz Johannem. Tertio virgo beata fuit securior ceteris p fortitudinis constantiã. Unde in. ij. Esdre. iiij. ca. O viri nõne fortes sunt mulieres. sed certe fortior est omniũ beata virgo. de qua dicitur. Fortitudo z decor indumentũ eius Proverb. vltimo. Et ibidem. Accinxit fortitudine lũbos suos. Vere magna fortitudo per quã quodãmodo deus vinctus est et de seuero factꝰ est pius. Figura ad hoc fuit ipsa regia Hester. que iram regis Asueri contra iudeos mitigauit et eum ꝓpiciũ reddidit. vt dicit Hester. Sic Abygail irã regis Dauid contra Nabal virũ suũ muneribꝰ placauit. Magna fortitudo p quaz vinctus est dyabolus. Heñ. Ipsa conteret caput tuũ. Hec est enim illa virga de qua Isaie. xxv. dicit. Pauebit assur virga percussus. Virgo beata dicit virga. sicut idez ait Isaie. xj. Egredietꝫ virga de radice yesse Assur interpretat sublimis. et significat dyabolum superbũ. Nunc ergo sublimẽ percussit ista virgo beata p filij sui passionem sicut christus. Tertio fortis fuit ꝑtra mundum cuius oẽs pompas honores diuitias z delicias calcauit. Nam sic dicit Ambrosius libro. iij. de virginitate. Ipsa non in incerto diuitiaꝝ spem posuit. sed in solo deo. Diuitie siquidẽ eius sunt eiꝰ virtutes. delicie. spũales consolationes. honor vero gloria solius dei.

Dixi tertio q beata virgo pfitetur donoz magnificentiã eam replentẽ liberaliter. cum dz Magna. Siquidẽ magna dona data fũt virgini gloriose in sua sanctificatiõe. sz maiora in filij dei conceptiõe. Ex quibus donis magna in beatitudine ꝑdicatur. Sicut ipa de se dicit. Ecce eĩ ex hoc beatam me dicent omnes generatiões. De primo quomodo magna fuit in sua sanctificatione dicit Holgoth sup librum sapientie. xiij. Xchristꝰ matrẽ suã sic solidauit virtutibꝰ z gratijs sic affixit q nũqz deflucre potuit in aliquod peccatũ. Fuit eĩ sic sanctificata in vtero q emũdata ab originali peccato. et in ea fomes ligatus. sic q nunqz eam ad peccandũ impegit. Et hec fuit ꝑma sanctificatio in vtero matris sue. Sed secunda fuit in conceptiõe filij qñ fomes fuit ablatus totaliter fm essentiã. z gratia supaddita que flexibilitatẽ liberi arbitrij determiauit ad bonũ. sic q extunc nullo modo potuit in malũ flecti. Unde tunc cõfirmata fuit sicut in via fieri potuit. Hec ille. Propter ergo ista dona sibi diuinitꝰ collata merito de se dicit virgo gloriosa. Fecit michi dñs magna. Vere magna. Nam pulcrã esse totaliter z sine macula magnũ quid est. et soli sponse dei singulariter cõuenit cui sponsus dicit illud Canticoz. iiij. Tota pulcra es amica mea z macula nõ est in te. De ipa etiã dicit q̃d modo spũssanctꝰ p Salomonẽ dicit Sap. vij. Candor est lucis eterne. et speculũ sine macula dei maiestatis. Ex quibꝰ breuiter infero q virgo beata maior fuit ceteris sanctis tripliciter. Primo quidẽ maior fuit ceteris in gra. sicut angelus attestat ei dicens. Luce. j. Aue inquit gra plena. Vere plena. Quia nos de eius plenitudine recipimꝰ. Un dicit Bernũ. Tristis cõsolationẽ. Eger medicationẽ. Peccator veniã. Justus grãz. Angelus leticiã. Et quo rogo nõ plena in quã auctor totius gratie se totũ infudit. Cum igit dicit quia sibi dominꝰ fecit magna que de ipsa sic parua creatura in naturalibꝰ fecit tam magnã in gra. ita vt de ea posset dici illõ Hester. x. Fons paruus creuit i fluuiũ maximũ z in aquas plurimas redũdauit z in lucẽ solẽqz puersus est. Fons paruus fuit ꝑgo beata fm naturã ꝓpriã. sed creuit in fluuium miscõie maximũ. qñ spũssanctus descendit in ipaz Et in lucẽ solẽqz puersus est qñ dei filiꝰ per carnẽ assumptã factus est filius virginis. Ecce audis ꝑginem gloriosam. fontem. lucem z solẽ. Fons inquã est. sine q̃ necesse ẽ arescere peccatorem. Lux sine qua necesse est errare viatorem. Sol est sine quo necesse est infrigidari in dilectione. Si ergo sitis et estuas ardore concupiscentie. hec est fons patens in refrigeriũ. Si erras i via moz. hec est lux dirigens in viã pacis eẽne Si deniqz gelicidio peccatoruz constringeris. hec est sol calefaciẽs in dei dilectõe.

Secūdo maior fuit ceteris sanctis Maria. Quia lucidior ceteris sanctis per exemplum vite. Illa enī sola sufficit omnibus ad exemplar z ad modū viuendi. Unō dicit Ambrosi⁹. iij. de virginitate. Talis fuit Maria vt eius vnius vita omniū disciplina sit. In ipsa nanq; sunt posita exempla viuendi z tanq; in exemplū exemplarie magisteria expressa sunt pbitatis. Ibi quisq; inuenit congrue quid fugere ād tenere debeat. Hec ille. Magna igitur virgo fuit in hoc q; sola omnib; sufficit ad exempla virtutū. Omnes enī virtutes in ea pariter cōfluxerunt. et quod ceteris sanctis p partes est distributū. totū in Maria est cōgregatum. Tertio fuit virgo gloriosa maior ceteris. quia efficacior z utilior ceteris sanctis quo ad necessitatū suffragia. eo q generalē habet efficaciā omniū auxilior in quibuscūq; necessitatib⁹. Unde Bernhardus in quodā sermone dicit. Si criminū immanitate turbar⁹. Si cōscientie feditate cōfusus. Si iudicij horrore perterrit⁹. Si baratro desperatiōis absorpt⁹ fueris Mariam cogita. Mariam inuoca. Non recedat ab ore tuo nec a corde tuo. Dum ipsam recogitās nō erras. ipsam rogans nō desperas. ipsam sequēs nō deuias. ipsa tenente nō corruis. ipsa ꝓtegente nō metuis. ipsa duce nō fatigaris. Hec ille. Oportet ergo vt dicit idem. vniuersos christicolas inter fluctus hui⁹ seculi nauigantes attendere hanc maris stellā. Nam ab ea auersus necesse est vt pereat. Et ad eam reuersus impossibile est q; pereat. Ipsa enī omnib; omnia facta est. Hm Bernhardū. Sapientib; et insipientib; omnib; misericors die sinum aperit. vt de plenitudine ei⁹ capiāt vniuersi. Captiuus redemptiōem. Eger curationem. Tristis consolationē. Peccator veniam. Justus gratiā. Angelus leticiā. deniq; tota trinitas gloriā. Ad quam nos perducat pater z filius et spūssanctus. Amen.

C D C

Notandum q; festū visitationis Marie agit ad significandū et deuote cōtemplandum qualiter de⁹ visitat animā. Unde per Elizabeth significat anima humana. Interpretat enī dei mei saturitas. Quod vtiq; fit p grām. p quā anima esuriēs replet bonis. Per Mariā significat gratia diuina que illuminat tenebras culparū nostrarū. Juxta illud Ephes. v. Fuistis aliquando tenebre. nūc autem lux in dño. vt filij lucis ambulate. Unde Romanor. xiij. apostol⁹ idē grām appellat diē dicēs. Nox precessit dies aūt appropinquabit. Et seq;. Abūcia mus ergo opera tenebrar z induamur arma lucis. Visitat igit Maria Elizabeth cū gra visitat animā esurientē et sitientem iusticiā. Circa ād sciendū q; de⁹ visitat animā multipliciter. Primo eam redimendo. Juxta illud Luce. j. Visitauit nos oriens ex alto. Et eiusdē. viij. Visitauit deus plebem suā. Et ista est mirabilis visitatio. de qua ammirādo ꝓpheta ps. viij. dicit. Quid est homo q; memor es eius. aut filius hominis quoniā visitas eum. Quod exponit Innocēti. iij. Quid est homo. i. cū miser et vilis. fragilis. breuis. putridus. imbecillis vanus. et dyaboli seru⁹. q; memor es eius filiū incarnādo. Quia ante incarnationem videbat oblitus homis. ps. Usq;quo domine obliuisceris me i finē. Aut filius hominis qm visitas eū. sicut medic⁹ egrotum Figura Gen. xxxvij. Jacob misit Joseph de hebron in Sichen vt visitaret frēs suos Et inuenit eos in Dothaym. quod interpretat defect⁹. Et significat hunc mundū. in quo est omnis defectus. Secūdo visitauit miserādo p beneficia eidē Genes. xxj. Visitauit dñs Saram sicut promiserat. Tertio visitauit iustificando. Ps. Visita nos in salutari tuo. Quarto inspirādo ꝓphetiā. Eccl. xlix. Ossa illius visitata sunt. z post mortē ꝓphetauerūt. Quinto ꝓbādo Job. vij. Visitas eū diluculo. Sexto consolando Ezechielis. xxxiij. Requirā oues meas z visitabo eas. Septimo reuelādo p somniū. Eccl. xxxiij. Nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio. Octauo cōseruādo in bono. Job. x. Visitatio tua custodiuit spiritū meū. Nono corrigendo. Ps. Visitabo in virga iniquitates eor. i. in leui flagello. Decimo liberādo. Jere. xx. Visita me z erue me. Judicū. iij. Orabāt dñm vt visitaret pl'm suū. Undecimo tpaliter vlciscēdo. Isa. x. Quid facietis in die visitatōnis z calamitatis de longe veniētis. Duodecimo iudicando. j. Petri. v. Humiliami sub potenti manu dei vt vos exaltet in tempe visitatōis. Tredecimo eternaliter dānādo Isa. xxxiij. Post multos dies visitabūtur.

Ad quid agatur festum Visitationis Marie

Elizabeth quid interpretatur

Quid significatur per Mariam

Et.xxvij. Visitabit dñs in gladio suo duro et grādi et forti sup leuiathan etc.

De sancta Margaretha.
Sermo.XXXIII

Simile est regnu celoꝝ thesauro abscōdito in agro. Math.xiij. Sic dicit btus Augꝰ. in li.de scta viduitate. Bona ē pudicicia cōiugal'.melioꝝ ꝓtinētia vidual'.sz optia castitas ꝛginal'. In signū hꝰ licet xps sub mrimonio voluerit ꝓcipi.et a vidua Anna ꝑdicari et laudari.tm nō nisi de ꝛgie voluit nasci.et in ꝛgie corpal'r elegit morari. Nō aduertēs btus Ambro.in li.de offic.dic. Quāta est ꝛginitas gra q meruit a xpo eligi.vt esset corpale dei tēplū in q habitauit corporaliter plenitudo diuinitas.nam ꝛgo genuit mūdi salutē.vitā pepit ꝛgo vniuersoꝝ. Dec ille. Nag igit est laus et honoꝝ ꝛginū q meruerūt familiarꝰ ceteꝛs cū deo hre cōsortiū. Un de eis dꝛ Apoc.xiij. Sequunt agnū qcūqꝝ ierit. Est em ista familia specialis xpi. Nā sic dicit Jeronimꝰ ad eustochiū epl'a.xliij. Ut filꝰ dei ingressus est mundū noua familiā instituit.vt q ab angel'adoratur in celis hret angelos in terꝛs. scz ꝛgines Est igit hec vita portꝰ angelica qz humana Un dicit Ambro.in li.de ꝛginitate. Quis negat hāc vitā fluxisse de celo quā nō de facili inuenimꝰ in terꝛs nisi postqz in hec treni corpis mēbra descēdit. Hz et de Helia.de Johāne baptista.de Maria sorore moysi et de ꝛginibꝫ qs legimꝰ in tēplo deputatas Dec oīa in figura ꝓtingebāt ill' vt essent indicia futuroꝝ. Figura in paucꝛs veritas in pluribꝫ. Dec ille. Propt igit tantā sublimitatē et excellentiā merito ꝛginitas compat thesauro ꝑcioso.sic loqt euāgeliū. Sile est regnū celoꝝ thesauro abscōdito in agro.etc. In qbꝫ ꝛbis cōmēdat ꝛginitas oim generaliter.sed spēaliter btē Margarethe cuꝰ festū hodie agimꝰ ex triplici ꝓrogatiua et assimilatiōe accipit. Habet em thesaurꝰ virginitatꝛ incōparabilē dignitatē.delectabilez amenitatē.et inestimabilē vtilitatem. Nihil em thesauro in rebꝫ et possessionibꝫ ꝑciosiꝰ et dignꝰ.eo q est ex rebꝫ excellētissimis et ꝑciosissimis scz auro argēto lapidibꝫ ꝑciosꝫ etc. Nihil etiā eo delectabiliꝰ et amenius.qa dulce est oculis auꝛ.ameni sūt ad videduz et tractandū lapides et margarite. Nichil insup thesauro vtiliꝰ.qꝛ ad oīa valet. Nutrit em et sustētat vitam.redimit a morte.et memoriā facit durabilē post mortem. Est igit thesauꝰ ꝛginalis ꝓmo ꝑciosus et incōparabilis dignitate.delectabil' amenitate. et inestimabilis vtilitate.

Dixi primo q thesauꝰ virginalis castitatꝛ est ꝑciosus et incōpabil' dignitate. Patet autē dignitas ꝛginitatꝛ ex q tuoꝛ. scz ex arduitate seu difficultate facili.ex nata supnaturali ex hūilitate illustri.et ex mortalitate immortali. De ꝓmo scz de arduitate seu difficultate facili patet. Castitas em ꝛgial'ē res multū excelsa et difficil' ex vna pte.et tm est facilis ex alia. Difficile nāqz est in carne ꝛ legē carnis viuere.sic difficile esset in regno Polonie ꝛ legē regꝛ Polonie viuere. Docautez faciūt ꝛgines. Un dicit Ambro.in libro ꝺ viduis. Supgredit ꝛginitas ꝓditōz hūane nature.q quā boies angelis assimilant Et ex ꝫ dicit Ambro. Q maioꝝ est victoria ꝛginū qz angelorū. Angeli em sine carne viuunt.ꝛgines ꝛo in carne triumphāt. Apl'us. Si ꝛm carnez vixeritꝛ morieminī. Dec ille. Ex alleꝝo pte est facilis.qꝛ facilꝰ se ꝓtinent ꝛgines qz vidue aut coꝛrupte ꝓ ut deducit Augꝰ. ꝓtra Julianū in libro.xv Cuius rō est ꝛm ipm. Quia qnto magꝛ casta esse voluerit.tāto amplꝰ un supanda cōcupiscentia laboꝛabit. Eo magꝛ videlicz si ei scz ꝓcupiscentie et voluptati maioꝛes curas ꝓsuetudo dedit. Propter quod apl'us .i. Coꝛ.vij. De virginibꝫ ꝓceptū dñi nō habeo. ꝓsiliū aūt do. Et seqt. Si nupserit virgo non peccabit.tribulationē tamē carnis habebūt huiusmodi. Tribulatiōem inqz. nō solū filijs necessaria,puidendo. sed etiā difficilius postea in viduitate ꝓtinēdo. Et Jeronimꝰ i epl'a.lxxix. dicit. Difficilioꝛ cōtinētia viduaꝝ minoꝛē habebit mercedez.

Sed diceres. Exq virtꝰ est circa difficile et bonū.g videt q difficilioꝛ ꝓtinentia sit magꝛ meritoria.et p ꝓsequēs vidue debent hīe maiꝰ ꝓmiuz qz ꝛgines. Rndeo. Q non oīe difficiliꝰ bonū est magꝛ meritoriū .sed tm illud qd est difficilius ex genere operis vt ieiuniū est magis meritoꝛū ex se qz elemosyna.non tm ex ꝫ si fuerit difficilius ipsi agenti ex natali cōplexione.et vt difficilius est ieiunare colerico qz flegmatico. Talis aūt difficultas q fit ex causa natali ñ auget

meritū ſz diminuit. Sic auar⁹ difficilius dat vnū denariū q̄z larg⁹ centū. ſd i auaro eſt vituperabile. i largo laudabile. Quicq̄d tñ dicat Jeronim⁹ ſimpl'r loq̄ndo. pugna ꝑginū eſt difficilior q̄z viduaꝝ. Nā ꝛz verū ſit q̄ recordatio exprē voluptat⁹ maioris ſit difficultat⁹ in viduis. Prout etiaꝫ dicit phūs in li. de aialibꝫ. tñ in ꝑginibꝫ ymagiatio inexperte laſciuie cū iſt⁹ tribꝫ circūſtantijs. q̄ ſunt deſideriū expiendi de curioſitate. exiſtimatio maioris delectatōis q̄ ſit in reiveritate. z ignorātia incōmodoꝝ et turpitudinis ꝓcomitāt⁹. faciūt maiorē pugnā. z p ꝓſequēs maiorē difficultatē. Hcōo pz ꝑginal' caſtitat⁹ dignitas ex naka ſupnakali Virginitat⁹ em̄ obſeruatio aliq̄d hz naturale. aliq̄d ſupnakale. Habet inq̄ naturale qm̄ in actu carnis ſine q̄ ꝑginitas nō ſoluitur rō obruit ex immoderātia delectatiōis ſenſibil'. z h̄ eſt innakale q̄ rō oīmino ſuccūbat z ſenſualitas dominet. Et quia puerſitas h⁹ ordinis inuenit in oīi actu carnis. ideo ois act⁹ carnis h⁹ aliq̄d hz innakale. Actus em̄ carnis nō ꝑt exerceri niſi ratio deſiciat ab arce ſua. Tertio pz ꝑginal' caſtitatis dignitas ex hūilitate illuſtri. quia q̄ñ aliq̄ illecebra illuſtris dicit. hoc eſt quātuz ad ſeculū ſolū. Sed q̄ñ remanēs in ꝑginitate nolens in mr̄imoniū duci ꝓpter ꝑpm humiliata dr quantū ad ſcīm. Hz hec humilitas eſt illuſtris. q̄ nulla corrupta penitus eſt liberata. i. de fuiture emiſſa. Sed oīmis incorrupta eſt illuſtris z liberata. Et ymo oīmis corrupta q̄tū cunq̄ eſt illuſtris q̄ntū ad ſcīm. ſemp eſt ſerua z illibera q̄ ad deū. Et econuerſo oīmis incorrupta ē humilis q̄tum ad ſcīm ſed illuſtris q̄ ad deum. Quarto patet ꝑginalis caſtitat⁹ dignitas ex mortalitate imortali. Omnia em̄ h⁹ mortalitat⁹ opera moriunt cum carne mortua. z cū ipa imperpetuū nō reſurgēt. Virginitas āt z ſi moriente carne ad temp⁹ moritur in carne. tñ ſuſcitabit eternalit' remanſura.

¶ B ¶

¶ Dixi ſecundo q̄ thēſaurus virginalis caſtitat⁹ eſt grat⁹ z delectabilis in amenitate. Que quidē amenitas ꝓſiſtit in q̄tuor. ſcz i humanitate angelica. in honeſtate verecūda. in memoria illibata. z in puritate ex puritate occaſionata. Primo itaq̄ amenitas iſta ꝓſiſtit in hūanitate angelica. q̄ angeli z ſi habūdant delectatiōibꝫ ſpūalibꝫ. tamē carent ſenſibilibꝫ. Igit' in ꝑginibꝫ eſt hūanitas angelica. q̄ ꝑgines carēt delectatiōibus ſenſibilibꝫ z habūdant ſpūalibꝫ. Et q̄ pz q̄ cū ꝓpriū ſit angelice nake nō poſſe carnales delectatōes expiri ſz ſpūales. z ꝑgines h̄ eos ſequunt'. neceſſe ē vt angeli amore naturali plus diligāt ꝑgines q̄z viduas vl' ꝓiugatas. Cuius rō eſt. q̄ oīe aial diligit ſibi ſile. z volatilia ſibi ſimilia querūt. Hecūdo ꝑginalis caſtitatis amenitas ꝓſiſtit i honeſtate verecunda. Nō pz ex eo. Exquo em̄ ꝑginitas eſt res honeſtiſſima. naturaliter debet verecūdari audire vel videre turpia. Legit' de beata walpurga. q̄ cū fuiſſet eius exequie in ſepultura ſui corpis. et quidā vir ex deuotione maria ipaim in feretro iacentē in facie oſculat⁹ eſt. ſtatim illa quaſi ſubridendo erubuit. In ſignum q̄ fuit virgo verecūdiſſima. Nō ſolū ꝑ virgo debz eſſe pudorata in animo. ſed etiā in oīmibꝫ ſenſibus exterioribꝫ z geſtu ꝓuerſationis. Hic em̄ dicit Valeri⁹ li. iiij. c. iij. Non ſolū man⁹ pecunie ſz etiam ocul⁹ libidinoſus aſpectu ꝓtinētes eſſe debēt. Et li. vj. c. j. dicit de quadā q̄ informauit filiā ſuā vt nō ſolū fuaret ꝑginitatē illibatā. ſz etiā nec oſcula ad virū q̄tūcunq̄ ſincera ꝓferat. Tertio hec amenitas ꝑginū ꝓſiſtit in memoria illibata. Virgines em̄ ex eo q̄ nō habent q̄ eas maculet in ꝓſcientia ſicut corruptas. ſemp habēt amenitatē z delectationē in memoria. cum eaꝝ cor nō titillet memoria alic⁹ turpitudinis. Et ideo dr. Secura mens. q̄i iuge cōuiuiū. Legit' de quadā ꝑgine q̄ mīt⁹ annis fuabat ꝑginitatē. Cū aūt fuiſſet corrupta ſtatim ꝓpter remorſū ꝓſcie tantā triſticiā incidit q̄ ſibīpſi diſplicens ſeipſam occidit. Quarto amenitas ꝑginalis caſtitatis conſiſtit i puritate ex puritate occaſionata. Nā ſi Adam nō peccaſſet (oīes em̄ homines forent in paradiſo) genuiſſ⁹ ſine feditate carnis z ardore libidinis. Hūc aūt ꝓtroq̄ mō generant' z cum feditate carnis z ardore libidinis. Nec aūt ꝓcupiſcētia in ꝑginibꝫ frenatur ꝑtute ꝓtinētie. Et ideo ꝑginitas que nō generat eſt mūdicia q̄ ſumpſit occaſionē ſue puritatis ex immūdicia coniugali. Nam virgines videntes q̄ non poſſunt generare ſine immūdicia corporis et cordis malunt nō generare q̄z ſedari.

¶ L ¶

Dixi tertio q̄ thesaur⁹ ꝟginalis castitatꝭ est fructuosus inestimabili vtilitate. Que quidez vtilitas ꝓsistit in q̄tuor. scz i sterilitate fecūda. in necessitate gratuita. in ꝑcio incōparabili. z in gl'a sui gloriari. De ꝓmo scz de sterilitate fecūda dicit Jeronim⁹ sup Ozee. ij. loquēs de fecūditate ꝟginitatꝭ dic̄. Conin giū terrā. ꝟginitas celū replet. Hō est g̃ putandū ꝟgines esse inutiles in eccl'a militāti. sicut heretici bussite estimāt. dicētes statū monialiū esse inutilē. ꝓter infecunditatē. cū multo copiosius et fecūdius repleāt celū q̄s cōiugate. Propter q̄d Isa. lvj. dicit. Non dicat eunuch⁹. ecce ego lignū aridu⁹ q. d. nō estimet q̄s ꝟgines sine fructu. q̄a et si sunt sine fructu ventris. sunt tn̄ cū fructu mētis. Et notāter dicit ꝓpha de ligno. Hā ꝟgines nō sunt ligna sz lapides viui. quib⁹ edificat irl'm celestis. Apoca. Preciosi oēs muri eius z turres irl'm gēmis edificabūt. Triplex materia currit in edificijs. Nam quedā edificia sunt de glebo⁹a siue de argilla. vt sūt dom⁹ paupez. Quedā ō lignis. vt sunt dom⁹ nobiliū. Et quedā de lapidibus duris z q̄dratis. vt sunt dom⁹ ꝓncipū. Prima edificia min⁹ ꝑciosa. quia caduca. Secūa solidio⁹a. Tertia ꝑpetua. Sic est ō istis trib⁹ statib⁹. Hā cōiugiū est sic̄ argilla terrea ꝑpē solicitudinē corꝓalē z terrenā. j. Cor. vij. Tribulatiōes carnis habebunt hmōi. z ideo nō sunt ꝑciosa. q⁹ dat eis mercēs tricesima. Viduе sūt velut ligna arida q̄ ad edificādū sunt apta. Fuerūt em̄ q̄nq̄ viridia in ꝓiugio q̄n germiabāt. plem z fructū vētris. sz iam aruerūt ꝑ ꝓtinentiā abstinentes a corꝓalib⁹. z fructificātes i spūalib⁹. Virgines aūt sunt lapides ꝑpetui z q̄drati. i. quadruplici ꝟtute cardinali ornati scz tpantia. ꝓudētia. foꝛtitudine. z iusticia. Sūt etiā politi z dolati varijs tribulatiōnib⁹ z tēptationib⁹. De scōo scz de necessitate gratuita ꝓ. q⁹ q̄ ꝟginitatē ꝓfuare volūt in duplici se necessitate ꝓstituūt. scz mortificatōis pnīe. abstinēdo a delicijs z voluptatib⁹. z obligatōis votiue. Que em̄ ꝟginitatē ꝟuare voluerit de necessitate ḃz mortificare mēbra. ieiunijs. vigilijs. fugiēdo etiā oīa spectacula vanitatū in q̄b⁹ ꝑt esse periculū castitatꝭ. Nam iuxta Bern̄. perit castitas in delicijs. Refert Valeri⁹ li. ij. ca. j. Q̄ vini vsus romanis femis ignot⁹ fuit olim ne scz in aliquod dedec⁹ plaberēt. Hinc ōz Eccī. xxvj. Mulier ebꝛiosa ira magna. et ꝓtumelia z turpitudo eius nō teget. Recitat Seneca epl'a. xcix. q⁹ marti⁹ quidā medicus dixit q⁹ femīe naturaliter nō debent pati podogram. nec etiā fluxū capilloꝝ. q̄d tn̄ hodie videm⁹. q⁹ eodē modo patiunt vt viri vtrūq⁹ defectū. Cuius rō est fm Senecā. quia equaliter viuūt sicut viri. et ira nō mutata est natura. sed vita. q⁹ nō min⁹ vigilant. nō min⁹ potant q̄s viri. ymo potu ꝓuocant viros. Et seq̄t. Beneficiuz sexus suis vicijs ꝑdiderunt. et q⁹ femīa eruerī. morbis virilib⁹ implicite sunt. Per ḃ patz respōsio ad questionē q̄ querit. quare pauci sunt hodie ꝟginitatē ꝟuantes illibatam. Et est ḃrevis responsio. Quia viuūt delicate et voluptuose. Certe vidi aliq̄n in monasterijs monialiū cū essem ꝑdicato⁹ earū ꝑpe. nōnullas ꝟgines sic delicate viuentes vt si filie regū essent satis esset tātis delicijs effluere. Sed q̄d accidit inde. ꝑdurerūt quidem gradientia sup terrā. Vera est cuiusdā ꝑbi qui ōz Comicus snīa q̄ dixit. Sine cerere et bacho friget ven⁹. Nō etiā verū dictū recitat Jeronim⁹ epl'a. xc. Nam ventrē distentū mero z cibo sequit volup⁹ tas membroꝝ impudicoꝝ. put ait Jero⁹. epl'a. xxxvij. Q̄ metellus vroꝛē fuste interemit. ꝑ eo q⁹ vinū bibisset. Nec mirū. quia vt ait idem. Quecunq̄ femina vini vsum immoderate appetit. oīb⁹ virtutib⁹ ianuam claudit z vicijs aperit.

De necessitate obligationis votiue q̄ntum in ḃ statu sit necessaria. patz. z tantum est necessaria obligatio voti in statu virginali. vt sine ea meritū ꝓsequi non possit virginitas. eo q⁹ votū ꝑficit meritū virginale. Unde fm Bonauenturā. Si duo facient idem gen⁹ operis. z vnus faciet ex simplici ꝓposito. alter ex voto. magꝭ meretur ille qui facit ex voto. Propter q̄d dicit Thomas scōa scōe. q. viij. ar. iij. Q̄ melius est idem opus ex voto q̄s sine voto. triplici de causa. Primo. q⁹ vouere est act⁹ latrie. cum sit ꝑmissio deo facta. Et iste actus est ꝑcipuus inter ꝟtutes morales. Unde Augustinus in libro ō ꝟginitate dicit. Nec virginitas quia ꝟginitas. sed quia deo dedicata ē honoraḳ quā vouet et seruat ꝓtinentia pietatis. Scōo quia ille qui vouet aliquid et facit. plus deo se subijcit q̄s ille q̄ facit solum.

Subicit em̃ se nõ solũ ad actũ. sz etiã ẽntũ ad prãtẽ. qz de ceto nõ pt aliud facere. Sic̃ plus daret homini q̃ daret ei arbozẽ cum fructibꝫ q̃s q̃ daret ei fructꝰ. Tertio quia p votũ volũtas imobilit firmat in bono. Facere aũt aliq̃d ex volũtate in bonũ. ptinet ad pfectõez ꝑtus. vt pz p phm. ij. Ethicoz. Sicut etiã peccare mẽte obstinata aggrauat pctm̃. z dz peccatum in spiritũ sanctuz.

¶ Si q̃ queris. Quare hõ vouet aliquid deo. cũ deꝰ nõ indiget certificari a nob. Respõdeo sm̃ Aug. Q talis pmissio nõ cadit in eius vtilitatem qui a nobis certificari non indiget. sed ad vtilitatẽ nostrã inẽntũ voluntatẽ nostrã vouẽdo immobilit firmamus ad illõ q̃d expedit facere. ¶ E ¶

¶ De tertio scz qũo ꝑginitatis castitas ꝓsistit in precio incõparabili paret. Quia cũ sm̃ Poetam Libertas nõ bene p toto vendit auro. Et sm̃ leges hũanas libertas est bonũ impreciabile. virginitas aũt est libertas spiritꝰ. j. Coz. vij. Ut sit sctã corpe z spũ. qz cogitat tm̃ q̃ dñi sunt. z h facit mltũ expedite. multum libere. qz est sine solicitudine corpis z mũdi. Et ideo h libertas seruiẽdi deo non est appreciabilis aliq̃ pcio. Vnd Eccli. xxvj. dz. Nõ est digna ois põderatio aie ꝓtinẽtis. Nõ exponit Thomas. Q nec fecunditas carnis nec aliq̃d corpale bonũ est cõparandum ꝓtinẽtie. q̃ inter bona aie cõputatur. Propter q̃d Augꝰ. in li. de ꝑginitate. Hortãter dicit. aie ꝓtinẽtis. nõ corpis ꝓtinẽtis. quia castitas corpis sine castitate mẽtis est sicut spica sine grano. Bursa sine argento. Nux sine nucleo. Lampas sine oleo. Cista foris alba intus spurcicia plena. Sepulcz pulcrũ. intus fetidũ. Pomũ foris rubeũ. itus acidũ. In q̃b oĩbꝫ modicꝰ est valoz. Sic est in ꝑginib solum corpe z nõ mẽte castis. Nam tales nullũ habẽt pmiũ in celo. put euangeliũ dicit. Soli em̃ mũdo corde deũ videbũt. Istũ thesauz ita pciosũ cuius hõ nescit pciũ. multũ solicite deberet custodire ꝑgo p duas custodias. scz p humilitatẽ z pudiciciã. Nam hũlitas abscõdit eũ. ne a furibꝫ p vanã gla subtrahat. Vñ Greg. in omel. Depdari desiderat q̃ talẽ thesauz in via publice portat. Pudicicia aũt defendit eũ a manibꝫ latronũ. Nã sic in viris necessaria est, puidẽtia. sic in feminis pudicicia. p quã femie ꝓseruãt in honestate fame z odoze opinionis bone. Hoc autẽ nomen pudicicia a pudoze venit. in q̃ verecundia significat. sm̃ Thomam sctã sctẽ. q. clj. Et attendit, ꝓprie circa signa venerea. sicut sũt aspectꝰ. oscula. tactꝰ. z sic de aliꝭ. Quantuz aũt antique femine fuert solicite suare pudicicia ponit Valerius dicẽs. Q quedaz maluerũt pdere vitã q̃s pudicicia. Sic narrat de quadã. q̃ cum esset in mari p hostes z pdones capta. ne sibi auferrẽt pudicicia se in mare ꝓiecit. Sil̃r de Lucrecia q̃ dã violẽter fuit oppressa a sexto Tarquinij regis sugbi filio. gladio se occidit. Sil̃r narrat de quodã q̃ filiaz suã videns solicitari p Apium claudiũ ꝓncipem. eam occidit. maluit filie sue esse iteremptoz q̃s corrupte pz. Hoc tñ bodie nõ dz seruari. sic dicit Augꝰ in li. j. de ciuitate dei. vt p tuenda vita corporali vl̃ etiã p verecũdia amisse pudicicie ꝑgo se occidat. Sed potius debet sustinere violentiã nõ consentiendo voluntate libidini. quia pudicicia est res animi. virginitas est res corporis. et ea integra pmanẽte in animo. nõ potest ista violenter de corpore aufferri. vt dicit beat Augustinꝰ ad Julianũ libro. viij. Q autem Ambrosius vocat illas mulieres sanctas que per conseruationẽ castitatis sue submerserunt se ipsas. Sane quilibet intelligat. quia non ideo sancte quia se occiderunt. sed alio modo. quia voluit eas deus se occidere. forte em̃ aliud eis spiritus sanctus inspirauit.

¶ Cum g̃ thesaurus iste impciabilis sit. vt ait Jeronimꝰ. diligenter custodiat eũ virgo bis virtutib. Debent em̃ esse tacita silẽcio vt ait idem. Sit sermo eius prudens. nec tam eloquẽtia pciosus q̃s pudore. Similiter nõ sit vaga nec discurrens sz clausa exemplo btẽ ꝑginis. quã clausã angelꝰ inuenit Luẽ. j. Sit cũ honestz matronis. Sit cõpetẽtib horis orõni intẽta. vt dicit Jeroꝰ. epla. xlviij. Sit operosa manib. discat lanã facere. tenere colũ. rotare fusũ. stamina pollice ducere. fugiat virorꝫ aspectũ z collo quia. exemplo illiꝰ de q̃ narrat in libro qui dz paradisus. Que ꝓeo q̃ quidã inuenis fuit de eiꝰ pulcritudie scandalisatꝰ p decem annos intra q̃ddã sepulcz sedebat donec fuit mortua. vt eius vultũ nemo poterat videre. Et interrogata cur h faceret. Rñdit. Malui me in sepulcro reclinare q̃s nocere aie ad silitudinẽ dei facte. De alia etiã nar

rat Jeronim⁹ epl'a .xlij. Quā cum visitare vellet btūs Martin⁹. illa p fenestraz misit exteriū seu donū dicēs. Ora p me qz a viro nō sum visitata.

De quarto

Nūo ꝟginitaz castitas ꝓsistit in p̄mio excellenti z gl'a singulari. patet p illud Apoca. xiij. vbi dr. Nemo poterat dicere canticū nouū nisi centū quadragintaq̄tuor milia. q̄ empti sunt de terra. Hij sunt q̄ cū mulieribꝫ nō sūt coinquinati. Istud canticū est leticia spūalis z grāz actio de incorruptione ꝟginalis custodie. Habēt āt virgines singularē triplicē p̄rogatiuā beatitudinis z felicitaz vltra alios stat⁹ scz in vita in morte z post mortez. In vita qz vitā angelorꝫ ducūt et libere pcurrūt oīb⁹ celuz. q̄d alij viri facere possunt. In morte etiam sunt beatiores ceteris. Quia specialiter a xp̄o z ꝟgine gl'osa visitant z ab eis i celum ꝓducunt. Sic narrat Jero⁹. de Tharsila q̄ expirans ait circūstantib⁹. Cedite cedite qz ihs venit. Post mortē āt habēt gl'az singularē z excellētissimā in genere castitatis. Quia trāscendit gl'a eoz castitatē vidualē et ꝓiugalē. vt dicit Thomas. Hō aūt singulariter habēt excellētissimā gl'az qz martyres q̄ ad vehemēt⁹ inberendū vltimo fini postponūt ꝓpriā vitā. Et religiosi ꝓpriā voluntatē viuētes in monasteriꝭ pferuntur eis q̄ solū postponūt vētr̄ voluptates. De hac gl'a dicit Isidor⁹ li. ij. de sū. bono. cap. xxxix. ꝟgines feliciores in vita eterna sunt alijs. qz sūt sil'es angelis dei. q̄ nec nubent nec nubēt. Ūn tūc verificabit illd Apoca. xxj. Eadez est mēsura hoīs q̄z angeli. ymo habēt vltra angelos aureole p̄miū q̄d erit gaudiū spēale de castitate mēt̄z z de integritate corpis q̄d angeli nō habēt. Unde Salomon. Felix sterilis z incoinq̄nata. Hō exponit Robert⁹ holgoth i. felix ē illa in q̄ est sterilitas plīs cū mūdicia corpis. Ūn vult dicere. q⁹ felix est illa q̄ bz mēt̄z et corpis integritatē. Sed qz ista est merces cōmunis quā habēt ꝟgines ꝓiugate z vidue. Jō ne q̄s putet solū eis dari istā mercedem cum alijs. statim subdit. Dabit illi scz virgini. fidei donū electū. in vita eterna. in ꝓtēplatōe diuinitaz q̄ fidei succedit. z oīb⁹ fidelib⁹ p̄mittit Apocal. Esto fidelis vsq̄z ad mortē z dabo tibi coronā vite. z nō solū ꝟ. sz dabitur eis sors in templo acceptissima. Nō exponit Holgoth. i. dabit eis i celo aureola singularz p̄rogatiue ꝟginitaz. q̄ ē cōditio nobilissima z acceptissima i celo. qz est ꝓditio xp̄i z matris sue. Dicit aureola diminutiue. q̄si parua corona. Duplex em̄ p̄miū est btōz. Unū essentiale cōmune oīm scōz z vocat aurea corona. Aliud accidētale q̄d debet opi excellēt̄z victorie. z vocat aureola. i. pua corona addita sup aureā. Hoc est p̄miū accidētale supadditū essentiali. Ūn tale p̄miū erit q̄si q̄dā decor in corpib⁹ virginū. Et q̄ decore habebūt ꝟgines in mente gaudiū spēale. lerātes de ꝟ q⁹ p xp̄o corpus martirio exposuerūt. Et in doctorib⁹ p̄dicatorib⁹ plaz actualiter p̄dicātib⁹. et in oīb⁹ sacerdotib⁹ fideliter z catholice p̄dicātib⁹ erit spēalis decor de ꝓseruis cōuersis p xp̄m. Cū igit ꝟgo scta Margaretha fuit ꝟgo z martir bz duplicē aureolā ꝺ thesauro dei in q̄ sunt noua z vetera sibi hodie data. Ad quā nos dignet etiā pducere sua intercessione vt cū ea possim⁹ de p̄dicta aurea sine fine gaudere. Amen.

De diuisione apostolorum.
Sermo. XXXIIII

Sit illos p̄redicare regnū dei. Lu. ix. Matth. x. Marc. vj. Sic ait apl's Roz. ij. Gl'a z honor. i. incorruptio scz memorie in scl'o. dat oīm credēti in deū. Quanto magz digni sunt honore z gl'a illi q̄ nō solū p̄ncipaliter crediderūt. sed etiā ad credendū vniuersū orbē sua p̄dicatōe induxerūt. q̄les fuerūt ipi scti apli. Qua de causa hodie p mūdū diuisi sūt vt ad fidē xp̄i gētes inuitarēt. Multū igit honorādi sunt q⁹ tā cito tam pmpte crediderūt. Nor em̄ vt vocati sunt a xp̄o nullis adhuc miracul'is ab eo visis statī crediderūt. Magz aūt honorādi sunt ab eo q⁹ xp̄m tā leti tam alacres tā expediti secuti sunt. z relictz oīb⁹ p̄rijs sibi adheserūt. Nā vidim⁹ q⁹ ad vni⁹ iussionis vocē Petrus et Andreas relictz oīb⁹ secuti sūt redēptorez. vt dicit Bre. in omelia. Bz pmatie sūt honorādi. qz nos ad xp̄m adduxerūt p̄dicatōe ipoz. Et ido ꝓpha in ps. cxxxviij. ait. eorum celsitudinē attendēs. Nimis honorati sūt amici tui de⁹. Ubi dicit Hozra. q⁹ honorauit eos xp̄us in eo q⁹ nō p patriarchas aut ꝓphetas sed p seipm eos vocauit. Matth. vij. Uenite post me. Magis āt honorauit

q̄ eos in familiaritatem et amiciciā recepit specialem. Johānis.xv. Jam nō dicā vos seruos sed amicos. Similiter dando eis potestatē vt ejicerent demonia ⁊ miracula faciendi. Sed maxime honorauit eos q̄ eis p̄ncipatum ecclesie contulit. vnde eos p̄ncipes mundi fecit. Juxta illud p̄s. Constitues eos p̄ncipes sup omnē terram. Et premittit. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Quod exponit Jnnocencius .iij. Pro patrib⁹. id est. patriarchis ⁊ prophetis nati sunt tibi filij. spūali generatiōe scilicet apostoli ⁊ p̄dicatores. Et alij qui conuersi sunt per eor̄ p̄dicationē quos ecclesia genuit ⁊ multos ex his in sede patrum constituit. Unde sequit. Constitues eos principes super omnē terrā. id est. nō in vno loco tm̄. sed super omnem terrā. Et que inde vtilitas sequat subditur. Memores erūt nominis tui dñe. id est. nomen tuum predicantes ip̄m in memoria habentes etiaz alijs in memoriā adducent. in generatione ⁊ generatiōez iudeor̄ ⁊ gentium. quia vtriq̄ populo p̄dicauerunt apostoli. Quia igitur per p̄dicationem ip̄or̄ sumus ad fidez christi cōuersi ⁊ adducti. quod alīs nō fuisset si non fuissent per mundum diuisi. ideo dies diuisionis apostolorū debet esse nobis celebratiua in memoriā tanti beneficij nobis ex ea collati. Hec em̄ est dies in qua missi sunt nobis predicare regnū dei. Non solū iudeis vt prius. quib⁹ dictū erat. In viā gentium ne abieritis. Matth.x. Sed nunc dictū est eis. Ite in mundū vniuersū ⁊ predicate euāgelīū omni creature. Marci vltimo. Isti ergo sūt p̄mi nuncij nr̄e salutis. Isti sunt precones glorioſi diuine gratie gentibus destinate. Nam per eos nō sicut olim antiquis patrib⁹ bona terrena p̄missa sūt. Juxta illud Isa.j. Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre comedetis. sed potius celestia gaudia nūciantur vobis. Quia hodie filius dei misit illos predicare regnū dei. In quibus verbis tria circa missionem apostolorū tanguntur. Primo quidem describitur missio ipsorū auctentica ex mittentis auctoritate scilz dei. Quia nō ipsi se temerarie ingesserūt. aut ip̄resserunt. aut vsurpauerūt predicationis officium. sed ille qui habet potestatem vniuerse carnis misit. Secundo missio eor̄ redditur digna ⁊ congrua ex mittendorū qualitate. Quia tales fuerunt qui merito dignierant reddere testimoniū christo. Ergo subditur. illos et non alios. Tertio missio eorū redditur efficax et fructuosa. ex multiplici vtilitate. Quia predicauerūt nō alīquid vanū aut transitorium sed stabile firmū et perpetuū. quia regnū dei. Unde additur. predicare.

Dixi primo q̄ missio apostolorum reddit̄ auctentica ex mittentis auctoritate. scilicz dei. Quia nō seipos miserūt. sed filius dei quē deus pater misit querere et saluum facere quod perierat. Luce.xix. misit eos. Juxta illud Johannis.xx. Sicut misit me pater et ego mitto vos. Circa quod sciendum q̄ nullus debet sibi vsurpare p̄pria temeritate officium aut dignitatē tam spiritualem q̄ secularem. sed debet a deo ⁊ eius ecclesia expectare electionem sue missionis. Unde saluator apostolos instruens ait. Rogate dominū messis vt mittat operarios i messem suā. quod est a deo postulandā esse auctoritatē et a se presumendū nō esse. Sūt autē homines cōstituendi in eorū officijs quadrupliciter ſm Johannez gallensem. Primo quidē ex diuina ordinatione. Secundo ex ecclesie collatione. Tertio ex paterna et legitima successione. Quarto ex cōmunis populi electione. Sic enim legim⁹ de antiquis dignitates assumentes. Nam de diuina ordinatione prefectus fuit Dauid. primi Regum. xvj. Unde et Moyses orauit vt deus prouideret hominez super multitudinē populi qui possit exire ⁊ intrare ante eos. Secūdo constituunt homies in officijs eor̄ ab ecclesia. que habens diuinam auctoritatē confert et distribuit officia iuxta gradus suos. Sicut et Moyses accepta auctoritate a deo. vocauit Josue et dixit ei. vt introduceret populum in terram promissionis. Deuteronomij. xxxi Et ministerio Samuelis vnxit deus Dauid in regem. q̄uis ipsum per se elegerat. significans per ecclesiā esse approbandum quē deus elegit per seipsum. Tertio ex paterna successione ponunt quidā in officijs sicut Salomon super throno Dauid patris sui. Unde deus promisit cuilibet regi recte gubernanti populū suū q̄ filius succedat ei i regnū Deuteronomij. xvij. Quādo ergo deficit heres et legittimus succes/

sor in aliquo officio. timendum est ne sit ex culpa parentū. Quarto homines ponunt in officijs vnanimi populi electione. sicut de multis romanis imperatoribꝫ legimus. Prout narrat Ualerius in libro quarto. cap. iij. Narrat etiā Solinus libro vndecimo. cap. iiij. de quibusdam habitantibus quandam insulam. q in electione regis illius insule non nobilitas preualet sed suffragia meritorum. Populus enim eligit spectatum moribus et inueterata clementia. etiam omino grauem. Sic de Romanis recitat Ualerius maxim⁹. vbi dicit. Q ab aratro sepius recipiebantur in consolatū. Sicut fuit factū de Attilio. Qui cum seminasset agrum receptus fuit in imperatorē. et maxime contra hostes prosperabatur. Similiter narrat de Quincio cremato. de quo etiā narrat Augustin⁹. Cum vir quatuor iugera agri haberet vt ea suis manibus coleret ab aratro fuit in maximū consulem receptus. Ratio autem harum electionū fuit fm Ualerium profectus patrie Quez vnusquisqꝫ omisso proprio curabat augere. Quicunqꝫ igitur aliter q̄ aliq̄ predictorū modorū ponitur in aliquo officio dignitate vel domo. certe non est verus dominus aut prelatus. sed fur aut latro. Johannis decimo. Istud em̄ est quadruplex hostium per quod debet ingredi quilibet ad legitime p̄ncipandū i pl'o Taliter fuit ō apl'is. qui non se ingesserunt propria auctoritate sed potestate diuina. Juxta illud saluatoris. Ego vos elegi et posui vos vt eatis et fructū afferatis. ꝛc. Unde apostol⁹ Nemo sibi honorē assumat. sed qui vocatur a deo ranq̄ Aaron. Licet omes dicti quattuor modi missiōis alicuius sint multum cōmendabiles. iste tamen qui fit a deo immediate est multo excellentior ꝛ certior Eo q licet ecclesia habeat potestatem eligendi aut etiam cōmunitas pl'i. aut paterna successio. tamē illi omes possunt errare in eoꝝ electionibꝫ cū ecclesia missitans fallitur ꝛ fallit. vt ōr ō senten. excō. c. A nobis. Deus autē qui scrutat corda ꝛ renes falli non potest. Et ideo quēcūq̄ elegerit necesse est vt dignus sit. Hinc est q licz Petrus cum apostolis habuit plenitudinē potestatis eligendi alium apl'um in locum Jude. noluerūt tñ ꝟ facere sine familiari spiritus sancti p̄silio. ne errarēt vt boies. Unde et dixerunt Actuū. j. Dñe q̄ nosti corda oīm ostende ex his duobꝫ quē elegeris. quia errare nō potes qui nosti corda. nos errare possum⁹ qui solū exteriorez apparentiā que sepe decipit videm⁹. Sed diceres. tamē ip̄s elegit indignū. scz Judam. quomodo ergo dicis q de⁹ errare nō potest. cum tamē ip̄e dicat. Hōne duodecim elegi vos. ꝛ vn⁹ ex vobis dyabolus est. Joh. vj. Respōdeo q licet xp̄s Judam elegit fm p̄sentē iusticiam. nō tamen fm eternā p̄destinatōez. Nec p hoc dicit christus ignorasse Jude maliciā. q eum elegit quasi nesciens cū fore indignum. sed p hoc potius docuit nos tolerare malum inter bonos. Sicut ip̄e tolerauit eum sciens eius maliciaz. Nec per ꝟ datur exemplū ecclesie militanti eligere scienter indignū. quia hoc esset ponere scandalum in ecclesia. quod dominus prohibꝫ Math. xviij. ymo facit abscidi ꝛ p̄icere pedem ꝛ manū scandalizantem. ꝛ multo fortius oculum qui est prelatus in ecclesia spiritualis vl' secularis. Ꝟz potius datur exemplū subditis obediendi malis prelatis cum exigentibꝫ peccatis pl'i fuerint diuia p̄missione dati super pl'um. Facit em̄ de⁹ quandoqꝫ hominē regnare ypocritam p̄p̄ peccata populi. vt dicit Job. xxxiiij. Sup quo dicit Gregorius. xxv. Moraliū. Qui malū patitur rectorem. eū quē patitur nō accuset. qa nimirū sui fuit meriti. puersi rectoris subiacere ditioni. Culpā ꝑ p̄uā magis accuset opis. q̄ iniusticiā gubernantꝫ. Unde dñs p̄phām ait Dabo tibi regez in furore meo Ozee. xiij. Quod dabo tibi scz ob meritoꝝ tuoꝝ prauitatē. Hec dic̄ Ozeas. et ponitur in Canone. vj. q. j. Ex merito plebis nōnunq̄ epi deprauant. q̄tin⁹ pcli ui⁹ cadant qui sequunt. Quis aūt in oīb officijs et dignitatibꝫ necessaria sit institutio legittima ab ecclesia catholica. tū maxime in officio predicatorꝫ necessaria est missio autētica ipsius ecclesie. ne sub pretextu pietatis veritatem ecclesie impugnent.

B.

Dixi secundo q̄ missio apostoloꝝ redditur digna ꝛ p̄grua ex mittendoꝝ qualitate Quia tales fuerūt q̄ merito digni erāt reddere testimoniū xp̄o. Et quo ad ꝟ ōr. Dic̄ sit eos. Quales aūt fuerūt p̄mittit i euāgelio. Sine ꝑga. sine pera. sine pane. sine pe-

cunia. sine duab⁹ tunicis. De iure secl'ari sic est q⁹ in testimonio ꝓcipuū ꝺd requiritur ē fortuna. scz bonoꝝ tpaliū copia. Vñ q̄ntū hō hz i bonis tm̄ etiā sibi credit. iuxta illō. Quantū ꝺsq̄ sua nūmoꝝ tenet i archa. tm̄ hz z fidei. Ecōtrario ꝯo xp̄s pauperes apostolos voluit testificari misteriū redēptōis nr̄e. ꝓpt̄ ꝺd misit eos sine oīm bonoꝝ hui⁹ seculi abundātia vt eis non ꝓpter diuitias sz ꝓpter virtutē xp̄i habitantē in eis credere tur. Jn q̄ xp̄s magnā z mirabilē sue ꝯtutis potentiā ostendit. dū ꝑ pauperes z ignaros rudes ac indoctos z paucos viros tantaz mūdi potentiaz strauit. Voluit dñs ꝓmos fūdatores eligere sapiētes potētes aut nobiles h⁹ scl'i ſm Aug. sup̄ ps. Ne fides cuā gelij z ꝯt⁹ fidei ad opa q̄ fiēda erant ascribe renť eoꝝ sapiētie vel potētie aut nobilitati sz sibi ꝟ reseruauit. Quia sua sapia potentia z nobilitate nos redemit. Non ḡ elegit sapiētes aut nobiles. ne meritz suis dicerēt se esse electos. Vñ Greg. dicit. q⁹ relictis sapiētib⁹ insipiētes. relictis fortib⁹ debiles. relictis diuitib⁹ pauperes elegit. et ꝑdicatores infirmos abiectosq̄ ꝺq̄ potentes ꝺsq̄ colligerēt. Cui⁹ rōnez subdēs ait. Ad ꝑdicandū nāq̄ tales venire debebāt q̄ de laude ꝓpria nihil habebāt. vt tāto solius ꝯitaz cognoscerēť esse ꝺd agerēt q̄ntuz z apte cernerēť. q⁹ ad ꝟ agendum ydonei ꝑ se non fuissent. Propter ꝺd Chrysostom⁹ exclamans dic. O brōs piscatores q̄s iter tot doctores legis z scribas. inter tot seculi sapiētes et ad diuine ꝑdicatōis officiū z ad grām apostolat⁹ ꝓmos xp̄us elegit. et digna dño nostro atq̄ ꝟueniens predicationi eius fuit talis electio. vt in ꝑdicatione sui nois tanto maioris laudis admiratio nosceret. q̄nto cuz mūdi infimi z hūles ꝑdicassent q̄ nō ꝑ sapientiā mundi ceperāt. sz ꝑ simplicitatez fidei ꝑdicatōez de errore mortis humanuz genus liberarēt. Non ḡ nobiles mūdi aut diuites elegit. ne suspecta esset ꝑdicatio. nō sapiētes seculi. q⁹ sapientiā mūdi psuasisse hūano generi crederenť. sz elegit pastores illitteratos imperitos indoctos. vt aperta esset gr̄a saluatoris. humiles quidē seculo etiam in ipo artis officio. sed preciosos fidei ac deuote mentis obsequio. ignobiles seculo. sed nobiles Christo. despectos terre. sed acceptissimos celo. pauperes mūdo. sz diuites deo. Dec Chrysostom⁹. Ex quib⁹ ego infero q⁹ publicatio et annūciatio mysterij nr̄e redemptōis ꝑ apl'oꝝ ꝑdicatiōem fuit multū miraculosa. vt patz ex eo q⁹ fuit ꝓtra legez seculi. ſm quā nō nisi potentib⁹ diuitib⁹ aut nobilib⁹ creditur. Juxta illud Diues locutus est et oēs tacuerūt. et ꝟbuz illius vsq̄ ad nubes perducent. Vñ Thomas contra gentiles libro ꝓmo. c. vj. dicit. Diuine sapientie secreta ipa diuina sapientia que oīa plenissime nouit dignata est hominib⁹ reuelare que sui presentia et doctrine z sapiētie veritatē ostendit ꝟuenientib⁹ argumentis. dum ad ꝓfirmādū ea que naturalē cognitionē siue rōnem excedunt opera visibiliter ostendit que totius nature superant facultatē. videlicet in mirabili curatione languoꝝ. mortuoꝝ suscitatione. celestiū coꝛpoꝝ mirabili immutatione. et quod est mirabilius humanaꝝ mentiū inspiratione. vt ydiote z simplices dono spūs sancti repleri summā sapientiā z facūdiam in instanti consequerentur. Dec ille. Fuerūt autē apostoli cōgrui testes et nuncij mysterioꝝ xp̄i. eo q⁹ habebant oēs cōditiones in testimonijs requisitas. Que ſm Jsidoꝝ sunt natura. conditio. vita. Natura vt sit vir nō femina. Unde licet femina in quibusdā testimonijs admittat. sicut in symonia. cap'o. Per tuas. Secūda conditio vt ꝺditiōis libere sit nō seruilis. ꝺa fu⁹ metu domini solet facilīter a veritate abduci. licet in crimine symonie admittat contra dominū. vt dicit extra de symonia. cap. Per tuas. Tertia cōditio est vita honesta. Nam infamis non admittitur. ij. q. vij. Testes. de testib⁹ cogendis. ca. Preterea. Propter ista prelati ecclesie qui vel sunt effeminati. libidinose viuendo. vel seruilis conditionis. mūdo z māmone seruiendo. vel lesi in bono opinione publice delinquendo. Sed apostoli fuerūt viriles ꝓpter cordis constantiā. Quia Actuū. iij. dicit. Virtute magna reddebāt apostoli testimoniū resurrectionis. Fuerūt liberi z sine timore per veritatis abundantiā. Unde dicebant flagellati. Magis oportet deo obedire ꝙ hominib⁹. Fuerūt insup famosi et bone opinionis ꝑ sanctitatis vitam. Nam eoꝝ vita erat que dā lux illuminans lōge lateq⁹ et redolens. Juxta illud Matth. v. Sic luceat lux vestra coꝝ hominib⁹. Et ideo fuerūt cōgrui testes mysterioꝝ dei.

De sancta Maria magdalena

Dixi tertio q in xpo pmissis apl'oz missio reddit efficax et fructuosa ex multiplici vtilitate. Quia misit eos predicare verbū dei. Circa quod sciendū q ante xpi aduentū z pdicationē ipsius ac suoz apl'oz mūdus iste fuit triplici defectu infectus. Primo em erat obsessus p dyaboli cam tyrannidē z potentiā. Scō tenebrosus et obscurus p cecitatis ignorantiam. Tertio fuit paup et inops p bonoz celestium defectum z carentiā. De pmo pz. Nam dyabolus possidebat mundū sicut tyrānus ciuitatē. Ad cuius nutum omnia fiebāt in mūdo. Sm quā necesse fuit viuere vnūquēq; sm legem carnis. Sm quā viuebāt luxuriosi. legem cupiditatis. Sm quā viuebant auari. et legem elationis. Sm quā viuebāt superbi. z sic de alijs. Quicquid erat in mūdo aut erat cōcupiscentia carnis aut cōcupiscentia oculoz. aut superbia vite. i. Joh. ij. Unō totus mūdus in maligno erat positus. vt idem dicit. Veniēs igit xps eiecit istū tyrannū nō p potentiā sz p sapientiaz. Juxta illud. Prudentia sua pcussit superbū Job. xxvi. z suos apostolos docuit. vt nō viribus. nō potentia. non violentia. sed arte spūssancti z prudentia verbi diuini eū eicerent. sicut et fecerūt. Nam plures vno verbo pdicationis vno die cōuertit q; dyabolus p multos annos auertit. De petro em dr. q ad pdicationē eius cōuersa sunt tria milia vno die. Secūdo fuit mundus tenebrosus z obscurus p cecitatis ignorantiaz z ideo xps misit apl'os quasi solis radios. quasi rosa suauitatis odorem sui diffūdēs et quasi ignis scintillas suas dispersit. In quibus xpi potentia cognita est sicut in radijs solis lux solis sentitur. inquit Cryso. sup Matth. Propter hoc em vt dicit Leo papa in quodam sermone. Christus igne spūssancti apl'os suos perfudit. vt ipi postmodū vniuersū mūdū tanq; duodecim solis radij ac lampades veritatis illuminarēt z ista fuit magna vtilitas ex pdicatōe apl'oz. Tertio fuit mūd' paup z inops p bonoz celestiū defectū z carentiā. Et ideo apostoli missi sunt hodie pdicare regni celestis bonoz habundantiā. qz regnū dei dr in q est ois copia bonoz. ps. Gl'a z diuitie i domo eius. Sap. v. Accipiēt sancti regnū decoz z diadema speciei. Bene dicit. decoris. Sm Robertū Holgoth ibidē. Nūc ē regnū timoris z in inferno est regnū horroris. in celo aūt regnū decoris. Ubi sm Aug. vita est vitalis. vita bta. vita secura. vita trāq;lla. vita pulcra. vita munda. vita casta. vita ignara mortis. nescia tristicie. vita sine labe corruptionis z sine perturbatione. vita tot' elegantie z dignitatis plenissima. Ubi non est aduersarius impugnās. vbi nulla pax illecebra. vbi est amor pfectus. z nullus timor. vbi dies eternus. et vnus omniū spiritus. videbim' deū facie ad faciē. et mānā celeste cernitur. et hoc vite cibo mens sine defectu saciat. Hoc ergo regnū pdicabant apostoli nūciantes eius appropinquatiōez Unde Matth. iij. dr. dicit eis xps pdicate z appropinquabit vobis regnū celoz. Ad q̄d nos pducat rex regum z dominus dominantium z̄c.

De sancta Maria magdalena
Sermo. XXXV

Ece mulier. Luce vij. Quis oīa opa diuine potētie fuerint multū mirabilia intantuz q magnitudinē ei' potētic q̄ potēter ō nibilo cūcta pduxit. hō nō sufficiat cognscere ad plenū. iuxta illō Terribilis mag. es mirab. opa tua dñe. ps. cxxxviij. Licz etiā opa diuine sapie sint mltū mirabilia. eo q sat; mirabiliter cūcta disposuit z regit. (Dia em i sapiētia fecit) sz tñ homib' inscrutabilit. Roz. xj. O altitudo diuitiaz sapie z scientie dei q̄ incōprehēsibilia sūt iudicia ei'. Hominī tñ est mirabilis deus in bonitate sua quā pcōtribus hoīb' tpe gre ostēdit z exhibz habundāter. Unde licet suauis sit dñs in vniuersis. et miseratōes sup oīa opa eius. nullibi tñ melius relucet sue pietat; z misericordie mltitudo z magnitudo q̄z i conversiōe pcōris. Magna siquidē misericordia dei apparet i hoc q de filijs dyaboli facit filios dei. de filijs tenebraz filios lucis. Eratis aliq̄n inq̄t apl'us tenebre. nūc aūt lux in dño. Magna misericordia dei diffusa ē hodie i mūdo per quā quasi gratis saluat hoīes peccatores. Unde ps. Pro nihilo saluos faciēs illos. Olim ante christi aduētū magnis ieiunijs. orōib'. elemosynis. holocaustis. et victimis boū z arietū. pcā vix redimebāt q etiā a deo sepius refutabant z reijciebāt. Juxta illud Jeremie. Cum ieiunauerint

